401 ¶ † Quia verbum caret priuatiuum est, & significationem habet negatiuam. vt supra latius. Preterea si velis illum textuz facere casum specialem necesse est quod textus in capitulo ad aures. & in cap. ad audientiam, hodierno iure non procedant q? ibi ꝭm doctores valet renunciatio. hodie vero non valet.

¶ Rursus videas quamuis dissona sint inuolucra doctorum quod tex. in. c. ad aures probat nullam esse renuncationem. q?

non obstan te ea ante aliquam restitutionem potest administrari. & Host. Petrus, Innoc. & Abbas volunt subaudire restitutionem, quod nunquam textus consideravit. ut ex illa subauditione reddatur antiquatus.

¶ Ego sane restituam postliminio iura illa, que conformiter tenent nulla esse, nec robur habere que metu fiunt. nam textus in c. ad aures probat nullam esse renunciationem metu laicorum factam, textus vero in c. ad audientiam dicit non habere robur firmitatis sicut omnia alia que metu fiunt. unde eadem regula observatur in isto casu. & textus in clemētina secunda nullius omnino decernit esse firmitatis. itaque omnia conformant & sunt consona veritati.

402 ¶ † Nec obstat si dicamus ius esse novum in dicta clementina prima. & ut Abba. Bald. & facit pro eis verbum decernimus quod videretur novi iuris introductorium. Nam respondeo quod decernit in facto nullas esse renunciationes quamvis sint recepte a prelato. & illud decernere est declarare, quia dicit nullius esse firmitatis. ut est simile in c. fi. de pre. & ibi Panor. & non semper verbum decernimus inducit novum ius. nec verbum inducimus. ut dixi in l. gallus. in princi.

¶ Sed quamvis ex superioribus videatur constare ea que metu fiunt non valere iure canonico, tamen obstat ratio satis subtilis.

403 ¶ † Quia lege civili non poterit negari quin valeant & insit civilis obligatio. ut in dicta l. metum. §. sed quod pretor. ergo illa civilis obligatio manet etiam in his, que sunt iuris canonici ut in ca. j. de novi ope. nuncia. in c. j. de re. iu. unde necesse est quod civilis obligatio rescindatur.

¶ Respōdemus subtilius, ac distinctius hec intuentes quod si civilis inest obligatio in his, que sunt iuris canonici ea inest ratione, quia a lege canonica lege lex civilis approbatur. alias lex civilis nullum in his habet imperium. ut in c. solite. de maio. & obe. in c. suscipitis. et in c. certum. x. distin. & in c. l. ead. distin. sed in casu nostro lex canonica non comprobat metu facta ut lex civilis, immo dicit se non prestare robur firmitatis, certe approbatione canonica valere non possunt. Nam verum est leges, que non deviant a canonibus tacite et expresse approbatas. sed quando dissidet via canonica a civili, non valet argumentum approbationis. ut in c. si duobus. de ap. & notatur in capitulo secundo de arbi. libro sexto, quod plane omnes doctores fatentur.

¶ Verum si opponas quod etiam iure civili rata non habentur si que metu fiant. ut in l. j. ff. eod. & tamen valent, unde non discordat ius canonicum a civili.

¶ Adverte quia in hoc stat fallacia vulgi. nam falsum est quod iure civili rata non habeantur, sed habētur nō rata nō iure pretorio, et quo iure rata nō habent, eodē iure valent.

404 ¶ † Nam in omnibus acquisitionibus pretorijs, vel obligationibus ea que metu fiunt non valent eodem ptorio. ut in l. si mulier. §. si metu coactus. & ibi notatur, & patet in l. iij. §. invito. de bo. pos. in l. iij. si quis autem. constituerit. de consti. pec. ff. Si enim ius civile rata nō hēret, que metu fiunt, impossibile esset quod iure civili valerent, cum eo valeant. quia rata habentur. ut in d. l. legitima. & in §. per traditionem instit. de rerum divi. & in l. obligamur. de acti. & oblig. & in l. si quis argentum. §. fin. de dona. & in §. perficiuntur. insti. de dona.

¶ Facit doctrina Barto. in l. metu. §. volenti. in fina. verbis. quod metus causa. ff. ubi ipse fatetur quod si illa verba, que sunt in edicto pretorio, scilicet rata non habebo, fuissent legis civilis, haberent efficaciam plenam & ipso iure non valerent. sed quia sunt pretoria. ideo non operantur ipso iure, sed per restitutionem. At eadem verba & fortiora sunt tradita de iure canonico. ut in capitulo abbas & in capitulo ad audientiā. & in capit. uno. eod. titu. lib. vj. ergo operantur ipso iure, ex quo evidenter concluditur, quod iure canonico non valent, immo sunt nulla ipso iure. Sed adverte. quod dum Bartolus dat rationem, quare non sint nulla & quare nō detur de directo actio scilicet, quia pretor non potest, hoc non est verum. ut late ostendo in lege iurisgentium. §. pretor. ff. de pactis. & ratio est, quia pretor ad iudicium se refert, dicit enim rata non habebo, & ita Hostiensis ponderat in summa eodem titulo. §. qualiter rescindantur in princip. sed & ipse male infert, cum idem credat de iure canonico. ius enim canonicum per se rata non habet. ex quo sequitur, quod nihil valet obligatio civilis in his, que sunt ecclesiastice iurisdictionis. item ius canonicum non se refert ad iudicium, ut pretor, cuius officium erat ius in iudicio reddere. sed verba de presenti decernit firmitatem non habere. ut in dicto capitulo ad audientiam. Preterea, ut dixi, in his que sunt pretoria ex intentione pretoris, qui ea rata non habet, ipso iure pretorio non valent, eodem ergo modo de iure canonico, vide que dixi in dicto. §. pretor quod latius etiam ex inferioribus casibus ostendam.

405 ¶ † Ex his primo infero, quod non est speciale, ut in causa matrimoniali metus reddat nullum matrimonium. Nam secundum glosas matrimonium est nullum specialiter. ut notatur in l. si mulier. §. si metu coactus. & in c. Abbas. ubi cōmuniter omnes. & adducunt text. in cap. significavit. de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulte. ubi non obstante matrimonio metu contracto potuit aliam in uxorem libere accipere. idem in cap. veniens mariota. de sponsa. ergo matrimonium erat nullum quod plane fatendum est. Sed queramus ab his patribus. no. in c. significavit. vel in cap. veniens. inveniant rationem iuris specialis, quam tex. assignet, ut matrimonium iure vel causa speciali sit nullum. Verum si dicas, quod plures sunt rationes, quare matrimonium metu contractum non valeat, de quibus per doctores maxime per calde. & Panor. in c. cum locum. de spon. fateor quod pluribus rationibus valeat, nego tamen quod ex hoc cetera valeant, & quod in matrimonio sit speciale. Et idem dicendum est de his, que notantur in c. bone. el secundo. de electione in verbo metuebant. & in c. quisquis. eod. titulo & utrobique doctores, ubi dicitur idem esse in matrimonio spirituali, & in electione, ut electio metu facta censeatur nulla. quod intellige iure regulari. non ex aliquo speciali iure, ut patet ex superioribus.

¶ Sed contra superiora opponitur de ca. inter hec. xxiij. questione quarta ubi matrimonium metu contractum valet, ex quo sequitur. nec in matrimonio speciale esse ut nullum sit, nec generale esse, ut que metu fiant, non valeant de iure canonico, & ita do. Car. in c. Abbas. tenebat per illum text. quod matrimonium erat validum prout reliqua. quia solutiones, quas dedit glosa in capitu. Abbas. & in dicto. cap. inter cetera. facile eliduntur omnes, quamvis plures teneant de quibus ibi per Cardina. & dominum Abbatem. matrimonium esse nullum, quod negari non potest ratio. quia requiritur matrimonium esse liberum. ut in capitulo cum locum. & in capitulo requisivit. de sponsa.

406 ¶ † Et ubi requiritur liber consensus, ibi metus reddit actum nullum, ut notatur in capitulo notificasti. trigesimatertia questione quinta & libertas requiritur ad fidem & prolem. & ita docebat sanctus doctor tertia distinctione trigesimanona articulo tertio questione secunda de quo eleganter loquitur abbas in capitulo cū locum. itaque tam propria ratione matrimonij quam etiam regula generali verum est matrimonium esse nullū.

¶ Dominus abbas respōdet illi c. inter ceteras. quod ibi est supplendum ut consonet alijs iuribus.

407 ¶ † At tu plane habeas intellectum Augustini, & eius sententiam, quam glose & doctores penitus non advertunt. & presupponas, quod in capitulo inter ceteras. nec in tota illa questione tractatur, an que metu fiant, valeant vel ne, sed hoc tantum, que iuramenta sint licita, vel que illicita. ut patet in summa eadem questione. item presupponas, quod severus episcopus, de quo in dicto capitulo inter ceteras consulebat Augustinum de quodam Ubaldo, qui consanguineis sue concubine, timore mortis iuraverat se illam ducturum in uxorem, nec matri sue vel fratribus necessaria ministraturum. Unde Augustinus simul cum Ambrosio respondet. quod matrimonium sit firmum & stabile, quia non est peccatum contrahere matrimonium cum ea, quam prius habuerat, sed cetera que promisit, iniqua sunt, & iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum, vel matricidij, vel fratricidij, vel cuiuscunque criminis, ita dicebat Augustinus. adverte itaque quod ibi non dubitatur, an matrimonium sit nullum vel validum, quia metu contractum, sed an iuramentum sit licitum & possit observari. vel sit illicitum, & non possit observari. dicitur iuramentum matrimonij fuisse de se licitum, & ideo sit firmum & stabile reliqua vero, quia turpia erant, nullo modo observari possunt & hoc est quod voluit ibi Augustinus. nec ibi voluit decidere matrimonium vi contractum tenere. Sed quod si iuratum fuerit

obseruari poterat. secus est in alijs, que iurauit, que turpia erant. & ita in illa insigni, & laboriosa disputatione, que per Italie gymnasia me assistente celebrata est concludebam, quod ex sensu gratiani & eius sententia satis firmatur, cum in textu inferius ita dicat. Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur. & cetera. itaq; consultatio & sententia ipsius augustini & Ambrosij refertur ad dubium, an possit iuramentum obseruari, non an debeat obseruari. Maxime quod secundum hunc sensum sequeretur, quod matrimonium valet. & quod iuramentum adeo obliget. vt non possit peti restitutio nec absolutio. quod est contra textu3 in capitulo significauit. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adulte. supra al. & contra textu3 in capitulo si vero. & in capitulu3 verum de iureiurā. & in cap. cum contingat eodem titulo, & in capi. quamuis pactum de pactis. libro sexto. Nam ibi verba Augustini excludunt absolutionem. Dum dicit quod matrimonium sit in deo firmum & stabile, quia de iure canonico non habet firmitate3. vt in. c. ad audientiam. quod metus causa.

408 ¶ † Et etiam secundum omnium sententiam, tunc dicitur firmum, quando exceptione elidi non potest, & tunc dicitur non habere firmitatem, quando exceptione elidi potest. vt in dicto cap. ad audientiam. ergo non potest dici, quod matrimonium sit firmum & stabile, cum exceptione & absolutione possit infirmari. itaq; intentio Augustini nō est dicere quod matrimoniū metu contractum sit firmum, & stabile. & ita audio modernos dignissimos preceptores hoc idem voce sensisse.

¶ Sed in contraria sententia fuit sanctus doctor. iij. distinct. xxxix. arti. iij. questione secunda vbi intelligit eandem sententiam augustini, & Ambrosij, quod ex matrimonio metu iurato teneatur. & ita firmiter tenet, quod iuramentum obligat ex sententia augustini, & Ambrosij. item Panormitanus in capit. abbas in solutione illius tex. dicit, q̄ quamuis ibi iuramentum non firmat contractum matrimonij, obligat saltim ad contrahendum matrimonium, itaq; non potest venire contra iuramentum, nisi petita absolutione.

¶ Quid igitur dicendum, durum est ab interpretatione sancti doctoris discedere. Sed contra eam videtur textus iuris canonici in dicto capitulo significauit. vbi matrimonium fuit iuratum, & non obstante iuramento, quia metu contraxit potest libere cum alia contrahere, & ita notat ibi dominus abbas sibi non constans, quod etiam iuramentum erat nullum, & glosa est ibi ordinaria.

409 ¶ † Rursus ego video, qd̄ si verba Augustini referantur ad necessitatem matrimonij, stare non possunt, dicit enim quod sit stabile & firmum, igitur excluditur exceptio, & absolutio iuramenti, vt supra dicebam. Nam firmum dicitur, quod in facto remanet firmum. & stabile quod elidi non potest, & cum in facto remanet firmum, exceptio non habet locum. vt colligitur ex edicto quod metus causa. ff. & Bartolus, in lege metum. §. voluit. eodem titulo, & facit textus in capitulo secundo de iureiurand. nam quamuis requiratur absolutio, tamē dicitur in effectu non posse constringi. vt in capitulo secundo igitur non est stabile, nec firmum. Item aduertas, & in hoc stat deceptio. quia in. c. inter ceteras, aut vis q̄ matrimonium metu contractum sit validum, & certe nec validum est, nec matrimonium esse potest. quia deficit liber consensus, quod est substantiale. vt in capitulo cum locum. & ibi communiter doctores & in lege si patre. de ritu nup.

410 ¶ † At iuramentum non supplet consensum substantialem. vt notatur in capitulo finali de procurato. libro sexto. ergo nō est matrimonium, quia libertas non habet locum vbi metus vel coactio intercedit. Aut vis quod in dicto capitulo inter ceteras. iuramentum obliget ad matrimonium. vt ex eo infert sanctus doctor & domi. abbas vbi supra, & profecto ille text. nihil probat. Nam ibi dicitur quod matrimonium sit in deo firmu3 & stabile. itaq; non dubitatur de obligatione ad matrimonium contrahendum. sed de ipso matrimonio iam contracto an licite maneat in ipso vel illicite. & ideo dicitur quod matrimoniū stabile maneat & firmum, quia non fuit peccatum suscipere cō cubinam in vxorem, itaq; de obligatione iuramenti, nihil ibi probatur, & cum presupponatur matrimonium, necesse est fateri, qd̄ ibi ille concubinarius post coactionem habebat ea3 secum, ex quo fuit firmatum matrimonium. vt in capitulo ad id de spon. & in capitulo de illis. el secundo de spon. impube. & ideo dicebat Augustinus quod firmum remaneat & stabile. q2 licitum fuit. cetera vero fuerūt inhonesta & illicita. vt puta non subuenire matri & fratri. habes igitur Augustini & Ambrosij expositionem.

411 ¶ † An aūt iuramentū ad matrimoniu3 vi prestitum obliget, certe ex sententia san. doctoris, & dn̄i abbatis obligat quamuis non videantur probare ex textu augustini.

¶ Et idem dominus abbas in dicto capitulo significauit, dicit etiam iuramentum esse nullum, adiungit rationem, quia contra bonos mores.

¶ Aduerte & declaro eius rationem, quia matrimonia debēt esse libera, & obuiare libertati matrimonij etiam adiectione pene est contra bonos mores. vt in capitu. gemma. de sponsa. in lege titia. de verborum obligatione, ergo metus, & iuramentum prestitum contra libertatem matrimonij est contra bonos mores. hec est mens abbatis, quamuis per verbum forte loquatur.

412 ¶ † Diligentius aduertendum esset, quia non solum in matrimonio metus infertur contra bonos mores sed etiam in quolibet alio contractu. vt in lege tertia. ff. quod metus causa, videmus tamen iuramentum, metu contractu3 ipso iure esse validum. vt in capitulo secundo, & in. c. si vero. et in capitulo, verum. de iureiuran. ergo hoc quod fit contra bonos mores, non impedit iuramenti obligationem. Sed stat in fronte argumentu3 quo non est obligatoriu3 contra bonos mores prestitum iuramentum. vt in regula. non est obligatoriu3, de rgu. iu. lib. vj. in lege si quis inquilinos. §. fi. de leg. ij.

413 ¶ † Ego ita sentiebam, aut iuramentum prestatur simul cum ipso actu presentis consensus. & tunc non est matrimonium. quia verum est consensum non esse liberum, nec iuramentum supplet libertatem. quia alias iuramentum esset sine remissione obseruandum, cum esset liberum. quod tamen est falsum. vt in dicto capitulo ver. & in capitulo si vero. & ita est etiam eiusdem sancti doctoris, qui appellat iuramentum coactum, & dicit iurantem absoluendu3. & idem dominus abbas. ergo iuramentum non supplet libertatem, ex quo sequitur non esse validum matrimonium.

¶ Credo autē q̄ q̄uis ille consensus metu coactus non efficiat matrimonium, nec eum suppleat iuramentu3, tn̄ remanet obligatio ex iuramento ad ɔtrahendum, q2 iuramentu3 ex parte dei nullam continet turpitudinem.

414 ¶ † Aut per metum ante matrimonij verba fuit aliquis coactus iurare se ducturum talem in vxorem, & tunc etia3 credo iuramentum valere, quamuis absolui possit ab code3. vt in dicto capitulo verum & in. c. si vero.

¶ Nec obstat ratio abbatis & argumentum ex. c. gēma. quia q̄uis iuramentu3 sit turpe & contra bonos mores ex parte recipientis. quia metu impellit iurare matrimonium, ex parte tamen iurantis nulla est turpitudo, quia ipse contrahere matrimonium iurauit, vt dicebat Augustinus de quo in dicto capitulo inter ceteras. cum igitur iuramentum tendat in deum, & inter deum, & iurantem non sit turpitudo, credo iuramentum obligare ex ratione, capitulo debitore. de iureiuran. & ita resolues argumenta.

¶ Ex his etiam constat pulcherrima limitatio ad regu. non est obligatorium. de regulis iuris.

415 ¶ † Rursus constat valere iuramentum in contractu matrimonij metu prestitum, quamuis aliter sepissime vulgo tradatur ex dicto capi. significauit. cui respondeo quod non probatur in dicto. c. significauit. iuramentum fuisse nullum. Nec obstat q̄ ibi sine absolutione aliā duxit in vxorē, & dr̄ cu3 ea manendū nā aduertendu3, q̄ iuramentum metu extortum quamuis valeat & sit necessaria absolutio, tn̄ si nō fuerit obseruatū, nō peccat̄ mortaliter. vt in. c. ver. de iure iuran. ita igiť in. d. c. significauit, duxit secūdā in vxorē nō obstante iuramēto primo, & ex hoc nō sequit̄ iuramētum nō valuisse, q2 q̄uis ipso iure teneat, potuit de facto ɔtra ire, & valet matrimoniū, licet contraueniendo male fecerit, sed non adeo male fecit, vt sit puniendus tanquam pro mortali peccato, vt in cap. verum.

416 ¶ † Secundus casus ad quem inferre possumus est ꝓmissio

votis, vt i. l. si mulier. §. si metus coactus. qd metus causa. ff. vbi
Bar. ex eo no. ꝙ vbicūqʒ pactū ꝯfirmat a lege ⁊ ꝓducit actio
nē ex ꝯfirmatione pactum metu reddit nullum. Unde moder-
ni in. l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pactis inferebāt, ꝙ
de iure canonico omne pactū nudum, quod alias ꝓducit actio
nē, si fiat metu vel dolo, est nullū, maxime attenta intētione iu
ris canonici, qꝛ si dolus vel metus interueniat iuramētū reddit
nullū. vt in. c. cū cōtingat. de iureiurā. ⁊ reliqua. ita dicit do. ia
son in. §. sed in nulla. iij. col. ver. tertio noviter limita. do. abb.
in. c. abb. iij. col. tʒ ꝙ illa regula ad oēʒ ꝯprobationē legis nō
est gnalis. sed qd in dote sit speciale. vt tanqʒ accessoria matri-
monio metu promissa, vel data non teneat.
¶ Ego de dictis iasonis ⁊ Bar. disserui late in rep. c. i. de pa
ctis. car. lxxxviij. col. i. versi. decima sit declaratio. Sat est qd
417 rō dni iasonis concludit nostrā sentētiā, † nā cū pacta cōfirmē
tur equitate canonica, necesse est, vt non valeant, si metu fiant,
qꝛ que metu vel dolo fiūt eqtate stare nō possunt vt in. l. j. ff. eo.
⁊ in. l. i. ff. de dolo ⁊. l. i. ff. de doli excepti. at quod speciale sit in
dote, hoc non probatur ex accessione matrimonij, sed ex rōne
gnali, qꝛ dotis ꝓmissio ex equo ⁊ bono cōstat. vt. l. has obliga-
tiones de. c. dimi. ff. itē est bonefidei maxime hodie. vt in. l. j. §.
sed ⁊ si. C. de rei vx. acti. in. §. fuerat insti. de act. ergo si dolo vel
metu fiat stare nō potest. vt in. l. iij. ff. pro socio. ⁊ in. l. bonafides
in fine. ff. depos. naʒ bone fidei, ⁊ bono, ⁊ equo cōtrarius est do-
lus, vel metus, ⁊ hoc de iure ciuili. de iure vero canonico stat rō
vniuersalis, ꝙ q̄ metu fiūt, rata nō habent, ergo nō subsistūt ex
ꝯfirmatione canonica, ⁊ ita credo, ꝙ vbicunqʒ de iure ciuili pa
ctum rei eqtate confirmatur, si dolo, vel metu fiat, subsistere nō
potest, qꝛ deest fundamentum. vt in. l. i. de doli excep. ⁊ in. d. l.
si mulier. §. si metu coactus, ⁊ arg. in. l. sticuʒ. §. naturalis. de sol.
nā vbi inest dolus vel metus, qui est ꝯtrarius equitati, deest eq
tas, qua sublata nihil est quod confirmetur, quinimmo ad non
seruandū adest equitas cōtraria. vt in. c. ad audientiaʒ sepius
al. ⁊ in. l. i. quod metus causa. s. al. ⁊ in. l. i. de doli excep. ⁊ insti.
de excep. post princip.
418 ¶ † Quartus casus ad quē inferimus est in voto metu facto
qd dr nullū. vt not. gl. in. c. abb. ⁊ i. c. auctoritate. xv. q. i. ⁊ do.
abba. in. d. c. abb. ⁊ cōis est snia q̄ his fudamētis ꝯfirmat prio
ꝑ tex. in. c. i. quod metus cā. ij. ex. c. presens. xx. q. iij. tertio, qꝛ
deus nō recipit nisi sincerā ⁊ spōtaneā voluntatē. vt. xv. q. i. c.
nō est. Ego fateor nō valere votū metu factū. ꝙ clare ꝓbat ex.
c. presens. ⁊ ex. c. i. s. al. sed nō ꝓbat votū esse nullū iure specia
li. quinimmo si attentius ꝯsideramus rōnes illius. c. i. ille text.
determinat sub rōne tituli vniuersalis de his q̄ vi metus ve cā
fiunt, nō autem ratione speciali, de qua nihil cōstat in illo text.
¶ Item nec. c. presens hʒ fundamētuʒ iuris specialis, cū dicat
ꝙ psalmista volūtarie se sacrificare testat, qd eniʒ qs nō eligit
nec optat, profecto nō diligit, qd aūt nō diligit facile ꝯtēnit, nul
lū ergo bonū nisi volūtariuʒ, iccirco dns nō ferendā in via vir-
gā, ꝑ q̄ʒ vis alicui inferat, ꝓcipit, hucusqʒ tex. nā si bonū non est
nisi volūtariū, ergo si metu fiat, non est bonū, qd ⁊ in voto, ⁊ in
omnibus bonis verū est, igit qd bonū nō est, ratuʒ a iure maxi-
me canonico haberi nō dʒ, qꝛ qd bonū nō est, iustū esse nō pōt.
vt in. l. i. de iusti. ⁊ iure. in prin. ius enim equum ⁊ bonū est, vt
ibi, ergo bonū qd volūtas metu agit nihil iuris habet.
¶ Rursus dicit qd dns ꝓcipit nō ferēdā virgā, ꝑ q̄ʒ in via vio
lētia alicui inferat, si igit nō est ferēda virga, quō volumus vt
ius canonicum non solū nō ferat. sed ꝙ ex actu ⁊ facto tribuat
419 obligationem violentoꝝ † nam a vultu dei dʒ pendere nrūʒ iudi
ciū. vt in. c. vt nrūʒ. vt eccl. bene ⁊ in. c. significasti. de elect. vi-
des itaqʒ ꝙ que metu fiunt nō possunt hēre iustitiā canonicā.
¶ Sed oppones forsan de iustitia ciuili, que necesse est bonuʒ
ꝯfirmet, quod vero non bonum, ratum habere non debet, quia
primum omnium legum principium est, bonum esse sequenduʒ
malum vero euitandum, ⁊ finis earuʒ est felicitas humana, igi
tur leges approbantes ea que metu fiunt, nec habent princi-
pium nec finem debitum.
¶ Respondeo quod ex regulis vniuersalibus legis ciuilis se-
quitur quedam approbatio, que iniqua est, ⁊ ideo ius pretoriuʒ
ꝯtra talem iniquam illationem prouidet equitate, quod expres
420 sius declaro † nam regula est iuris ciuilis. vt ex quacunqʒ pro
missione licita ⁊ stipulatione roborata oriatur obligatio ⁊ ius
agendi, que est actio, vt in. l. v. §. stipula. de verbo. obli. in princ.
insti. de verb. obli. finge igitur ꝙ te metu impuli, vt mihi cen-
tuʒ stipulatione promitteres, certe mihi teneris ex eadē regu-
le. nam hic est consensus duoꝝ, qꝛ qui metu agit, verꝰ est agere,
vt in. d. l. si mulier. §. metu coactus, iteʒ est forma stipulationis
de qua in. d. §. stipulatio. item est res apta stipulari, igitur orit
obligatio. idem (quamuis in alio ꝓposito) dicebat Bar. in. l. si
quis pro emptore de vsucap. in. xv. col. in fictione priuata ver
sic. cōtra predicta. hec est igitur causa quare ex regulis iuris ci
uilis tenet ex tali ꝯctu qd tn̄ erat iniquū, inspecta qualitate rei
vt in. d. l. j. de doli excep. qꝛ ea ꝯsideratione, ꝙ metu promisit,
iniquū ⁊ cōtra naturalē equitatē est, vt ex ꝓmissione teneatur,
sed equitas naturalis nō erat cōfirmata a iure ciuili, nec regula
illa vniuersalis promissoꝝ erat limitata, nec distincta, rōne natu
ralis huius casus, ⁊ ideo ius pretoriū emisit edictū cōforme, ⁊
ꝯsonans iuri nature quo dicebat, se ratū non habiturum, quod
metu gestum esset vt in. l. j. eo. ti. vnde non valent iure pretorio,
nec naturali nec ēt canonico. vt i. d. c. ad audiētiā, qd vō Bar.
dicit vbi. s. exceptionē metu dari a iure ⁊ in hoc ipso fingi, cer-
te mera est fictio nec iuris veritatē hʒ snia Bar. qꝛ cū exceptio
det ꝯtra actionē, nō fingit actionē nō esse nataʒ. vt in. l. j. de ex
ceptio. ⁊ patet in principio insti. de excep. ⁊ recordor dixisse la
tius in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis.
¶ Sed diceres forsan qd mero iure ⁊ vera iustitia, ꝯctus me-
tu vel dolo factus nō hʒ iuris obligationē, qꝛ inspecta eqtate na
turali nō pōt subesse ius agēdi, ⁊ dū in illo ꝯctu cessat eqtas na
turalis cessat ēt obligatio ciuilis, que obligat vinculo superiori.
s. ipsius nature, vt in. c. quo iure. viij. di. ⁊ in. c. q̄liter de accu. ⁊
c. solite de maio. ⁊ obe. ⁊ dixi supius in prin. §. de deriuatione.
¶ Respōde, ꝙ talis obligatio ciuilis est introducta ex causis
tm̄ intrinsecis, qꝛ habita consideratione ad causas vniuersales
obligationem producentes iusta est obligatio, nam adest mate
ria ⁊ forma obligationis ⁊ reliqua requisita vt supra, ideo ergo
iuris ciuilis introductio, hʒ locum ſm naturam qꝛ ius ciuile in
materia apta introducit suas obligationes potestate legis na-
ture. Unde. l. veluti. ff. de ius. ⁊ iure. ⁊ in. c. si qs. de maio. ⁊ obe.
⁊ ita Bar. in. l. Julianus verum debitorē. viij. ⁊. ix. col. de con
di. inde. Hac igit via talis obligatio dr iusta. vt insti. de excep.
in prin. et in. l. j. de doli excep. sed ꝯsiderata cā extrinseca ipsiꝰ
rei, que fuit metus, certe iniquum est, ꝙ talis contractus metu
vel dolo factus habeat iuris necessitatē, ⁊ iō in tali ꝯtractu cuʒ
nō insit naturalis equitas. vt in. d. l. j. de doli excep. necesse est
dicere, ꝙ nō insit obligatio naturalis, que ex eqtate nascit. vt
in. l. sticū. §. naturali. s. al. ⁊ ita dicebat Bal. in. l. cū qs. C. de iu
ris ⁊ facti ig. vbi negat. ꝙ cōtractus dolo vel metu factus ha-
beat naturalem obligationem.
¶ Ex his primo intelligas quomodo obligationes ciuiles si-
ne naturali possunt considerari iuste. Secundo intelligas qd
contractus dolo vel metu factus nō hʒ iustitiā naturalē ⁊ ꝙ eq
tas naturalis nō suadet, imo impedit ne debeāt obseruari. Unde
est concludendum de iure canonico.
¶ Ex quo ēt sequit ꝙ votū deo emissum, nullaʒ hʒ iustā obliga
tionē. s. nec naturalē, nec gentiuʒ, nec canonicam, nec curandū
est de ciuili que in his, se intromittere non potest.
421 ¶ † Sed stat argumentum, quod iuramentum metu factum
validum est mero iure. vt in. c. ij. ⁊ in. c. si vero. ⁊ in. c. veruʒ. de
iureiuran. cuʒ similibus, ⁊ tn̄ iuramentū deo fit qui non recipit
nisi sincerā ⁊ liberam voluntatem. vt in. c. j. xv. q. vj.
¶ Quippe argumentum est vrgens. Nam doctores cum red
dunt rationem quare votum metu factum non valeat hanc
ostendunt. ⁊ idem comprobatur ex. c. presens supra al. sed hec
ipsa ratio habet locum in iuramento, quod deo fit. vt in cap.
debitores in fin. eodem titulo, ⁊ in. c. ⁊ si christus ergo nec iu-
ramentum valebit. Resoluam in illatione sequenti. quod in vo
to vis principaliter infertur vt deo obligetur ⁊ ei (vt ita dixe-
rim) queratur in iuramento, tamen pars ipsa, cui querendū
est, infert metum, ideo iuramentum, ex quo deo obligatur,
valet, vide latius ibi.
422 ¶ † Rursus arguitur contra superiora, quia videmus ꝙ iure
etiam canonico voluntas coacta metu habetur ꝓ voluntate. ⁊
ex ea procedit, quia veruʒ est ita voluisse, q̄uis metu velit, vt i.
c. sacris de sepul. in. c. merito. xv. q. j. Respondeo, ꝙ in malis

⁊ peccatis

& peccatis, qui metu vult penam mereri, qz malũ vult & ideo peccat, nec obstat metus, cuz potius debeat morte pati q̃ malo cõsentire, voluntas enim cogi nõ pot, sed metu impelli. At metu malũ velle non dz, & ob hoc ipsum q vult, peccat, vt in. d. c. sacris. Sed ex hoc nõ sequit, q in his q̃ mala nõ sunt ex eo q velit, & metu velit, id debeat ratũ haberi in fauorem maxime vim inferentis, & ita pcedit regula iuris canonici, qua nõ habentur
423 rata. ¶ † Quintus casus est in prorogatione iurisdictionis metu facta. vt in. l. ij. in prin. ff. de iudi. & ibi gl. & bar. est ẽt text. sm Bal. in. l. si qs ex consensu. C. de episcopali audi. no. ẽt gl. in. c. abbas vbi generaliter intelligit in quacũq; iurisditione p metũ occupata, idez tz Bart. in tract. de tyranno. Unde infert p abbatẽ ad ea q̃ ibi tractat Bar. & Bal. i. l. decernim. C. de sac. san. eccl. q si ciuitas elegit officialẽ p metũ exercitus vel tyrãni electio est nulla & ipse non hz iurisditionẽ & reliqua. ¶ Animaduerte primo q iste casus specialis ex. d. l. ij. procedit tã de iure canonico q̃ ẽt ciuili. sed casus illius rõnem ego aliter tibi ostẽdo nõ est enim ius speciale, vt creditur. sed hz rationem ex his, que superius dixi, & osidera, q lex illa in. l. ij. loquitur, qñ vis a pretore infert. vt pz in illis vbis viribus pretore opulsus est ita tex. Sed nos hoc certũ habemus, q iure ptorio ea que metu fiunt rata nõ habentur, nec valent. vt in. l. j. eo. ti. in. l. iij. §. inuito. de bonoz poss. in. l. iij. §. si quis autẽ de ostituta. ergo si idẽ pretor viz intulerit ex suo edicto, nõ vz iurisditio, & ideo dicebat nullã in eo transferri iurisditionẽ. ¶ Uerum ex hoc forsan dices, q si pretor vim non intulisset iurisditionẽ validã fuisse cũ actus metu factus iure ciuili valeat.

424 ¶ † Aduerte tñ, & nunc intelliges sententiam iuris pretorij simul cũ illa. l. ij. & in primis id teneas, q ius pretoriuz ad iudiciũ se refert, prout est solitũ se referre. vt in. l. ij. iij. col. §. eo. tempore de orig. iu. & declarat paulus de castro in rubri. C. qui admitti. & pz in hoc ipso edicto, quo dicit pretor, que metu facta erũt, rata nõ habebo, & ita põderat hostiensis in summa eo. ti. §. qualiter rescindant. sensus itaq; est, quecũq; inuenerit ptor. vel iudex metu esse facta, ea nõ obseruabit. nec ex his tribuet iudiciũ Hoc idẽ ostat ex sententia legis latoris in. §. j. instit. de excep. vbi q̃uis iure ciuili efficax sit actio nõ obstãte metu, tñ iniquũ est ita iudicari. Unde iudiciuz nõ reddit ex cõtractu metu facto, nimirũ igit q actus non valeat, si metus adhibeat in eisdẽ iudicialibus, cũ ius pretorium actus recessionẽ ad iudiciũ referat, itaq; si in codez iudicio, vel in his, que ad iudicia pertinent metus adhibeatur, actus erunt nulli, maxime si pretor, vel iudex metu intulerit, qui rata, que metu fiant, habere nõ dz, & ita intellige predictã. l. ij. de iud. in prin. & etiã tex. in. l. si qui ex cõsensu. C. de episcopali audien. ¶ Ex his etiam confirmatur qd dicimus in principali conclusione nam sicut ea que metu apud pretorem fiunt non valent iure ciuili in vniuerso sumpto ita ea que fiunt apud personas ecclesiasticas, qz sicut ius pretorium rata non hz ita etiam ius canonicum.

¶ Ex his infert ad distinctionẽ q̃ tradidit Panor. in. c. ab-
425 bas sup. v. casu. † vbi dicebat, q si eps eligebat metu p capitulũ, electio erat nulla, sz Inno. videbat tenere o in. c. qd sicut de electione. imo q valeret mero iure, q̃uis veniret rescindẽda, p tex. in. c. abb. panormitanus tñ distinguit. & ocordat, aut tenentur electores eligere certũ, & tũc electio est nulla, qz est o substãtialia electionis, qz electio est inter plures, & ita intelligit text. in. c. vbi periculũ. §. ceterũ de elec. li. vj. vbi dr, q cessat electio si adimat libertas eligendi, aut cõpellunt eligere vnũ de certo genere psonaz, & tunc metus nõ vitiat actũ ipso iure, qz nõ tollit potestas eligendi. qd pulchro argumẽto pbat, nã non valet osuetudo, p q̃ aufert libertas eligẽdi, vt in. c. cũ terra. de elec. sed valet, vt electio fiat de certo genere personaz. vt in. c. abbate. de verb. sig. & in. c. cũ dilectus de cõsue. & ita notabat io. an. in. d. c. cũ terra, hec sunt dicta abbatis in. c. abba. s. al. & in c. lz. vij. col. & in. c. cum terrra. iij. col. de elect. & alibi.

426 ¶ † Sed aduertendum est, q q̃uis electio fiat metu de certo genere psonaz, nõ valet ipso iure, aut si dicant valere, queras ab eis quo iure valeat. dicunt ipsi, qz osuetudo vz de certo genere eligendo fateor. sed consuetudo est ius, & incipit a consensu libero, vt in. l. de quibus. ff. de leg. sed metus nullam habet iustitiam, nec infertur consensu partis, immo contra bonos mores. vt in. l. metum. ff. quod metus causa, itaq; non iuste concluditur ex consuetudine ad ipsum metum. Preterea etiam si sit illatus metus. vt eligatur aliquis ex certo genere certũ est electionem non esse liberam, sed metu electum, igitur non valebit vt in. d. c. vbi periculum in. §. ceterum, cuius sententia ea est, vt electio debeat habere libertatem, nulla re impeditam, nam arbitrium dz esse liberum. adeo quod si affectus inordinatus adfuerit, vel aliqua cuiuscunq; obligationis necessitas, cessat electio, dũ libertas adimitur elegẽdi, ita dicit tex. Nec ponderes verbum ad certum aliquid iuncta glosa que exponit, puta talez eligẽdũ, que interpretatio vr assentire sentẽtie abbatis. ¶ Tũ aduerte, qd qñ metus infertur. vt de certo genere eligatur, ad aliquid certũ, infertur alias non esset metus nec vis. id autem certũ hoc est. vt electio fiat de certo genere. Ac cũ de iure possit immo inter omnia dignitatũ habiliuz genera debeat fieri de summo põtifice electio certe o arbitriũ eligentiũ fit qñ eo modo quo possunt & debent non est permissum eligere.

¶ Preterea ratio domini abb. hec est. vt qñ est de certo genere electio iam insunt substantialia electionis, qz de pluribus elegit, quem vult. sed q vnum precise eligat, hoc est cõtra substantiam. & ideo est nulla. ita ipse.

¶ Aduerte diligentius, qz hec ratio aliorsum tendit, q tibi pa-
427 tenter ostendo, naz inter duos potest esse electio † qz de duobus vnum eligere possum. itaq; in hoc ipso adest requisitum ipsius electionis. vt notat in. l. serui elect. de leg. j. sed si metus intercedat, vt vnus de duobus eligat, nõ valet, quinimmo etiaz ipsa consuetudo non valet. Ut in. d. c. cum terra, vbi est casus expressus, ergo nec consuetudo illa dr non valere, quia sit contra hoc substantiale. nec ideo censetur valere electionem de certo genere metu factã qz habeat substãtialia. Et ita diligenter attẽde q non ex defectu substãtialiũ. sed pp metũ ad electionẽ illatuz, non valet electio, item ex eo q habeat locum electio inter duos vel plures, nõ dr libera. si ad electionẽ metu impellantur electores, nã vex est non esse liberã, & ideo non valere, vt in. d. c. cum terra & in. c. quisquis. eo. ti. & in. c. messana, qd generaliter loquit in qualibet electione presumpta, idest presumptione temeraria celebrata. Facit quod docebat Bar. in. l. si quis pro emp. in fictione priuata, de quo. s. dixi, q vitium ipsius metus est extrinsecum. nec aliquid deest substãtiale, quod a se ipso patet, nam alias nec stipulatio valeret. quod tamen est falsum. vt in. l. ex eod. de inuti. stipul. & in. l. j. de doli excep. ff. si igitur ex metu dicitur nulla electio, dicendum est, quod ista nullitas est ex causa extrinseca. que ita est in metu electionis vnius, sicut in metu electionis ex vno genere.

428 ¶ † Preterea in hoc ipso vz argumentũ de electiõe ad matrimoniũ. vt expresse pbat in. d. c. vbi periculũ. §. Ceteruz. vbi in calce spõsus dat ecclesie. & notat in. c. dudũ. el grãde. & i. c. qsqs & in. d. §. ceterũ. At sm hoc seqret, q valeret mrimoniũ metu octũ, qñ infert, vt ohatur cuz vna ex pluribus. & ita do. abb. dicebat posse attentari in. d. c. cũ terra.

¶ Quippe a iurisconsultis nihil dz attentari, qz attenta in irritũ reuocant. vt in. c. non solum. de app. lib. vj. At potius pbatur matrimoniũ nõ valere, siue hẽat locũ regula generalis, qua ea que metu fiunt, nõ valẽt, vt in. c. ad audiẽtiã siue habeat locũ plures rões ex qbus mrimoniũ censet nullũ, dũ metu contrahit. Nã q habeat locũ rõ generalis, pz, qz nõ est equum, vt metu aliquis opellat ad eligẽdũ, vel mrimoniũ ohẽdum. Nec equũ est id ratũ haberi. vt i. l. j. ff. eo. Nec hoc q sit ex certo genere tollit metũ. ergo nec tollit ipsius rei equitatem.

429 ¶ † Preterea rões, que in matrimonio adducũtur habent locum ẽt in isto casu. & prima est ex tribus, quas tradit Gaspar. de calde. quẽ refert abb. in dic. c. cuz locũ que fuerũt sumpte a theologis. Naz cũ in mrimonio adest sacramẽtũ, q significat oiũctionẽ inter deũ & ecclesiã. vt in. c. debitũ. de big. sicut christus volũtarie assumpsit carnẽ humanã, ita volũtariũ dz esse carnale mrimoniũ. sed hec rõ hz locũ, qñ metu impellitur ad otrahendũ cũ aliqua ex pluribus siue sint quatuor, vel sex. igit nõ vz si metu ohatur. ¶ Secũda rõ est, qz metus impedit pcreationem sobolis, que est sm bonum matrimonij. ¶ Tertia est, quia est cõtra fidem, nam ex inuitis nuptijs mali solent exitus prouenire. vt in. c. requisisti. & quod quis non diligit facile contemnit. vt in supra allegato. c. presens. At cum iste rationes habeant locum quamuis metus inferatur ad matrimoniũ vnius ex pluribus, sequitur quod non valeat. Facit text. in capi. cum locum ibi plena debet libertate gaudere. Nam doctores tam theologi quam etiam canoniste ponderant illam rationem. quod cum liber requiratur consensus, necesse est quod si metu consentiat, actus non valeat, & ita ponderant textuz in capitulo. cum locum. sed ista libertas concludit nostrum casuz, cum debeat esse plena. ergo non valet matrimoniuz.

430 ¶ † Ueruz obstat in primis, quod si metus sit talis, qui nõ ca-

dat in ꝯstātem virum, nō impedit matrimoniū vt in.c.de muliere de spon.et in.c.de illis.de sponsa.impub.attamen videmus ꝙ non est plena libertas, vbi qualiscunqꝫ metus intercedit, igitur non requiritur plena, aut verum erit, ꝙ qualiscunqꝫ metus reddit matrimonium nullum ꝙ est falsum. vt in.c.ꝯsultationis de spon.⁊ in.c.cuꝫ dilecti.quod metus causa.

¶ Rñdeo ꝙ a iure est determinatus metus ⁊ libertas. vt ille
431 censeat̃ metus, q cadat in viꝝ ꝯstātē, vt in.d.c.de illis† ⁊ illa cēseat̃ libertas plena, q̄ nō est impedita metu sufficiēti. vt in.c. ꝯsultationi ⁊ in.c.de muliere iuncto.c.cū locū. ¶ Nec obstat argumē. ꝙ formari pōt, ꝙ inter plura est ꝯsensus electiuus, vt in.d.l.serui elec.de.l.j.iō cū eligat vnā potius q̄ꝫ alteraꝫ, hꝫ libertas ad ipsaꝫ, ⁊ est electio, ex quo seqt̃, ꝙ nō obstāt rōnes superiores. ¶ Rñdeo ꝙ iste ꝯsensus ⁊ libertas est respectiuus qui nō sufficit ad matrimoniū, qꝛ ois ꝯsensus metu coactus, est ēt liber respectiue, nā ꝯsensus cogi nō pōt. vt in.c.sacris.e.ti. ⁊ plane fatent̃ theologi. Sed metu potius elegit mr̃imoniū q̄ꝫ pati velit id qđ timet̃, itaqꝫ ēt i mr̃imonio qñ metus ad vnā tm̃ infert̃ est electio ⁊ libertas, vt potius velit eā in vxorē q̄ꝫ pati. ⁊ in hoc ipso ꝙ matrimoniū volūtas elegit libere vult, qꝛ voluntas cogi non potest, vt in.c.sacris ⁊ tꝫ san.doct.iij.di.xxxix.ar. iij.questiuncula.ij.⁊.iiij.di.xxix.q.iiij.

432 ¶ † Nec obstat id qđ dicit do.abbas.in.d.c.cū terra, ꝙ oliꝫ matrimonium erat de ꝓcepto.iuxta illud gñsis.c.ij. Crescite ⁊ multiplicamini. ⁊ notat̃ in.c.nuptiaꝝ.xxvij.q.j. Qđ ego nō disputo. dato tñ ꝙ veꝝ sit, non seqtur ꝙ metu possit ꝯpelli ad matrimoniū maxime vt contrahat cū aliqua ex certis. ⁊ maxime cum requirat libertatē. nec hodie sit in precepto, sed stat in sola libera voluntate vt in.c.cum locum.

433 ¶ † Sextus casus dr̃ esse, qñ auctoritateꝫ prestitit tutor metu. nā tunc actus est nullus, nec est opus recisione vt.l.j.§.fin.ff.de auc.tuto. ⁊ ita ꝑ illum text. notatur in.d.c.abbas. ⁊ in.c.inter hec. ⁊ in.d.l.j.§.fi. cū similibus. Unde infert dominus abbas quod cum epūs equiparetur tutori, vt in.c.omnibus.vj.q.j.⁊ notatur in.c.auditis.de in integrū resti. si ipse prestet auctoritatē ꝑ metū in rebus ecclesie sibi subdite, nō valet auctoritas ipso iure ita not.in.d.c.abbas in.vj.casu.

434 ¶ † Ego vero aliter ꝯsidero intētionē iurisconsulti in.d.l.j.§. fin. ⁊ ꝓsuppono aliud esse metū, aliud vim vt no. Bar..in.l.j.ff. eo. nā q̄ꝫuis metus inferat̃ ꝯsensui, vis tñ inferri nō pōt, ⁊ ideo in his in qbus volūtas vel ꝯsensus requiritur, si vis interueniat non possumus dicere ꝯsentire, qꝛ voluntas cogi nō potest. finge ꝙ ego ligatus vi trahor ad iudiciū. quippe q̄ꝫuis sim in iudicio, si tñ nihil expressi, ex quo ꝓbaret̃ ꝯsensus, nō potest dici me cōsentire. vt in.d.c.sacris.qđ metus cau.in.c.maiores. in fine.đ bap.in.c.presbiteros.l.dist. Unde dicendum est, ꝙ in his, que ꝯsensu aguntur, nō est ꝯsensus, vbi vis interuenit, ⁊ ideo actus nullus est. Sed secus est qñ metu probatur inductus ad ꝯsentienduꝫ, nā tūc veꝝ est ꝯsentire, q̄ꝫuis metu ꝯsentiat vt in.d.c. merito. ⁊ in.l.si mulier.§.si metu coactus.

435 ¶ † Unde si animaduertimus casuꝫ in.d.l.j.§.fi.de au.tu. nō fuit tutor metu coactus, sed vi adfuit, nec auctoritatē prestitit, qđ plane ꝯstat ex verbis, que inhijcio. tutor si inuitus retentus sit per vim, non valet quod agitur, nec enim presentia corporis sufficit ad auctoritatem, vt si somno aut morbo comitiali occupatus tacuisset. ita text. ecce ꝙ inuitus retētus erat per vim nec aliqd aliud adhibuit nisi presentiā, in qua cadit vis, qꝛ corpori tm̃ adhibet̃ nō animo. itē pꝫ in exēplo dormiētis ⁊ morbo comitiali occupati, ⁊ ita notat ibi bart. ꝙ presentia corporis nō probat animi assistentiam vel cōsensuꝫ. itaqꝫ ibi ꝓbatur, ꝙ vbi interuenit vis, nō ꝓbatur animus, nisi per alia signa animi ostēdatur q̄ꝫ corporis presentia, in qua violētia hꝫ locum, nō tamen ex hoc sequitur, ꝙ si metu prestet auctoritatē, nō sit prestita auctoritas, ⁊ ꝑ hoc actus valeat, nisi alio iure probetur. ⁊ ita melius intelligit illam legem glosa in dicto.c.sacris.in glo.j. vbi interpretatur in vi ⁊ non in metu.

¶ Sed ꝯ ista opponit̃. Nā in iure nr̃o vis pro metu, ⁊ metus pro vi assumitur. vt in.l.j.in fine.ff.eo. ⁊ ideo pretor dicebat qđcunqꝫ vi vel metu fieret ratū se non habituruꝫ. vnde constat ꝙ non est facienda differentia. Rursus cōstat, ꝙ ēt ea que vi fiūt, non sunt nulla sed veniunt rescindenda.

436 ¶ † Aduerte, ꝙ vis sumitur dupliciter. vno modo quādo vis habet necessitatem absolutaꝫ. ⁊ eo modo diffinitur in.l.ij.ff.eo. vbi dicitur vim esse maioris rei impetum, qui euitari non pōt. ⁊ isto eodem modo loquitur etiam Cicero, dum dicit vim esse impetum dominantem, retinentemqꝫ rem intra terminos alienos. ⁊ hoc modo intelligunt phisici violentum. In violente enim non est actio ex parte passi. Et ideo dicunt ipsi, quod violentum est cuius principium est extra nihil conferre ante vim passo. Unde in his, que vi absoluta fiunt, non adest consensus ipsius patientis, et ideo non potest esse peccatum, quia non agit, sed patitur. vt in.c.sacris. ⁊ in.c.ꝓsbiteros.versi.qui aūt. l.di.ꝯ.al. ⁊ dicebat Augustinus nullus peccat i eo ꝙ vitare nō pōt. ⁊ ita intelligit̃ tex.in.d.l.j.§.fi.de auct.tut.

437 ¶ † Quandoqꝫ tamen vis non habet necessitatem absolutaꝫ, sed impulsiuam, adeo ꝙ non est necessaria, nisi respectiue ⁊ cōditionaliter. Nam si qui minantur mihi mortem, nisi tecuꝫ cōtraxero, hic nō est vis contrahendi necessaria. qꝛ possum nō cōtrahere submittēdo me periculo. Unde si cōtraxero, ago, ⁊ nō est violentū, ⁊ hoc est, qđ dicit iureconsultus, voluntatē metu coactā, esse volūtatē. Hic igitur metus in iure nostro sepius assumitur pro vi.s.respectiue. vt in titulo qđ metus causa ⁊ in.c. ꝯstat.j.q.j. ⁊ ita loquitur iurecōsultus ibi. Unde intelliges verba edicti. ꝙ ea que vi facta erūt rescindunt̃ ꝑ exceptionem.s. qñ non fiunt vi absoluta. Naꝫ si fiant violenter absolute, nihil sunt. vt in.c.maiores.fere ad finem in versi.ille vero.qui nūq̄ꝫ ꝯsentit sed penitus ꝯtradicit. nec rē nec caractereꝫ suscipit, qꝛ vi absoluta compellitur. Unde restitutio qđ metus causa non
438 hꝫ locuꝫ in isto casu. † Finge ꝙ a iure ciuili vel statuto ciuitatis requirat̃ ꝓsentia alicuius, q inuitus ⁊ ligatus adest, certe actus nihil est, qꝛ presentia cogi potuit, sed consensus non. ⁊ cū ꝯsensus non affuisset, veꝝ est actū ipso iure non stare, vt in.d.l.j.§. de cura.furi. nec in hoc casu hꝫ locum titulus quod metus causa. vt rescindantur que alias iure valida erāt, qꝛ hec essentialia non adsunt, vt in.d.c.maiores. ⁊ in.c.sacris, ⁊ ita nullum speciale est in illo casu. vnde pulchre intellige ⁊ iterpretare edictū quod metus causa, ꝙ non habeat locum rescisio ēt de iure ciuili, in his que vi absoluta fiunt. Nam actus iure non potest valere, quia facto nō consistit, deest igitur substantia, vt in.l.obligationum substantia de actionibus ⁊ obligationibus, quod intellige ex superioribus.

439 ¶ † Ad id autem quod do.abb.infert de prelato auctoritateꝫ per metum prestante nihil probatur vt vides. Nā in tutore nihil est ꝓbatū in.l.j.§.fi. At nō iure speciali, vt abbas credit. sꝫ regula gñali canonica censetur nulla auctoritas ꝑ superiora.

440 ¶ † Septimus casus est, quando testes inuiti sunt presentes. vt in.l.qui testamento de testa.ff. ⁊ ita dicit hostiensis in summa eod.titu. vbi enumerat hos casus ⁊ dominus abbas in.d.c.abbas. ⁊ allegat glosam in.c.sacris.

¶ Aduerte quod hoc dupliciter potest intelligi. Primo mō qñ inuiti detinentur vi precisa. ⁊ tunc nullum est speciale ad regulam recisionis, quia cum repugnent non sunt testes. ⁊ verum est quod actus omnino violentus etiam de iure ciuili non valet vt in.d.l.j.§.fi.đ cura furiosi. ⁊ isto mō intelligit gl.in.c.sacris. Et no. ꝙ ꝑm glosam, non est aliquod ius speciale. q̄ꝫuis do.abba. aliter eam citet. ¶ Secundo modo possumus intelligere, ꝙ inuiti detinentur testes.s.metu instantis periculi. ⁊ nunc bene videretur casus specialis. Sed adhuc considera ꝙ nulla est ratio iuris singularis in hoc ipso. Sed ex eo ꝙ in testamentis requiruntur testes rogati. vt in.l.heredes palam.§.in testamētis.ff.eo.tit. si inuiti detinentur, veruꝫ est non detineri rogatos, ⁊ ideo non vꝫ testamentum. Ex hoc ergo iure ⁊ solennitate ex qua requiritur, vt testes sint rogati, vt testamentū valeat, sequitur ꝙ si sint inuiti, non valeat cogita.

441 ¶ † Octauus casus est in sententia. ita hostiensis in summa. ⁊ Joan.And.in.c.abb. eum referendo sequi videtur ⁊ allegant tex.in.c.iniustum.xi.q.iij. sed sola ibi ⁊ archi. tenent contra. ⁊ do.Ant: ⁊ do.abbas eam approbant, ⁊ similis est in.c.j.quod metus causa. lib.vj. vbi đꝛ in sententia absolutoria excom. id esse speciale. ⁊ ponderat abbas tex. ibi tanq̄ꝫ casum specialem, qꝛ principes seculares vi compellebant absoluere a sententia excommunicationis. ⁊ reliqua.

¶ Ex his tamen que superius dixi in quinta illatione, ⁊ casu colliges sententiam non valere metu latam, quia iudicialia non valent, vt in.l.ij.in princi. de iudic. ⁊ iudicium non debet reddi. vt institu.de excep.in princ. facit text. in dicto.c.iniustum. ⁊ in.c.omne.xxv.questione.j.

¶ Nec obstat qđ exceptione proposita ea que metu fiunt elidantur, ⁊ antequam proponatur exceptio ius reddatur, quod fateor, quia necesse est vt iudex sciat metum intercessisse, ⁊ sine oppositione scire non potest, quia scit vt homo. Postq̄ꝫ tamen sciuerit, ipse tenetur nō seruare ex equitate. vt in.l.ꝙ si ephesi.

de eo qđ cer.loco.iñcta.l.j.qđ metus cã.ff.⁊.l.j.de doli excep.
qđ intellige in actibus extraiudicialibus, qꝛ in iudicialibus nec
credo iure ciuili valere, quinimmo sine oppositione ⁊ sine sñia
superioris esset nullũ, quicquid metu fiat. Sed cogita. ¶ Nec
obstaret tex.in.l.interdũ quod cũ falso tutore.ff. Qꝛ nõ ꝯstat, ꝙ
a pretore violenter sit cõpulsus, sed presumẽduz est iudicialiter
cõpulsum, nec obstat quod sciebat pars ipsa falsum esse tutorez
qꝛ ex hoc non sequitur, quod iudex sciret. Nec obstat tex.in.d.
c.vno, quem ponderat abbas.reddendo rõnez metus potesta-
tis laicoꝝ. Nam hec ratio generalis est, vt patet in cap. ad au
res.⁊ in.c.ad audientiam.eod.titu.⁊ dixi latius in prin. Con-
stat itaqꝫ quod de iure canonico vel etiam pretorio, que metu
fiunt non valent ipso iure.

442 ¶ †Ex quo nono infero, ꝙ si qs ꝯstitueret p metũ qđ alias de
bebat ex tali ꝯstituto nõ orit̃ actio cõstituti. Probat̃.quia hec
actio est pretoria, cũ pretor eqtate naturali introducit.vt.in.l.j.
ff.de ꝯsti.ergo si ꝯstitutũ fiat metu, nec valebit eqtate, qua con
stat.vt in.l.j.de doli excep.nec iure quo itroducit̃, vt i.d.l.j.ꝙ
metus cã, facit qđ notat bart.in.l.si mulier.§.si metu coactus.
ff.eo.vbi dicebat, ꝙ qñ pactũ nudũ equitate ꝯfirmat̃ a iure ci-
uili, si metus intercedat, dr̃ nullũ.per illum tex.⁊ quod dicebãt
moderni in.§.sed cũ nulla.l.iuris gẽtiũ.iij.limi.facit ẽt tex.in.l.
iij.§.inuito.de bonoꝝ pos.⁊ ita singulare exẽplũ prestare pote-
ris casui in.l.iij.§.si qs ꝯstituerit de ꝯsti.pecunia, nã ibi qñ p ex
ceptionẽ nõ debet̃ idest qñ debitũ elidit̃ exceptione, nõ debet̃
iure ρ̃torio. Unde satis euidẽter apparet.ꝙ ea que metu fiunt
nõ valent iure pretorio, qꝛ obstãte exceptione nõ debent̃, in acti
bus ergo pretorijs, si qd metu fiat, non hꝫ fomentũ a iure preto
rio. Unde dicimus ꝙ nec valet ꝯstitutũ metu factum, nec de-
bitum alias metu factum poterit ꝯstitui, qꝛ illud debitũ nec eq
tate, nec iure pretorio debetur.ita intellige ⁊ declara illum tex.
Ubi casus est singularis.

443 ¶ †Ex his etiam pulchre declara.ꝙ si quis iniuriarũ actionẽ
metu remitteret, remissio esset nulla ipso iure, ⁊ actio maneret
in suo statu.ratio, qꝛ iniuriaꝝ actio ex equo ⁊ bono a pretore cõ
stituta est vt in.l.nõ solũ.§.j.de iniu.ff.vbi iuriscõsultus fere oia
que dicimus, sua sentẽtia ꝯfirmat, cũ dicit, ꝙ cũ iniuriaꝝ actio
ex equo ⁊ bono sit ꝯstituta, eaꝫ metiri debemus ẜm equitatem.
itaqꝫ equitate abolet̃ ⁊ eqtate manet. Regit ergo eqtas ea que
ex equitate constituta sunt. Et cum remissio iniuriarum actio-
nis attentaret̃ p metũ ⁊ nõ sit equũ valeret, certe nõ valet, ⁊ re-
manet actio.vt dicit ibi iurisconsultus.

444 ¶ †Ex his ẽt facile resoluebã illã difficultatẽ petri ꝺ bella p.
de q̃ dicebat ꝯsulẽdũ apolinẽ i.l.j.C.de fideiu. Quare soli ciuili
obligationi sine naturali poterat accedere fideius.vt i.l.i.ff.eo.
ſꝫ sola ciuilis nõ poterat ꝯstitui.vt in.d.l.iij.§.si qs aũt, qꝛ ꝯsti
tu tum hꝫ fundamentum equitatem naturalem, ⁊ est cõtractus
pretorius, qui sine obligatione ⁊ equitate naturali cõsistere nõ
potest. Secus est in fideiussione, que fit per stipulationem.vt.
bar.in.l.i.C.de fideius.⁊ dixi, si recte memini, in.l.si vnus.§.pa
ctus ne peteret.ff.de pactis.

445 ¶ †Hinc etiam infertur ad contractum pignoris, qui fit sola
conuentione ⁊ habet obligationem pretoriam. vt in.l.si tibi.§.
de pignore.de pactis.ff.⁊ in.l.i.ff.de pig.actione. Nam de pi-
gnore iure honorario ex pacto orit̃ actio. ergo si dolo vel metu
fiat, non oritur, qꝛ pretorio iure nõ roborantur, que dolo vel me
tu fiunt.nec hñt equitatẽ naturalẽ. Sed si opponas de text.ibi
dũ dr̃, ꝙ tollitur per exceptionẽ. Rñde vt intellexi in.l.legiti-
ma.de pactis. Finaliter (vt breui ꝯcludã) potest inferri ad oẽs
obligationes ⁊ actiones pretorias, de quibus in.§.omnium in-
sti.de obligationibus.⁊ in.§.sed iste quidem insti.de acti.quod
vr̃ rursus confirmari ex.l.in conuentionalibus.ff.de ꝟbo.obl.
vbi docebat vlpianus, ꝙ conuentionales stipulationes formaꝫ
accipiunt a cõuentione, pretorie vero a mente pretoris cũ igit̃
mens ⁊ sententia pretoris non habeat rata dolosa vel metu fa-
cta, sequitur nec pretoriam stipulationez valere, quod certe es-
set pulcherrima limitatio ad regulam iuris ciuilis, ⁊ videtur
ratione constare. facit tex.in.l.quotiens quis de verbo. obli-
ga.vbi licet alias stipulatio facti alieni non valeat, vt in.l.stipu
latio ista.in prin.⁊ in.l.inter stipulationem.in princ.ff.eo.tit.tñ
stipulatio pretoria equitate sortitur interpretationem me factu
rum.s.⁊ curaturum vt alius faciat.equitate igitur sumenda est
interpretatio. Unde si diligenter animaduertas, videbis in.l.
i.de doli excep.⁊ insti.de excep.quod contra rigorem iuris ci-
uilis ex pretorio iure dat̃ exceptio.ergo nõ ꝯ̃ rigorẽ iuris pre-
torij ex iure ρ̃torio hoc eniꝫ nõ ꝯsonat.⁊ sup his cogita, qꝛ innu-
mera sunt, ⁊ a nouo homine (si dicere liceat) lustrata.nec esset
mirũ, vt emendatione egerent. Sed operepretium erit alijs oc
casionem veritatis inquirende prebuisse.

¶ Si igitur iura pretoria non comprobant, nec fouent ea, que
metu ⁊ dolo fiũt. vt supra latissime, ⁊ constat ex.l.iuris gentiũ.
§.pretor.de pactis.ff.ergo idẽ est de iure canonico in his, que
ad ius pretoriũ pertinent, qꝛ hoc etiam cõformat iuri ciuili.itez
446 etiam idem erit in omnibus actibus canonicis, † qꝛ ex preto-
ris equitate ⁊ iure pretorio, magis est interpretanduz ius cano
nicum quam ex rigore iuris ciuilis. vt in.c.sepe de resti. spo.⁊
in.c.dilecti.de iudi.maxime in hoc eodem casu, in quo ex rigo
re ciuili sequitur iniquum ⁊ contra equitatem nature, ⁊ verum
iudiciũ.vt fatetur iuris consultus in.d.l.i.de doli excep.⁊ idez
legislator insti.de excep.in prin.

447 ¶ †Decima sit, ⁊ pulchra illatio, ꝙ q̃uis ex traditione metu
facta trãsferat̃ dñiuꝫ ẜm ius ciuile, vt in.l.si metus.ff.de ac.he
re.⁊ in.d.l.si mulier.§.si metu, non tñ trãsfert̃ ẜm ius naturale,
qđ patẽter oculis tuis subijcio. Nam iure naturali dñiuꝫ ex tra
ditione transfert̃, qꝛ ꝯuenit equitati naturali vt rata habeatur
voluntas ipsius, q vult rẽ suã in aliũ trrãsferre. ita docet legi-
slator insti.de reꝝ diui.§.p traditionẽ.sed qñ metu vult trãsfe-
re, nõ cõuenit eqtati naturali ratã habere voluntatez coactam
vt in.l.i.ff.quod metus causa.⁊ in.l.i.de doli excep.vbi cõstat,
ꝙ cõtra naturalez equitatẽ hr̃ rata a iure ciuili. igit̃ ꝯstat etiã,
ꝙ iure nature nõ transfertur dñiuꝫ.qđ satis ẽt probat̃ ex.§.in-
uito.l.iij.de bonoꝝ pos.ff.iuncto.§.emancipati.instit.de here.
q̃ ab intest.naꝫ iure ρ̃torio ꝙ eqtate regit̃ naturali nõ trãsfert̃.

448 ¶ †Unde mirabilis traderet̃ intellectus ad.l.j.de ac.rerum
do.⁊ ad.l.ex hoc iure.infra.eo.⁊ ad.§.singuloꝝ.instit.de reꝝ
diui.ꝙ dñia q̃ sunt a iure cõprobata, metu nõ trãsferant̃.⁊ ita
ẽt intellige.l.nunq̃ꝫ de ac.reꝝ do.ff. Nec certe obstaret text.in
l.si metus.de ac.here.⁊ in.l.si mulier.§.si metu.ꝯ̃.all. vbi tran
sfert̃ hereditas ex aditione metu facta.illa enim translatio est
mere ciuilis.⁊ nõ per traditionẽ.vt in.l.cũ hr̃des.de ac.pos.
ff.nimirũ ergo si ex rigore iuris ciuilis transferatur dominium
ciuile, ꝯ̃ q̃ꝫ trãslationẽ eqtate naturali dat̃ remediũ, ⁊ abstinẽdi
facultas, vt pꝫ in eadẽ.l.si metus, ⁊ notat̃ in.d.l.si mulier.quã-
to igit̃ minus iure naturali transferri nõ dꝫ.cũ trãslata ex eodẽ
iure rescindantur.arg.l.patre furioso.ff.de his que sunt sui vel
al.iu.⁊ in.c.quemadmodum.de iureiuran.

449 ¶ †Undecimo ex superioribus infero.ꝙ glosa cõiter appro
bata in.c.sup hoc de renun.in gl.magna in medio vbi dr̃, ꝙ de
iure canonico dñiuꝫ trãsfert̃ ipso iure ex traditione metu facta,
⁊ idẽ cẽset̃ in eo, q renũciat per metũ bñficio.vt gl.ibi ⁊ idẽ sen
tit innocen.in.c.ad audientiam.⁊ in.c.ad aures.de renun.vbi
idem tenent petrus ⁊ abbas antiquus ⁊ modernus. ita tenent
etiam domini de rota decis.362.

¶ Sed ego ex superioribus video dñium nõ trãsferri.nam nõ
transfertur iure naturali, nec gentium, nec iure pretorio, igitur
nec iure canonico transfertur, qꝛ in hoc ipso ius gentiuꝫ natura
le, ⁊ pretoriũ est confirmatũ a iure canonico.vt in.c.ad audien
tiã.qđ metus causa.⁊ in.c.j.eo.ti.li.vj. Nã si iure canonico ta
lis translatio p viꝫ facta rata nõ habetur, impossibile est, quod
ex eodem iure transferatur.qꝛ ex ratihabitione iuris eodem iu
re transfertur, vt in.§.per traditionem.

450 ¶ †Item in renuntiatione beneficij expressum est arg. in di-
cto.c.super hoc vbi spontanea requiritur renunciatio.idem in
c.solicite.de resti.spo. Sed ijdem doctores qui tenent contra-
rium, formant hanc consequentiam, ꝙ vbi spontaneus consen
sus requiritur, ibi actus viciat̃ ipso iure. ita do.abbas in.c.cũ
locũ, ⁊ idẽ in.c.significauit. de eo qui dux.in ma.quam pol. p
adul.⁊ in.c.maiores.in.§.fi.de bap.⁊.in.d.c.abb.ij.co.⁊ no-
tat̃ in.c.notificasti.xxxiij.q.v.⁊ eãdẽ ꝯsequẽtiã faciũ theologi
vt sanctus doc.iiij.di.xxix.ar.j.⁊ sepius dñ de matrimonio me
tu cõtracto loquit̃. Constat igitur ꝙ cuꝫ renũciatio debeat esse
libera ⁊ spontanea, si metu fiat nõ vꝫ. At non vꝫ, regula vniuer
sali canonica.vt in.c.ad aures ⁊ in.c.audientiaꝫ. quod metus
causa. Ergo verum est dicere vniuersaliter, que metu fiunt nõ
tenere.⁊ de hoc late supra in princ.principalis qõnis. Sat est
ꝙ do. Panormitanus in.c.abb.in fine nescit respõdere argu
mento.quod ipse sepius fatetur.

451 ¶ † Nec obstant fundamenta glose in cap. super hoc, que
allegat.l.similiter.§.metu coactus.cui supra proximo respon-
di.⁊ text.in.c.merito.xv.d.j.in delictis loquitur in quibus vt
supra dicebam, verum est voluntatem esse voluntatem, quãuis
coactam, ⁊ ex hoc subest peccatum. Hec enim voluntas facti

est ⁊ nihil iustitie hꝫ. Nos tamen loquimur in voluntate que
iusta potest esse que si inuita fuerit, a iure nõ roboratur, nec est
452 iustum roborari. de his superius. ¶ † Sed si queras, quid si
renunciatum sit beneficio cum iuramento, vel traditio rei cor-
poralis sit facta cum iuramento, videtur ꝙ valeat qꝛ iuramen-
tum metu extortum valet. vt in. c. ij. ⁊ in. c. si vero de iureiuran.
Adhuc forsan dici posset, quod nec valeat renunciatio ipso iu
re, nec transferatur dominium, qꝛ ꝗuis iuramenti obligatio va
leat, qꝛ deo fit iuramentũ, parti tñ non obligor, que turpiter in-
tulit metum. vt in. l. iij. quod metus causa igitur nõ transfertur
dñium. At dices ꝙ renunciatio non est translatio. sed cõsistit
in sola voluntate renunciantis, ⁊ dꝫ fieri in manibus superioris
vt in. c. admonet de renũ. ⁊ in. c. cũ vniuersoꝝ de rer. ꝑmu. vñ
cuꝫ veꝝ sit ꝙ ego renuntio, certe amitto bñficium qđ amittere
volo. ¶ Respondeo. quod cũ coacte volo, non amitto qꝛ iure
amittit̃ ⁊ ius meam voluntatẽ ratã non hꝫ, nisi sit spontanea vt
in. d. c. sup hoc. ⁊ in. c. solicite su. al. ⁊ in. d. ca. ad audientiam.
¶ Item si arguas eodem modo, ꝙ qui metu tradit rem suam,
veꝝ est tradere velle, ⁊ se nolle dominari. ergo amittit domi-
nium, qꝛ nolens retinere amittit dominiũ. vt in. l. j. ⁊. ij. pro de-
relicto. ff. ⁊ ita arguit iuris consultus in. l. j. §. si vir vxori. de ac.
453 here. ¶ † Respondeo ꝙ dominiũ est iuris, vt patet ꝑ diffini-
tionem a bar. expositam in. l. si quis. §. differentia. de ac. pos. ff.
⁊ notat̃ in Rubri. ff. de ac. rer. dominio. Est enim ius in re cor-
porali libere disponendi. ⁊ reliqua. vnde nec amitti nec acquiri
põt nisi iure. sed non est equum vt inuitus amittat, vt in. l. j. qđ
metus causa ⁊ in. c. ad audientiam. eod. tit. ergo nec iure natu-
rali nec pretorio nec canonico amittit. ¶ Non obstat tex. in. l.
j. ⁊. ij. Pro derelicto. Nam voluntate amittit libera. ⁊ hoc ve
rũ est omni iure. Nos vero loquimur in voluntate coacta, qua
nec acquirit, nec amittit equitate naturali ⁊ iure pretorio, vt no
tatur. d. l. si mulier. §. si metu. ⁊ in. l. iij. §. inuito de bonoꝝ. pos. ⁊
per ꝯsequens iure canonico quod illis (vt dꝫ) astipulatur ⁊ con
sentit. ¶ Nec obstat. l. j. §. si vir vxori. qꝛ ibi in possessione facti
loquitur iuriscõsultus. vt idem ponderauit. Nec obstat decisio
rote, que cõeꝫ est sententiam secuta. Nam adeo hoc principiũ
apud doctores hucusqꝫ inueterauit, qđ nullus dubitauerit, sed
in parentũ fide omnes id firmũ tenuerunt. Ego vero que iuris
sunt, nisi ratione percepero, fide certe non teneo.
454 ¶ † Cum igitur dominium iure canonico ex traditione metu
facta non transferatur, sequitur, quod tradens poterit agere
actione reali, qꝛ dominiuꝫ nõ amisit, aut si dicas amisisse, dicas
quo iure. Nam nec naturali nec pretorio nec canonico amisit.
vt. s̃. Sed si dicas ciuili amisisse, ego non loquor de iure rigoro
so ciuili, quo fateri oportet amisisse. vt in. l. j. de doli excep. ⁊
in prin. insti. de ac. sed loquor de iure canonico, ⁊ in rebus que
a canonibus iudicant̃. Nec obstat si dicas, quod ius ciuile cen
seatur approbatum a iure canonico. Nam approbatio illa vni
uersalis est. particulariter tamen in isto casu non approbat ius
canonicum metu facta. Et particularis eqtas vincit generaleꝫ.
vt dicebat bar. in. l. j. per illuꝫ tex. ff. de mino. ⁊ diuersa est via iu
ris canonici a iure ciuili, ex quo habis egregiã ⁊ pulchrã decla
rationẽ, ad tex. in. l. metum. §. volenti. quod metus causa. ff.
455 ¶ † Hinc etiam decidere poteris illam dubitationeꝫ, an alie-
natio rei ecclesie valeat si metu fiat de qua per glo. in. c. abb. ⁊
ibi Joan. Ant. d. an. ⁊ do. abb.
456 ¶ † Sed in his duo residẽt dubia. Primuꝫ est de baptismo.
quod si metu suscipiatur, vꝫ. vt in. c. maiores. §. fi. de bap. er-
go que metu fiunt, iure canonico valida sunt. Rñdeo ꝙ ea rõ-
ne vꝫ baptismus, qꝛ in baptismo nõ requirit̃ ꝯsensus necessario
ipsius baptizati, cũ qñqꝫ presumptus sufficiat. vt in dormiẽte ⁊
in furioso. ⁊ quãdoqꝫ parentum ⁊ alterius persone sufficiat, vt
in infante. Quod satis expresse ibi nobis traditur quod rursuꝫ
alia rõne tibi demonstro. Nã si baptismus metu suscept⁹ regu
laret̃ rõne vniuersali eoꝝ q̃ metu fiunt, certe ꝗuis ipso iure va
leret, veniret retractãdus ẽt ꝫm doctoꝝ opinionẽ, sed hoc est
falsum, qꝛ efficaciter imprimit̃ character, qui euelli nõ põt. vt
ibi dr̃, igit̃ ille casus aliam hꝫ rationeꝫ ꝗꝫ hanc vniuersaleꝫ.
457 ¶ † Secunda dubitatio est iuramenti ꝙ si metu fiat de iure
canonico valet naꝫ requiritur absolutio. vt in. c. si vero. ⁊ in. c.
veꝝ. eo. tit. ergo constat iurantem esse obligatum. vt in. l. decẽ.
de verbo. obliga. ⁊ in. c. ad dissoluendum. de sponsa. impub.
Huius dubitationis resolutionem videbis in. xxij. illatiõe que
458 erit infra proxima. ¶ † Iteꝫ quodcunqꝫ dixi metu idẽ intelli-
gas de dolo. naꝫ eadẽ rõ est. vt in. l. si cũ exceptione. §. cuꝫ qui
quod metus causa. ⁊ in dicta. l. j. de doli excep. itaqꝫ que dolo
malo fiunt, nec iure naturali, nec pretorio, nec canonico valent.
vbi vero in causa aliqua reperiunt̃ valida, que dolo facta sunt.
vt in. c. ex parte. et in. c. duduꝫ. de ꝯuer. coniuga. ibi dolus nõ
est malus, sed bonus. vt in. l. j. §. nõ fuit. ff. de dolo. ⁊ ideo nec in
uenies in his casibus restitutionẽ locũ habuisse.
459 ¶ † Uigesimasecunda principalis illatio fit ad illam subtileꝫ
dubitationẽ. nam de iure canonico iuramentum metu extortuꝫ
valet. vt in. c. ij. ⁊ in. c. si vero. ⁊ in. c. verũ de iureiuran. in. c. au
ctoritate. xv. q. vj. vbi dr̃ a tali iuramento absoluendum ipsum
iurantem, ex quo ꝓbatur eum obligatum, qui enim ligatus nõ
est absolui nõ potest. vt in. l. decem. de verboꝝ obliga. in. c. ad
dissoluendum. de spon. impub. ⁊ ita tenent cõmuniter canoni-
ste in. c. ij. ⁊ in. c. si vero. su. al. post Innoc. in. c. abbas. de quo
nullũ est dubium, qꝛ habemus iura expressa, ex quibus ẽt theo
logi id fatentur. vt infra videbis. Sed habemus de iure ciuili
legem expressam contrariaꝫ in aucten. sacramenta. C. si aduer.
vend. ⁊ ita fatent̃ doctores, ꝙ aliud sit de iure canonico, aliud
de iure ciuili. vt bar. Salice. paulus. ⁊ mordeniores in. d. auc.
460 sacramenta. ¶ † Aliqui tñ ꝓpensius hec cogitantes dicebant
ꝙ ꝗuis differentia sit vera inter ius canonicum ⁊ ciuile, tñ ius
canonicũ esset obseruandum in iuramento, qđ est spirituale. vt
in. c. ij. de iureiur. lib. vj. In his enim cedit ius ciuile iuri cano
nico. vt notat̃ plene per Bar. in. l. priuilegia. C. de sac. san. ec
cle. ⁊ ꝑ io. calde. in. c. j. đ noui. ope. nun. ⁊ ibi Panormitanũ.
Ita io. de imola. late in repeti. c. cũ ꝯtingat. đ iureiuran. ij. col.
461 ¶ † Ego vero nec credo differentiã inter ius canonicũ ⁊ ciui-
le. Nec dicere audereꝫ ꝙ tex. in. d. auc. sacra. non ꝓcedat me
ro iure, ⁊ vera iustitia. cũ maxime ille tex. sit nouissimus, ⁊ sum
ma religione formatus, ⁊ sit ex auctenticis, que verã religionẽ
⁊ iustitiã ecclesiasticaꝫ profitebantur. vt in auc. vt apuđ ꝓprios
epis. ⁊ in aucten. quomodo opor. epis. in prin.
462 ¶ † Considerabam igitur primo, ꝙ si eadem verba que sunt
ꝯtexta in. d. aucten. sacra. sunt ẽt inserta in iure canonico, ne-
cesse est dicere nullam esse differentiam iuris canonici ad ciui-
le. dicitur enim in auct. sacra. ꝙ iuramentũ quod per vim vel
metum extortũ est, est nullius momenti. at in. c. ij. de iureiurã-
do. dicitur nullius iuramenti vinculis potest constringi, igitur
ista iura conformant. nam nullius esse momenti interpretatur
per doctores. idest non obligat. vt in nostra eadem dubitatio-
ne videmus. sed si vinculis iuramenti non potest constringi, se-
quitur, ꝙ non potest obligari. qꝛ obligatio est iuris vinculum.
vt patet per diffinitionem. ꝯstat igitur ꝙ ius canonicum a ciui
li non deuiat. quod ẽt dilucide probatur in. c. cuꝫ contingat. de
iureiuran. ⁊ in. c. ꝗuis pactũ. de pactis. lib. vj. vbi in casibus
similibus illi auct. ex qua precipitur iuramentũ a minore presti
tum esse seruandũ excipitur casus, nisi metu vel dolo fiat, nam
tunc non est seruandũ. Sed in fronte pꝫ argumentũ, nam de iu
re canonico obligat. vt supra probatũ est, ergo falsum est ꝙ nõ
obliget iure canonico prout non obligat iure ciuili. ¶ Rñdeo
ꝙ eod. tex. ex quo patet non constringi idest non obligari, con
stat etiã absoluendũ. vt in. c. ij. vnde hoc est mirabile, vt q vin-
culo iuramẽti astringi nõ põt, absoluat̃. itaqꝫ aliqđ latet, quod
nõ cognoscimus. Preterea adduco rõnẽ satis ꝯcludẽtem, ꝙ
iuramentũ sit nullũ. qꝛ ꝯtra bonos mores dr̃ vis inferri. vt in. l.
iij. ff. qđ metus causa. sed iuramentũ ꝯtra bonos mores nõ obli-
gat. vt in. l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. j. in. c. nõ est obligato
riũ. de reg. iur. lib. vj. ergo iuramentũ vi extortuꝫ non obligat.
¶ Facit qđ dicit Panor. in. c. significauit. de eo qui duxit in
ma. quam pol. per adul. quod ideo matrimonium erat nullum
si metu fuisset contractum, quia erat contra bonos mores, ergo
idem dicendum est de iuramento.
¶ Quid dicenduꝫ attende, ⁊ nunc videbis iuris lineamenta ⁊
causas in materia hucusqꝫ non expressas.
463 ¶ † Primo itaqꝫ resolue, ꝙ in iuramẽto duplex subest obli-
gatio vna ex promissione expressa, alia ex tacita, que in deum
resultat, ⁊ hanc duplicem obligationem fatentur omnes do-
ctores in. c. j. de iureiurando. ⁊ in. c. debitores per text. ibi de
iureiurando. hoc igitur presupposito, quod omnibus est notum
presuppono aliud, quod quando vis infertur, vt iuretur, q vim
infert, turpiter facit, ⁊ contra bonos mores, vt in. l. iij. su. al. vn
de non est equum vt ei iure sim astrictus, qui mihi vim intulit,
quia quando turpitudo versatur ex parte suscipientis promis-
sionem, non est iustum homini, qui turpiter agit, in hoc ipso
in quo turpitudo versatur, iure obligari. vt patet in eodem. c.
debitores ⁊ hoc est qđ dicitur in. c. ij. nullius iuramenti vincu-
lis super hoc posse constringi. ⁊ ita intelligitur tex. in dicta au
cten.

tten. sacramēta, vbi nullius decernitur esse momenti. s. quo ad
partis obligationē, cui queri non poterat. Nā quo ad Dei obli
gationē ius ciuile nō potuit decernere iuramētū nullū, si iuri ca
nonico in hac nullitate nō ꝯsonaret vt in. c. venerabilē de ele. ⁊
dixi late in. xx. principali illatione eodē mō intellige. c. cū cōtin
464 gat. ⁊. c. q̄uis pactum. §. alle. ¶ † At alia est tacita ꝓmissio,
que ex iuramento in deuz resultat. Nam cum deum ipsum per
iuramētū adhibeā veritatis testem ⁊ assertorez (vt dicit marcus
tul. in li. de offi.) sequit̄ me ei teneri ad veritatē eoꝝ, que ꝓmi
si, ⁊ hoc est qđ dr̄ in. c. ⁊ si christus. ⁊ in. c. debitores eo. ti. red-
de deo iuramēta sua, ⁊ fuit preceptū veteris testamēti. Hec igi
tur ꝓmissio q̄uis metu fiat nullā hz metus turpitudinē, qꝛ deus
nō intulit metū, nec ipse perterritus turpiter fecit, dū metu, qui
in ꝯstantē viꝝ cadat, q̄cq̄ iurauit, vnde obligatus est deo, per
quē iurat, ⁊ hoc est qđ dr̄ eū absoluēdū. Nā nullis obligationis
vinculis tenet̄ parti, sed deo est obligatus, ⁊ ideo absoluendus,
vnde clara intelliges verba ad faciem pugnantia in. c. ij. eo. tit.
⁊ resolues argumenta superiora, hanc eandem sententiam, per
quā ego iuste iura intelligo, tenet sanctus doctor scđa secunde q̄
stione. lxxxix. arti. vij. ad. iij. ⁊ super. iij. distin. xxxix. arti. iij. vbi
ipse fatetur non obligari parti iure canonico, nec ciuili, sed deo
465 obligari, ⁊ ideo absolutionem esse petendam. ¶ † Nec ob. sen
ten. abbatis in. c. j. col. j. ⁊ penul. col. ⁊ in. c. debitores. ⁊ alioꝝ
de quibus ibi, ꝙ quando turpitudo versatur ex parte receptio-
nis ꝓmissionē iuramētū obligat ꝓmittētē ipsi, cui ꝓmittit̄.
Nam hoc ego nunquam percipere potuit, quia si obligatio sim
plicis ꝓmissionis non est, dum recipiens turpiter recipiat. qꝛ
cum turpiter faciat, ius non vinculat ei, eodem modo, ⁊ eadē rō
ne in iuramēto, cuius obligatio non debet tendere ad extremuz
turpe, sed tendit in deum, qui vt in nullo peccare pōt, nec in hoc
peccauit. ¶ Nec obstat fundamentum in quo stat fallacia, qđ
pars absoluat, vt in. c. j. cū simili. Nam absoluit causatiue, qꝛ si
sibi est satisfactū iam soluta est obligatio Dei, vt idē Abbas fa
tetur in. d. c. j. in notabilibus ⁊ in. c. v. eo. titu. ratio qꝛ ꝓmis-
sioni que parti fiebat fuit adiectum iuramētum, vnde volunta-
te partis causatur absolutio, vt in. l. solutionis verbo. de verbo.
sig. ⁊ in. l. solutionis verba. de sol. ff. hec alibi latius expresse me
mini. ¶ Verū q̄uis superior concordia speciosa videatur ꝓ-
fecto dubia satis vrgentia resident, ⁊ primo, vt etiam in illatione
supra proxima dicebam, Deus non recipit nisi sinceram ⁊ sim-
466 plicē voluntatem, vt in. c. j. xv. q. v. † ex quo dicebat dn̄s Ab-
bas cum ceteris concludens, ꝙ vota que metu fiunt erant nul-
la, qꝛ Deo fiebant qui sinceram ⁊ puraz tm̄ voluntatē acceptat,
vt in. c. j. qđ metus cā. ⁊ Panormita. in. c. abbas. dum loquit̄
de voto, eodem ergo modo iuramentum, qđ in Deum tēdit, ni-
si sit purum ⁊ sincerum, Deus non dz recipere. Nam obligatur
quis ex iuramento. qꝛ reddenda sunt Deo iuramenta sua. vt in.
c. si christus. ⁊ in. c. si debitores. ⁊ obligat̄ quis ex voto, qꝛ red-
denda sunt Deo vota sua vt ait Dauid. vouete ⁊ reddite domi
no Deo nostro, vt in. c. magne. de voto, ⁊ voti redemptio. itaq3
par est vtrinsq3 ratio. ¶ Preterea videmus ꝙ talem ꝓmis-
sionem metu factam ius canonicum ratam non habet. vt in. c.
ad euidentiam. qđ metus cā. Nec ratione ipsa naturali ratam
haberi probatur, vt in. l. j. ff. qđ metus causa ⁊ in. l. j. de doli ex-
467 ceptio. ff. at ratio naturalis lex est diuina. † vt colligitur ex sen-
tentia Augusti. in. c. fina. xvij. q. vlti. ⁊ in. c. fina. ix. distinctio.
quare igit̄ Deus ipse habebit ratam contra legem diuinā ⁊ hu
manam? vel quare potius lex humana ⁊ ēt diuina ratam nō hz
ꝓmissionem, quam Deus suscipit, ⁊ ratam hz, cū a vultu eius
pendere debeat omne nostrum iudicium, vt in. c. vt nostrū. vt ec
clesia bene. sine dimi. ¶ Item de eo metu nos loquimur qui
possit cadere in constantez virum. vt in. l. metum in vtraq3 ⁊ in. l.
nec timorem. ff. quod met. causa. ⁊ constantia est virtus que com
mittatur iusticiam, nec constans iniustus esse potest. vt in. l. iu-
stitia. ff. de iusti. ⁊ iure. igitur quia ratione violenta nihil sunt, qꝛ
voluntas non agit. vt in. c. sacris. cum similibus eadez ratio vir
constans, qui metu agit cum iuste eligat. ⁊ fugiat metum, debe
ret non obligari, ⁊ secundum iusticiam nihil esset, quo argumen
to cōcluditur regula vniuersalis eorum, que metu fiunt ⁊ etiam
quod Deus non suscipiat, que metu constantis viri iurantur
quod etiam probatur in exemplo ipsius Abraam ⁊ Isaac. qui
metu mortis dixerunt vxores suas sibi esse sorores, qui tamē erāt
468 constantes. ¶ † His tamen non obstantibus superior cōcordia
stare potest, ⁊ primo respondeo, ꝙ Deus non suscipit nisi since
ram voluntatem, quando illa voluntas sibi offertur. naz qui vo
uet, vult Deo in hoc ipso ministrare, vt apud ipsum mercatur,
sed nec obligatio habet sua requisita, quando est coacta, nec me
ritum est in illo bono. quod fit metu. vt in. c. presens. xx. q. iij. ⁊
ita intellige quod ibi dicit̄ nullum bonum nisi voluntariū. aliud
vero est qn̄ iuratur parti ad aliquam vtilitatē qꝛ tunc nō ad me
ritum vel ad oblationē Deo factam stringitur, sed ad negocia
humana ad cuius rei testimonium Deus ipse in medium affer-
tur. Unde quia ita voluit, vt promisit, ne mentiatur per Deum
⁊ ipsi Deo, decet vt obseruet, quod ꝓmittit, nec turpitudo viz
inferentis consideratur in hoc casu, qꝛ Deus nihil turpiter fa-
469 cit. vt. s. ¶ † Hinc infero singulariter, ꝙ pollicitatio etiaz de iu
re ciuili metu fiat nulla est ratio, qꝛ est solius offerentis ꝓmis-
sio. vt in. l. pactum. de pol. ff. ⁊ videtur, ꝙ cum pollicitatio dica-
tur quādo quis sua sponte ꝓmittit reipublice vel Deo vt loq
tur totus titulus de polli. si metu. ⁊ interpellante terrore polli-
ceatur, talis pollicitatio est nulla, nam oblatio debet esse volun
taria ⁊ que ratio est in voto, eadem videtur in pollicitatione. vt
in. l. ij. de pol. vnde ex his datur pulchra extensio ad ea que no-
tantur in. d. c. abbas cum simi. ꝙ sicut votuz est nullum ex. c. j.
eo. ti. ⁊ ex. c. presens. §. al. ita etiam pollicitatio, ⁊ hoc dum ista
in terminis doctoꝝ intelligimus, sed in terminis nostris in. §. ꝓ-
xima illatione cōclusimus omnia que metu fiunt iure canonico
non valere. ¶ Non obstat ꝙ ratione naturali ⁊ canonica, que
metu fiunt non sint rata, nam si attendimus turpitudinez vim in
470 ferentis, ⁊ eius vtilitatem, certe rata non debent haberi, † quia
nemo ex improbitate sua debet actionem consequi in. l. non frau
dantur. §. nemo. de reg. iu. ⁊ in. l. itaq3 fullo. ff. de fur. ⁊ ita intelli
gitur quod dicit psalmista odisti omnes qui operantur iniquita
tem. Si vero ostendimus ꝓmissionem, que licita est, ⁊ nullum
peccatū hz ex parte ꝓmittentis, itē religionē q̄ Deo debet̄, cer
te cū iuram̄ possit obseruari sine interitu salutis eterne, obseruā-
dum est, ⁊ hec est sententia legislatoris in. c. si vero. eo. titu. ⁊ ita
in simili soluūt canoniste. in. c. j. de iureiuran. vbi Panor. in. j.
col. in fi. ⁊ idē est ex sensu sancti Thome vbi supra duz parti ad
vtilitatem suam negat obligationem, sed tamen dicit iuramen-
tum obseruandum, equitas ergo naturalis ⁊ canonica dum
metu facta rata non habet, respicit turpitudinem inferentis
⁊ eius vtilitatem, verum si nemo ex improbitate sua debet actio
nem cōsequi ex dicta. l. itaq3 fullo. sequitur quod iure ciuili infe
rens metū nō debeat ꝯsequi actionē solue vt ibi. ¶ Nec id ob-
stat quod constans vir metum suspiciat. ⁊ ꝙ in hoc ipso iuste
agat, quod ego fateor, ⁊ ideo iniustum est, vt ipse debeat teneri,
ex his, q̄ metu fecit. cū iuste fugerit metū. Inspecta tm̄ religio-
ne, que deo debetur. dz iuramentū obseruari, qꝛ obseruari po-
test sine interitu salutis, sed ex ista equitate datur absolutio etiā
471 a iuramento. vt in dicto. c. si vero cum similibus. ¶ † Ex his in
telliges, quid sit metus, qui cadat in constantē virum, ⁊ quomo
do vir constans timere potest, Nam debet librare periculū cuz
ipsa re, cuius causa timor infertur, ⁊ si viderit periculuz esse ma
ius malum, q̄z res ipsa, iuste agit, dum euitans maius malū, mi-
nus eligit. finge ꝙ periculum infertur mortis. vt matrimonium
cum titia contraham. certe minus malum est matrimonium cō
trahere q̄z mori. iō vir iustus poterit iuste eligere, ⁊ hic metus
qui cadit in constantem virum. vt in. c. cōsuluit. de sponsalibus
⁊ in. l. metum. la secunda. quod metus causa. ff. at si minant̄ mi-
hi mortem conditione alicuius peccati, q̄uis sit mors instans.
metus iste non cadit in constantem virum. ⁊ potius debet eli-
gere mortem q̄z malo consentire, vnde metu non debet eligere
472 malum, vt in. c. sacris. cum similibus. † Nam vt dicit philoso-
phus. iij. ethi. peccata sunt maxima malorum, ⁊ eligere maius
malum timore minoris, nec iusti viri est, nec constantis. ⁊ ita de
bes intelligere ⁊ declarare. quod vulgo dicitur metum mortis
esse metū qui cadat in constantem virū, tunc enim hoc verum
est dū mors est maius malum, q̄z id in cuius cōditionem metus
infertur, alias secus, vt supra vides, hinc etiam pulchre intelli-
ges tex. in. l. metum la prima. ff. quod metus cau. vbi metum ac
cipiendum Labeo aiebat non quidez minoris sed maioris ma-
li. itaq3 metus nec est iustus, nec cadit in constantem virum, qn̄
periculum est minus malum, q̄z ipsa conditio, secus si periculū
est maius maluz, tunc enim Labeo dicebat iustum esse metum,
vt superius declaro. ⁊ hec adhibeas menti, nam ista sunt vera
⁊ ad veram intelligentiam necessaria.
473 ¶ † Sed ad superiora residet dubium satis subtile, quia vi-
dimus. §. in illatione supra proxima principali, ꝙ in auctentica
sacramenta, contractus erat nullus, nec iuramentuz confirma-
bat contractum, sed iuramentum quia in Deum tendebat, erat
validum. cum a iure ciuili etiam inualidari non posset. sed si ita

est fieri oportet ꝙ iuramenti obligatio, que tendit in Deuz, nul
la est quando metu iuratur, quia cum aucten. sacramenta lo-
quatur de tali obligatione, dicit nullius esse momenti. Respon-
deo, ⁊ fateor ꝙ in aucten. sacramenta. contractus non sit confir
matus vt ostendi in superioribus. Sed considero ꝙ iuramento
de non retractan. ɔtractum duplex est promissio, vt presuppo-
sui. s. ⁊ ostendo late, ⁊ subtilius in repetione. c. j. de consti. cum
dissero de iuramenti obligatione, illa igitur que in Deum tendit
valida est, nec de hac posset dicere nullius esse momenti quo ad
Deum. sed illa, que tendit in partem, nullius est momenti, vel ẽt
ea que tendit in Deum quo ad effectus ciuiles, quia quo ad par
tem, nullum est, cui nec actio, nec exceptio oritur, ⁊ ita intellige
474 illam aucten. ¶ † Ex his nec teneo illam spetiosam ⁊ exquisi-
tam declarationem, quam tradit dominus Abbas in. c. cum cõ
tingat. ij. colum. de iureiuran. que originaliter fuit cuiusdã Vin
centij Mediolanensis in. c. quamuis pactũ. de pactis. libro se-
xto. ꝙ q̃uis iurm metu extortum valeat, tñ si adiciatur contra-
ctui a iure reprobato, non valet ipso iure, qꝛ requiritur, vt spon-
te iuret, vt in. d. c. cum contingat. ⁊ in. d. c. q̃uis. ⁊ casum dicit
dominus Abbas in aucten. sacramenta. quem etiam sequitur
Fely. in. c. ij. j. col. ⁊ in. c. si vero de iureiuran. iij. colũ. j. decla.
475 ¶ † Aduerte tñ ⁊ ꝟba a causis põderes, nõ causas ex verbis
vt in. c. intelligentia de verborum significatio. ⁊ quero an impro
batio contractus, que fit a iure ciuili impediat iuramenti vincu
lum, ⁊ fateri conuenit non impedire vt in eisdem iuribus patet
476 vbi contractus sunt improbati, ⁊ tamen iuramentum valet, † itẽ
quero an metus impediat iuramenti obligationez, ⁊ quippe cer
tum est non impedire, vt in. d. c. ij. ⁊. in. c. verum. ⁊ in. c. si ve-
ro. quare igitur vis ꝙ impediatur, nam vides ꝙ nulla harũ cau
sarum sufficit. verum si dicas ꝙ simul iuncte poterunt impedi-
re. Aduerte quod qua ratione separate impedire non possunt,
eadem manet cuz simul sunt iuncte. Nam ratio erat, qꝛ ex iura-
mento quis obligabatur Deo, quam obligationem ius ciuile im
pedire non poterat, vt dicebat dominus Abbas in. c. cum con
tingat. iij. col. ⁊ iuramentum est quid spirituale, vt in. c. venera-
bilez. de electione. vnde prohibitio iuris ciuilis nihil impedie-
bat, at ista eadem ratio manet, itez metus non impedit, quia iu-
ramentuz potest obseruari sine periculo salutis eterne, ⁊ nec iu-
rans peccat, nec Deus per quem iuratur, vt. s. exposui. ergo se-
quitur, ꝙ etiam si contractus sit prohibitus, ⁊ metu sit iuratum
est obseruandum, quia eadem ratio in vtraqꝫ causa manet.
¶ Nec obstat. ꝙ tex. in aucten. sacramenta. ponderat verbuz
sponte ꝙ fateor ad inuiolabilem obseruationem. vt tex. loquit̃
quia si metu fiat inuiolabiliter non obseruatur, quia petitur ab-
solutio, vt in. c. si vero. Nec obstat tex. in. c. q̃uis ⁊ in. c. cũ cõ-
477 tingat, que iura intellige, vt. s. dixi. ¶ † Ex his etiam quarto in
ferri põt ad id qꝺ dicunt Host. ⁊ Jo. an. in. d. c. verũ. ⁊ in. c. ad
audientiam. quod metus causa. ⁊ do. Abba. in. c. si vero. in fi-
na. verbis. ⁊ ibi Fely. in. iij. declaratione, ꝙ in dubio presumen-
dum est, qui metu iurat non habere animum se obligandi. ita
ipsi. Tu vero considera, ꝙ qui non habet animuz obligandi ve
re non consentit, q̃uis se consentire dicat, non obligatur quo ad
Deum, vt in. c. in tua. de spon. ⁊ ita tenet glo. in. c. si vero. quaz
ita intelligit Joan. an. ⁊ Abbas vbi id fatet̃. ⁊ do. Fely. ⁊ Car
di. ibi. at si ius presumit eum non habere animum obligandi cer
te habet pro non obligato, qꝛ iuris presumptio suas partes pre-
supponit veras nisi contrarium probetur, vt in. c. cum tacitus. ⁊
in. l. si pactum. ff. de probatio. Si igitur ius habet pro non obli-
gato, sequitur non esse absoluendũ, ꝙ tamen est falsuz, vt in di-
ctis iuri. Hec enim videntur sibi non coherere, vt iure presumat̃
478 non obligatũ, ⁊ qꝺ iure absoluatur. † Preterea si verũ esset, ꝙ
iure presumeretur iurantẽ noluisse obligari, sequeretur presumi
mendacium, quod tamen non est presumendum, vt inquit iuris-
consultus in. l. labeo. in. §. item tubero. de sup. leg. Nam cũ ver
ba sint organum mentis, non aliter presumendum est dixisse, q̃
mente agitauerit. ⁊ dicit Grego. moralium. xxviij. humane au-
res talia verba nostra iudicãt, qualia foris sonant. vt in. c. hu-
mane aures. xxij. q. v. Hinc iure verba probãt consensuz quod
clare ꝓbatur in. c. maiores ad finem. de bap. ⁊ probat̃ in oibus
casibus, vbi coacta voluntas iudicatur voluntas. vt in. c. meri-
to. xv. q. j. ⁊ in. l. si metus. de ac. here. ff. ⁊ in. l. si mulier. §. si me-
tu coactus. qꝺ me. cau. Itaqꝫ ego nescio assistere huic snie, qua
hi patres dicunt metu iurantẽ presumptione iuris non habuis-
se animum se obligandi, ⁊ in hac nostra snia q̃uis in alio ꝓposi-
to fuit sanctus doc. iiij. sen. di. xxix. arti. iij. vbi ipse expresse re-
prehẽdit eos, q dicũt iure p̃sumi metu asserẽtẽ nõ ɔsentire. non
enim est elicienda talis presumptio, cuz ecclesia de nullo presu-
mat peccatum. ¶ Nec obstat tex. quem sumunt pro fundamen
to scilicet in cap. super hoc. de renunciatione cum simili. Nam
bene presumitur quod sponte non renuntiat. Falsum tamen est
quod renuntiat, nec presumitur non renunciasse, cuz maxime se
cunduz cõmunem opinionem valeat renunciatio ipso iure. ⁊ ve
rum est nõ renunciasse absoluta, ⁊ pura voluntate, sed impulsa
voluntate renunciauit, ⁊ iure presumitur, ⁊ probat̃ renunciare.
¶ Verũ si fingamus, ꝙ qui metu iurauit non obseruauit iura-
mentum. tunc forsan haberet locum ista presumptio, vt creda-
mus eum potius noluisse se obligari, ⁊ sic mentitum esse, q̃ pe-
ierasse, ⁊ hoc posset coniecturari ex. c. verum non peccat morta
liter, vt periurus, sed vniuersaliter censet̃ peccasse. ⁊ ita potest
saluari snia p̃dictoꝝ patꝝ, nec referas p̃sumptionẽ iuris ad tp̃s
quo nihil actum est contra iuramentuz. vt refert Abbas, qꝛ tũc
presumeremus peccatuz idest mendacium, quod est improbuz.
postquam tamen videmus ipsum peccasse, ⁊ non obseruando
quod dixit, vel periurus est, vel mẽdax, presumimus eum men-
dacez potius, q̃ periurum. ⁊ ideo pro veniali est penitentia im
ponenda, ⁊ quod ita suadere debeat, ex hoc etiam videtur con-
firmari, qꝛ post q̃ constat, quod nõ obseruauit, nulla requiritur
absolutio, sed penitentia pro veniali, vt in. c. veruz quo ad Deũ
vero, si intentionem habuit se obligãdi, qꝛ veritas apud ipsum
semper nota est. vt in. c. humane aures. xxij. q. v. s. alle. peccat
479 mortaliter, si non obseruat † quia periuriuz ex specie sua est pec
catum mortale, ⁊ ita loquitur sanctus Doctor, quem refert ⁊ se
quitur Archidia. in capitu. habemus vigesimasecunda. qõ. j.
¶ Ex his etiam infero ad declarationẽ eoꝝ que dicunt Joan.
an. Car. Abbas ⁊ Fely. in. d. c. si vero, qꝺ qui non habet ani-
mum se obligandi non tenetur obseruare iuramentum, nec est
obligatus, nec peccat nõ obseruãdo. Aduerte tñ ꝙ in hoc ip-
so peccauit venialiter, qꝛ aliud dixit q̃ in mẽte cõcepit. menda
cium ergo cum peccatum sit. vt in. c. super eo. de vsuris. in. c.
iuramenti. xxj. q. v. Peccauit certe. ⁊ nõ solũ peccauit ex men
dacio, sed etiam eo qꝺ nomẽ Dei vane adiecit. Vñ infero con
tra id qꝺ dicit do. Abbas in. c. si vero. ij. col. ver. ego cõpleten
do. vbi dicebat quod homo non ꝑfectus nec venaliter, nec mor
taliter peccabat, sed excusabatur ꝑꝑ metum ab omni peccato.
480 arg. in. c. ne quis. xxij. q. ij. ita dicebat do. Abbas. ¶ † Ego
credo nec perfectum hoiem nec imperfectum a mendaci pec-
cato excusari. qꝛ naturalis iusticia, que veritati coniuncta est,
ostendit non esse mentiendum. nam veritas, vt inquit Tul. co-
mitatur iusticiaz. ⁊ nec ea, que natura ostendit, egent promul-
gatione, qꝛ teste psalmista, signatum est super nos lumẽ vultus
Dei, idest ipsa ratio, qua iusticiam sarificare tenemur. hac igit̃
lege omnes hoies, non quia perfecti vel preteriti, sed qꝛ ratio-
nales tenemur. ⁊ hoc est quod; dicit̃ ius naturale ꝑeque apud
omnes gentes custodiri. vt in. §. sed naturalia. insti. eo. ⁊ gene-
ris est humani non particulariter aliquoꝝ, in. l. j. §. ius natura-
le. de iusti. ⁊ iure. ⁊ in. c. ius naturale. j. di. ¶ Eodem modo po-
test etiam subesse peccatum. qꝛ vane ⁊ sine effectu adiecit men-
dacio sacramentum. quod idem dominus Abbas fatetur ⁊ ꝓ-
batur in decalogo preceptorum, vbi vana iuramenta improbã-
481 tur. ⁊ in. c. ⁊ si Christus. eo. titu. ¶ † An autem peccet mortal
liter vel venialiter dominus Abbas dicit venialiter peccare.
de quo non disputo. sed etiam dum ipse in hoc cõtẽptu religio-
nis vult distinguere inter hoiem perfectũ, ⁊ iperfectũ, vt perfe
ctus nullũ cõmittat peccatũ certe religio naturalis est ⁊ cõmu
nis omnium gentium. vt in. l. veluti. de iusti. ⁊ iure, ⁊ non solum
apud nos, quibus religionis veritas reuelata est, sed etiã apud
platonicos, qui iusticiam ipsam ⁊ felicitatem humanam in dei
vnici cultura constituunt. nam ⁊ platonem in hoc ipso iurecon
sulti fere sunt imitati. qui religionem iurisgentiũ esse dixerunt.
rursus illud decalogi preceptum est diuinum ⁊ naturale. vt in
c. ij. dist. j. ⁊ in. §. in lege. vj. dist. ergo apud omnes homines ꝑ-
482 que custodiendum sed in his cogita † nam mendacium est (vt
ait Augustinus) falsa significatio vocis cum voluntate fallen-
di, ⁊ non est peccatum sine dolo. ⁊ in. c. beatus. xxij. q. ij. at cuz
ipsum qui dolo facit, dolo decipere liceat nec ei fidem obserua
re teneamur. vt in. c. iij. de iureiuran. ⁊ in. l. si conuenerit. ff. pro
socio, sequitur quod si quis vim mihi inferat, potero ei mentiri,
nec hic erit malus dolus cum vim inferens in hoc ipso dolo fa
ciat in. l. si cuz exceptione. §. eũ qui. ff. quod metus causa. ex quo
videtur quod ex mendacio non teneatur ad peccatum quod est
483 contra superiora. hec soluas ex notatis in dicto. c. iij. ¶ † Sex
to infero contra quandam nouam declarationem que resultat

ex glosa in.c.significauit & ex tex.ibi ẽm quod intelligit glosa & Abbas quod iuramentum in his in quibus actus ex metu ex ipso iure nullus est etiam nullum, vt ibi patet in matrimonio. Nam tam matrimonium quam etiam iuramentum dicitur nullum si metu fiat, & ita dicebat do. Fely. in.c.si vero.v.declaratione se dare nouam declarationem ad illum tex. & reliqua. verum cum ego ostenderim in illatione principali.§.proxima, quod de iure canonico regulariter actus qui per metum fiunt nõ valent, & eodẽ iure canonico valeat iuramentũ talibus actibus, adiectum necesse est cõcludere talem declarationem glose Abbatis & Fely. non valere, maxime quod ratio, qua valet iuramentum metu extortum, manet etiam si actus sit nullus, quinimo diuersa est ratio iuramenti, & ipsius actus. nã actus nullus est ex defectu iter vtrunque contrahẽtem. sed iuramẽtum valet, quia inter Deum, & iurantem nullus est defectus ex metu, quod superius latius ostendi. Nec obstat tex. in.c.significauit. nam ibi nõ probatur quod iuramentum sit nullum, vt late ostendo in illatione.§.proxima principali, vbi inuenies expositum text. illum, & vt ibi dixi ita est ex mente sancti doctoris. Sed ita distingue, quod aut verba sunt presentis temporis. vt si dico ego te in vxorem accipio, & iuro te in vxorem accipere, & credo quod vt matrimonium est nullum, ita & iuramentum, quia iuramentum non facit quod liber sit consensus, cum verum sit metu esse contractum & ita intelligi quod ipsi dicunt. Sed si iuramentum refertur ad futuram promissionem, tunc certe obligat ẽt ad matrimonium, & ita sunt intelligenda que dixi, vnde non est sumenda regula generalis ad oẽs casus, in quibus actus est nullus, vt etiam iuramentum sit nullum, nisi ex rei natura vel quali tate eadem ostendatur ratio, vt in isto casu. Nec id teneas, quod illud iuramentum de quo in.c.significauit, sit contra bonos mores, & ideo nullum, vt Abbas & Fely. vbi.§.vide late in.§.proxima illatiõe principali. hec ex principijs iur. canonici & ciuilis deducens ad templum Dei non Jouis cum ipso Platone contendebam, ab hoc enim templo omnia exordiuntur, & in ipsum sunt reducenda, hec enim est vera humanorum felicitas, sed dum per leges trãquilla animorum ciuilium puritate ad nostrũ principium in quo beatitudo cõsistit longo itinere contendebam, ecce reuocant aliqui iuris studiosi, qui commentaria iustitie a me desiderantes interrumpunt.

FINIS

Tractatus de interpretatione

legum, editus per clarissimum vtriusque iuris interpretem do. Stephanum de phedericis Brixiensem.

Prefatio.

a Inter multa preclara atque salutaria in firmitatis nostre remedia siue diuino munere collata, siue humano studio & labore inuenta, nihil profecto est virtute vtilius, nihil melius, nihil ad bene beateque viuendum accommodatius. Hec nãque componit mores, vitam ordinat, & vt pulchre a Cicerone dictum est, nihil potest illi summo Deo, qui hunc mundum regit, gratius, nihil acceptius esse, quam cetus, & conuentus hominum iure & beneuolentia sociati. inter omnes autem virtutes, que ad conciliandam obseruandamque hanc inter se beneuolentiam & societatem apte sunt, nulla dignior videri solet, quam illa quam iustitiam, appellamus, cuius id precipuum munus est atque officium, vt quod suũ vnicuique tribuens, ab eo quod alienũ est, & mentem & manum abstinere precipiat. quid enim preclarius, quid hominibus vnũ in locum ad ciuilem vitam congregatis potest esse cõmodius, quam eum haberi, qui iuste, sancte, integre, innocenter, & equali lance presideat, qui iniurias arceat, discordias tollat, contumelias prohibeat scelera, & peccatata debita seueritate compescat, qui denique pro meritorũ diuersitate, & bonis premia, & malis iusta supplicia inferat? Que omnia ex ipsa iustitia cuius tantam vim & tantam cõmoditatem esse experimur, vt nõ aqua, non igne, non hoc quo spiramus habere magis quam ipsa egeamus, sicut enim illa ad vitam naturalem, ita hec ad ciuilem vitam summe nobis est necessaria. etenim sine hac regna, prouincie, nationes, regiones, magna dicuntur esse latrocinia, vt a gentili poeta decantatum est.

Viuitur ex rapto, nõ hospes ab hospite tutus.
Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est.

Qua de cã leges ipse ex vi & iustitie ipsius facultate in medium, ad cohibenda hominum flagitia rapinasque a summis & sapientissimis viris prolate sunt, vt & vnũquodque delictũ certa & prescripta pena, afficeretur, & si cuius bona vel vi vel circũscriptione raperentur, in proprium ius vendicarentur. Quid enim homini congruentius quid multitudini gratius, quam opem ferre, oppressis aflictos releuare, liberare a periculis, iniurias coercere? & quid fructuosius, quã quod consultoris officiũ est, sua ope, suoque labore homines incertos certos efficere, consilij inopes compotes facere, & ne res iniustas aut iniquas impune tractẽt, admonere. Quibus ex rebus complures legũ interpretes multis varijsque laboribus pro suo quisque ingenio, iura illustrare & declarare enixi sũt, tũ noua, tũ vetera corrigẽtes, adeo vt ifinitos pene codices ediderint, easdem questiones velut emergentes non modo diuersis, sed cõtrarijs sensibus diffinierint, vt quod ab eis traditũ sit non modo difficile, sed preceptu impossibile indicatum sit, quid vero tenendum aut iudicandum, incertissimum & obscurissimum, vt iudicãtibus non certa lex, sed contrariarum legum electio data esse videatur, que quidem varietas confusa que rerum multitudo nonnullos doctissimos viros, huic rei succurrerent, compulit alij nanque breui & cõpendioso sermone complexi sunt vt inuentis diffinitisque casibus, suis (vt ita appellant) summus non parum adiumenti prestiterint. Plerique non satis id arbitrantes quedam (vt aiunt) repertoria conscripserunt in quibus quisque de quaque re, & in quo loco scripta sint, secundum alphabeti ordinem recensentes, copiose perstrinxerunt. quod (licet memorie satis per hunc modum succursum sit,) intellectui tamen nostro qui diffiniendis causis magis necessarius est, nullã opem hucusque prestitisse reperimus. Nos vero que ab alijs nõ visa, vel oblita, seu neglecta fuerunt decreuimus per quasdam regulas cõponere in quibus quãtũ vtilitatis his quos hec sciẽtia delectat, atulerimus aliorum sit iudicium. Rogamus autem ne quisque huic nostro labori succẽseat aut detrahat, neminem. n. ad legendum compellimus, sed quibus placuerit, aliquid vtilitatis nostro labore afferre studemus. Quod si minus forsitan cõsequi poterimus satis id erit nobis hunc laborem impendisse. Nam vt Plinij est sententia, Magnarum rerum etiam si successus abfuerit, honestus semper fuit ipse cognatus. Nam & si nõ ignorarem, quam arduũ quamque difficile sit leges interpretari, & orationi breui, & nunquam dubia lucidos sensus afferre, verborum vim apertius enucleare, volui tamen pro viribus in medium afferre, ne, quia (vt dicebat Plato) ad iuuandos mortales nati sumus humanitati iniuriam viderer afferre.

Diuisio Tractatus.

b Jc tractatus de legum interpretatione in quatuor principales partes diuiditur. Prima, quando plus aut minus intellectum est quam scriptum. Secunda, quando leges inuicem videntur esse contrarie. Tertia, quando verba legis sunt ambigua. Quarta, quando controuersia diffinita esse non reperitur, tamen a similitudine alicuius legis diffiniri posse videtur. Prima subdiuidit in duo mẽbra, Primum, quando plus intellectum. Secundum, quando minus. Plus autem intellectum concludimus ex Definitione, ex Partibus, a Genere, a Proprio, a legis presumptione, a principio siue origine, a fine siue ab effectu, a preparatis, ab accessorijs, ab antecedentibus, a cõsequentibus, a subrogatis, ab ordinatis, ab vnitis, ab adiunctis, a parificatis, a correlatiuis, a contrarijs, ab interpretatis per subauditionem, vel repetitis per aliam legem. minus autem intellectum triplici ratione, scilicet per aliam legem, per adiuncta ipsius legis, & per mentem legis. Hec autem mens colligitur ex natura vocabuli, ex consuetudine loquendi, ex natura rei siue actus, ex legis presumptione, ex inopinata causa, ex comparatiõe expressorum, ex defectu cãe siue rationis, ex cõtrario fine, ex paritate, & ex ratione naturali. Secũda pars principalis, quando leges dicuntur inuicem repugnare, subdiuidit in plura membra, Primum, quando statutum precise cõsonat legi anteriori. Secundum, quando precise est contrariũ. Tertium, quando plus aut minus adiungit aut diminuit, aut immutat, siue subrogat, quam in lege sit, quod contingit cum loquit, aut verbis generalibus, aut indefinitis. Quartum membrũ est, que lex alteri deroget vel derogetur, Quintum, multipliciter vna lex alterã corrigit, aut sine clausula non obstãte, aut a con-

trario sensu, aut per verba taxatiua vel exceptiua, aut per verba similitudinis, aut per nouam formam, aut per eandem vel maiorem rationem. Tertia questio principalis, quando verba sunt ambigua, subdiuiditur in duas particulas. Prima qbus argumentis consequimur mentez legislatoris, Secũda quibus propriam verborum significationem. Quarta questio principalis subdiuiditur in plures particulas. Prima, quando ab identitate rationis. Secũda, quãdo a paritate vel maioritate rationis. Tertia, quando a similitudine. item primo quando fit extẽsio ad legem secundum ius naturale. secundo, quando a lege que ꝯ ius naturale. Tertio, qñ a lege que ſm ius ciuile. Quarto, qñ ꝯ ius ciuile aut pretorium, siue odiosum, siue fauorabile.

SVMMARIVM

1 Questio coniecturalis quando oriatur.
2 Questio diffinitiua quid sit.
3 Questio iurisdictionalis quid sit.
Lex humana an liget, vel excuset in foro conscientie.
4 Questio legitima quid sit.
5 Questio legitima quadruplex est.
6 Leges diuino motu constitute sunt.

¶ Prefatio.



Eserunt summi causarum oratores quadruplicem in iudicio questionem incidere, coniecturalẽ. s. diffinitiuã, iurisdictionalẽ, ⁊ legitimã. † Cõiecturalis qõ oritur cũ facti qõ incidit, vtputa si homicidium vel furtum factũ esse, vel nõ esse cõtendat̃, huius qõnis qñ veritas per ꝯfessiones, iuramẽta, attestationes, scripturas, leges presumptiones, euidentiã rei, ⁊ ꝯiecturas inuenitur, coniecturalis appellata est. † Diffinitiua qõ est, cũ de noie rei in ꝯtrouersia posite ambigit̃, puta, an aliquis ꝯtus sit emptio, ꝑmutatio, vel locatio, in qua tum diffinitione, tũ diuisione, tũ alijs locis topicis vtimur, ꝺ qbus ꝑ Ciceronẽ ad Trebatiũ eẽ scriptũ ꝯstat.
3 † Jurisdictionalis qõ est, cñ factũ esse ꝯcedit̃ siue crimen, sed in re an iniuria factũ sit disputat̃, in qua querit̃ qd iure diuino, naturali, gentiũ, ⁊ ciuili ꝯstitutũ sit. Et videndũ est an lex humana liget vel excuset ẽt in foro cõscientie Circa ꝙ vidẽda sunt notabilia verba, que ponit Bal. in qõne. v. circa mediũ, in ver. post hoc sciatis. in. l. cũ quis. C. de iuris ⁊ fac. igno. ⁊ faciunt que habent̃ in. c. si quis venerit. vbi tex. signandus extra de ma. ⁊ obediẽ. ⁊ in. c. cũ ꝯtingat. de iureiuran. dum reprobatur Bar. in eo qõ distinxit, qõ ꝓhibitio sit in rem, vel in ꝑsonã, vt ꝑ euz in. l. si quis pro eo. de fideiusso. ⁊ scribit̃ in. l. is cui bonis. de verbo. obliga.
4 † Legitima vero qõ est, cũ de legũ interpretatione contendit̃, quo casu tũ latoris legis sententia, tũ ꝓpria verborũ significatione, tuz diffinitione, tum diuisione, ⁊ alijs locis topicis definiendo inuestigat̃. Hec quoqꝫ legitima quadripartita est.
5 † Aliquando enim nascit̃ ꝯtrouersia inter mentẽ ⁊ verba legis puta cũ plus aut minus scriptuz esse dicimus ꝙ̃ sensus legislatoris fuerit. l. scire leges. cum glo. ff. de leg. ⁊. l. benignius. iuncta glo. ff. eo. ⁊ hr̃ in. l. cũ auus. ff. de ꝯdi. ⁊ demon. vbi de mẽte testatoris ⁊ eius verbis. c. intelligẽtia. ⁊. c. ꝓpterea. extra ꝺ verboꝝ signi. Aliqñ ꝯrijs legibus, vt. l. nõ est nouũ. ⁊. l. sed ⁊ posteriores. ff. de legib. Aliqñ ex ambiguis verbis in. l. ambigua. ff. eo. ⁊ ca. ioseph. extra de verb. significa. Aliqñ ⁊ quarto qñ ꝯtrouersia lege nõ est expressa, nec expresse diffinita reperit̃, tũ ab alijs legibus ꝑ similitudinẽ quadã diffiniri posse vr̃. l. nõ possunt. cuz seq. ff. ꝺ leg. Et qm̃ hec pars ltima legũ ꝑtis obscurior visa est. ꝑmo in ea igeniũ meũ exercere ꝯstitui, iuxta Horatij doctrinã. Et duris custis discas infringere dentes.
6 † Sed quia leges diuino motu per principes ⁊ iurisꝯ̃sultos cõstitutas esse creditur. l. fina. C. de prescrip. longi temp. x. vel. xx. anno. glo. in. l. digna vox. C. de legibus. DEVM Christum immortalem obsecro, vt eodem motu ad earum interpretationẽ exordiri possim, exemplo Theodosij, ⁊ Joan. andr. vt per glo. orationes, circa finem in clementi. vnica. de reliq. ⁊ veneratio. sancto. Qui enim sine locorum topice istius cognitione leges interpretari audent, his similes esse vidẽtur, qui absqꝫ naui mare intrare audent, absqꝫ securi ligna incidere, sine pedibus ambular̃, sine alis volare, neqꝫ pontũ, neqꝫ nauigerũ iter agnoscũt.

SVMMARIVM

1 Interpretandi modus quadruplex est.
2 Lex ex duabus constat partibus.
3 Intellectus ĩfirmitas est rationẽ querere vbi sensuz habemus.
4 Multa sunt que magis intelligi ꝙ̃ dici possint.
5 Mens aĩe similis esse dr̃, verba vero corpori similia sunt.
6 Leges magis rebus ꝙ̃ verbis imposite sunt.
Verba ⁊ mens se adinuicẽ tripliciter habere possunt.
7 Secundum legem id dicitur esse, non solum id quod scriptũ est, sed etiam quod ex mente est.
8 Legis mentem declarans nil addit.
9 Actio que dat̃ ob legis mẽtẽ, directa, ⁊ nõ vtilis est.
10 Seruus sine libertate heres a dño institui non potest.
Hereditas nisi post testatoris mortem adiri non potest.
11 Lex quomodo extendatur.
12 Doctrina quanto specialior est, tanto difficilior est.
13 In lege aliquid cõprehensum esse dicitur licet non dicatur.
14 Rei proprietas ex ethimologia quando non habeatur.
15 Diffinitio quid sit.
16 Termino dato eius substãtialia ⁊ formalia comprehenduntur.
17 Testamẽti factio si filiofamilias concedatur omnes partes testamentarias facere potest.
18 Totum ⁊ pars quatuor accipiuntur modis.
19 Alimentorum appellatione quid veniat.
Generis appellatione quando veniat species.
20 Totum aliter se ad partes habet, ꝙ̃ genus ad speciem.
Argumentum a toto ad partem affirmatiue valet, nõ econtra.
21 Argumẽtũ a genere ad speciem affirmatiue non valet, sed a specie ad suum genus sic.
Species nomen sui generis retinet, pars vero sui totius nomen non retinet.
22 Expressa oĩa videntur que de natura ipsius rei sunt.
23 Vendere qui tenet̃ rem, de euictione promittere tenetur.
24 Fundum deducto vsufructu concedens pacisci videtur, eo finito proprietas ad dominum perueniat.
25 Lex ⁊ consuetudo presumuntur aliqua dicta esse que non sunt.
Clausula si preces veritate nitantur in rescripto pape ex eius mente apposita intelligitur.
26 Jus episcopale petens quid petere videatur.
Cõtractus ⁊ inestitura ꝺꝫ loci ꝯsuetudinẽ, ⁊ statutũ, itelligi dꝫ.
27 Substitutio pupillaris in vulgari nõ ꝯtinet̃, nec ecõtra, si extat statutũ ꝙ testã obseruent̃ ad literã nulla interpretatione fcã.
28 Edictũ diui adriani non solum heredi expresse scripto competit sed ẽt scripto ex testatoris mente.
Ex consuetudine quedam apposita presumuntur, que expressa non sunt.
29 Lex de origine alicuius rei disponens quo ad q̃ dicat̃ expressa.
30 Origo ⁊ forma sui principij similes sibi effectus producunt. Limita vt. j. nu. 37.
Statutuz si prohibeat filiaz extantibus masculis succedere, masculi ex ea descendentes succedere non poterunt.
135 plex eſt, ⁊ eſt ꝯtractus inominatus vt ibi dicit̃. ¶ † De iure ci
uili in alienatione rei eccleſiaſtice ſeruari debet ſolennitas tra-
dita ꝑ aucten.hoc ius porrectum,que eſt.C.de ſacroſan. eccle.
ſuper.l.iubemus,⁊ eſt ſumpta pro parte in aucten.de non alie.
aut permu.reb.eccle.immobili.§.hec igitur colla.ij. ⁊ reliquū
ſumptū eſt de corpore,de alien.emphi.⁊ alijs contrac.§.ex hoc
qui dicitur ſuper his,vſqꝫ ad.§.hoc vo iubemus vt excepta ſan
ctiſſima,⁊c.colla.viij.in.iiij.colum. ¶ De iure canonico nō ob
ſeruatur totalis ſolennitas.d.aucten.q̃uis ⁊ ipſa ſit in canone
comprehenſa,ſed ſeruatur ſolēnitas ⁊ forma que traditur.xij.q.
ij.capi.j.verſi.fi.⁊ de hoc habes extra de reb.eccle.non alie.c.
dudum.i glo.her.ſi eſt alienatio quare vt valuit ⁊c.⁊ eſt decre.
136 Inno.iiij. ¶ † De iure ciuili creditor,qui dat pecuniam mutuā
eccleſie,ad hoc vt ꝓ vero creditore habeatur,vel ad hoc, vt ob
ligatā habeat eccleſiā,habet probare pecuniam, quam mutua-
uit,verſam eſſe ⁊ proceſſiſſe in vtilitatē eccleſie,vt in preallega.
aucten.hoc ius porrectum eſt,in fi.ſ.proxima ꝯtrarietate alle-
gata nec diſtinguitur ſi ſit conſtituta certa quātitas vel promiſ-
ſa per capitulum que accipi debeat mutuo,nec ne ⁊ ſi conſuetu-
do ſit in contrarium ſtandum Azo. ¶ De iure canonico credi
tor,qui pecuniam mutuo eccleſie dat,ſi communi ꝓuidentia ca
pituli mutuet vſqꝫ ad ſummam ⁊ capitulo conſtitutam non tene
tur probare verſam vel proceſſiſſe in eccleſie vtilitatem, qꝺ eſt
autem vltra conſtitutam ſummam bene habet probare in eccle
ſie ſucceſſiſſe vtilitatem,hoc probatur extra de fideiuſ.c.qꝺ qui
buſdam,a contrario ſenſu decretalis,qui ſenſus eſt validiſſimus
137 ⁊ i glo.her.iſtud bene notabile eſt. ¶ † De iure ciuili potio vel
medicina,que ſumitur ab aliquo non videtur debere computa-
ri inter cibaria ei legata pro pena ſiue in legato penu in quo cō
tinetur ⁊ veniunt ea que ſunt ad eſum ⁊ potum,vt.ff.de pe. leg.
l.qui penum legat in prin.⁊ in legato penu non continētur me-
dicamenta,vel potiones que bibuntur,vt eo.titu.l.nō omne qꝺ
bibitur. ¶ De iure canonico potio ſiue medicina que ſumitur
ſiue bibitur bene computatur inter cibaria vt non reputetur ie-
iunus quis per ſumptionem medicine,ſiue potionis,dicit enim
decretum ꝙ ſacramenta ſunt a ieiunis percipienda,de ꝯſecrat
diſtin.v.vt ieiuni,vt extra de tempo.or.ca.literas precipimus
ꝙ ſacerdos qui potiorem vel medicinam ſumpſit poſtqꝫ dormi
uit,

nit nō debet ꝯficere eucharistiam, nec eā sumere, nec celebrare missas si ieiunus nō est, extra de celeb. mis. c. ex pte, et glo. ber.
138 q: sacramenta ¶ † De iure ciuili presbiter & quilibet in minori ordine constitutus potest secū in domo vnam tenere indistincte matrē, sororē, vel filiam, quia circa has personas fedus naturale nihil seui criminis estimari permittit, vt. C. de ep. & cle. l. eum qui hoc idē erat generaliter in quolibet episcopo, sed per auct. episcopo nullam signatam super. d. l. eum qui, & sumptā de corpore auctē. de sanc. ep. §. episcopum nonnullam. colla. ix. in. v. charta. correctum hoc in episcopo est, & in monacho, vt in auct. de mo. §. si quis autem monachus ꝯfidētiā & obseruationez &c. in. §. igitur, qui loquitur in monialibus, col. j. & in auctē. de san. ep. §. in omnibus autem monasterijs, qui etiam loquitur in monialibus. col. viiij. in. iij. vel. iiij. carta. ¶ De iure cano. alia statuitur, quia cum presbytero vel clerico suspecto vt puta inueni nullā in qua possit esse suspicio, habere potest in camera causa necessitatis hoc permittitur in multis quam de iure ciuili, quia in transuersali gradu potest habere consanguineam vsq; ad secundū gradū, secūdū cōputationē, de qua habuisti. s. in. lxxxxij. ꝯrietate, in superiori autē linea descendenti vsq; ad quartū gradū, q: amplius pōt extendi permissio in superiori vel inferiori linea q̄ in transuersali & illas, quas pmittuntur habere clerici in casu necessitatis, vt. s. dictum est, non possunt nec debent tenere in vna domo, sed in eodem vico, vel in eadem villa vt sint remote ab eis, hoc habes extra de cohab. cler. & mul. c. j. & i glo. ber.
139 in ver. xxxij. dist. interdixit. ¶ † De iure ciuili per ordinationē episcopi contra id ꝙ possit aliquid recipi ab ordinato, qḋ eidez detur ab ordinato vel alio pro eo, & ꝙ possit id recipi ab eius notarijs vel officialibus & reprobatur consuetudo circa predicta, sed expresse probantur & quātitates que dari possunt & recipi taxantur & denunciantur ecclesie, vt in aucten. de sanc. episcopis. §. pro consuetudine autem illa sola &c. colla. ix. in. iiij. colū. vsq; ad. §. sed hoc quidem pro episcoporum &c. ¶ De iure canonico in casu predicto non est licitum ꝙ episcopi ordinatores aliquid recipiant ab ordinato, quia ex hoc insurgeret simonie peccatum qḋ est in tantum horribile & abominabile euitandum, & ideo nulla consuetudo vel pactum potest interuenire in talibus, sed om-
140 nis improbatur consuetudo † in notarijs nulla spe vel pacto ad hoc accedente forte poterint recipere sine vitio, hoc habes extra de simo. c. j. & eo. titu. cum in ecclesie corpore, & c. Jacobus.
141 & c. sicut pro certo. ¶ † De iure ciuili secundum Azo. si instrumentum dicatur deperditum non facto aduersarij sed facto alterius vel casu fortuito, probant instrumenti amissionem & instrumenti tenorem per testes literatos, qui dicant, ꝙ viderunt talē habere apud se talis tenoris instrumentum, continens tales obligationes & promissionē, & qḋ per dictum instrumentum amissum legitime non probatur, releuatur per talem probationem, vt. C. de fi. instrum. l. j. & si solennibus. & ff. eo. titu. l. sicut. consuluit ergo. d. Azo taliter, vt per testes qui interfuerunt dicto negotio fundare intentionem suam, qui aperte hoc tradit in sum. de fi. instru. §. de amissione autem instrumēti, & in versi. amissio-
142 ne autem instru. disting. &c. † Do. Azo videtur notare ꝙ talis probatio de qua primo dixi non releuare possit probantē quātū ad presumptionem, vt ex hoc possit deferri iuramentum probanti & preallega. sicut dicta sunt intelligas omnia in contractu siue scriptis debēs autem in scriptis probans amissionem releuatur a solennitate quinq; testium, quia qḋ per quinq; testes vel ampliores habebat necesse probare, poterit per duos testes, per. l. C. de testi. l. testium facilitatis. in fi. & hoc idem dicit Azo in. d. sum. in. §. porro vbi debui pecuniam in scriptis. ¶ De iure canonico aliter videtur contra predicta statui, probans enim iustā amissionem quam fecit per sacramētum eius, qui dicit se amisisse, & probans instrumēti tenorē, & ꝙ nullum vitium falsitatis habet releuatur probatione, & satis de intentione sua docet, hoc habes extra de priuile. & exces. prela. c. cum olim essemus apud pe
143 rusium, & in glo. ber. hoc. c. dignum nota &c. ¶ † De iure ciuili videtur ꝙ in actione ex empto, & in actione ex vēdito, si emptor debeat primo precium dare & offerre, vt. ff. de acti. emp. & vend. l. iulianus. §. offerri precium ꝙ venditor habet rei vendite retētionem, & e conuerso, si venditor debet primo rem dare tradere & deferre anteq̄ preciū petat, vt. ff. eo. l. si pendente, habet tunc emptor precij retentionem, si non tradatur ei res vendita, & do. Azo in sum. eo. §. pen. non aperte tradit quid in casu vbi neuter alteri habet fidem, tamen dixit in predicto casu si neuter habet fidem alteri sequestrationem faciendam per. l. ff. de solut. l. si soluturus. ¶ De iure canonico videtur ꝙ emptor teneatur precium dare & numerare vel offerre prius q̄ rem petat, vt extra de simo. in tantum pactis exigentibus circa medium decre. in glo. ber. emptor eni prius &c. dicit tamen glo. in fi. ꝙ in casu vbi neuter fidem alteri habet sequestratio est facienda per. l. preallega. ff. de soln. l. si soluturus, & ita placenti opinio approbatur de iu-
144 re canonico &c. ¶ † De iure ciuili, qui vtriusq; oculi lumen amisit a personalibus oneribus que corpore, non autem que animo explicantur, habet excusationem maxime a futuris, non autem a realibus, vt. C. qui morbo se excu. l. j. lib. x. & facit ad hoc. ff. de vaca. & excu. mu. l. ij. §. corporis debilitas. ¶ De iure canonico secus, de predicto intelligo, qui vtriusq; oculi vtilitatem amisit, non solum habet excusationem a personalibus que complentur & finiunt tempore, sed etiam a realibus siue patrimonialibus q: de his. s. realibus decre. loquit intelligo tamen de paupere, propter id decre. subiungit, inhumanum est nimis collectis affligere cui debuerat ex collectis, si esset necessitas misereri, hoc ha-
145 bes extra de consi. c. licet multum. ¶ † De iure ciuili dicitur, ꝙ seruitus adinuenta est de iure gentium, de iure autem ciuili dicitur confirmata, vt insti. de iu. perso. §. seruitus autem. in glo. or. idest vnū de statutis &c. insti. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autem gentium ver. sed postq̄ iure gen. &c. non potest dici seruitutem esse de iure naturali, vt. xxxv. q. vj. nec vt dixi. j. ius ciuile, nec de iure canonico, vt. xv. q. vlti. cū multo, & extra de iude. c. ita quorundam animos, in glo. ber. non seruitutes &c. & j. eo. tit.
146 c. ad liberandam terram sanctam. ¶ † De iure ciuili, nulli iudeo vel heretico, vel pagano, licet habere christianum mācipiū siue seruum, & si habuerit seruum penam capitalem exilij patit, & mancipium capit libertatem nullo dato pretio, vt. C. ne Christia. mancip. hereticus aut paganus aut iudeus habeat, vel habere possit, vel circuncidat. l. vna, & C. de episcopis & cle. l. pen. §. his ita dispositis, & de Jude. & celico. l. iudeis & bonorum prescriptio &c. non distincto mancipium habet venale vel non venale. ¶ De iure canonico, si iudeus vel saracenus habeat mancipium Christianum venale. i. ꝙ seruum emerit mercādi vel vēdendi cā, & illud exposuerit venale publice. j. tres menses postq̄ habuerit eum emptum, non priuatur iudeus, vel saracenus seruo Christiano, sed datis. xij. solidis pro quolibet mancipio seruus deducitur in libertatem, habes extra de iude. c. j. & c. fina.
147 ¶ † De iure ciuili heretico patri succedit filius orthodoxus, nec priuatur hereditate paterna, sed ad eaz admittitur, vt. C. de heret. & manich. l. manicheos. & l. cognouimus multos. & in aucten. ibi signata, & idem est in nestorianis, & est sumpta de corpore aucten. vt cum de ap. cogno. §. si quis de parētibus predictis orthodoxis &c. & §. generale autem liberis catholicis filijs &c. colla. viij. ¶ De iure canonico filius heretici qui etiam est orthodoxus punitur quia confiscantur bona hereticorum, non distincto habeant filios posteros orthodoxos, vt hoc expressum habes extra de hereti. c. vergentis. in glo. ber. hoc expresse ha-
148 bes &c. ¶ † De iure ciuili cauetur ꝙ ingressus monasterij maculam omnem & omne peccatum detergit vt in aucten. de monach. in rubri. in glo. ordin. Accur. ibi purgat a peccato &c. ¶ De iure canonico, aliter statuitur circa ingredientem, ingressus enim monasterium detergit etiam ingratitudinem, vt extra de aposta. c. ex literarū. in glo. ber. ex hoc videtur ꝙ ingressus
149 &c. in versi. tollit etiam irregularitatem. ¶ † De iure ciuili sententia lata per falsos testes vel instrumenta tenet quidem ipso iure, licet beneficio in integrū restitutionis reseruanda sit, & possit rescindi, idest prius q̄ transiuit in rem iudicatam, vt. C. si ex fal. instru. vel testi. fue. iudi. per totum sed fauore pupillorum, sententia cōtra pupillum, vel adultum per falsos testes, vel per falsa instrumēta, vel per falsas allegationes, vel tutoris excusa. ipso iure est nulla, vt. C. si ex fal. allega. excu. fit tu. per totum, fallit etiam primum dictum. s. ꝙ sentētia lata per falsos testes, vel per falsa instrumēta nō possit restitui beneficio restitutionis priusq; transiuerit in vim rei iudicate, vbi in prima causa talis questio fuerit agitata quia tunc est opus appellare, vt. C. de fi. instr. l. vlti. & aperte tradit. d. Azo in sum. si ex fal. instr. vel testi. fue. iudi. per totum, & si ex fal. allega. excu. fit tutor. per totū. ¶ De iure canonico, sententia lata per falsos testes, vel p falsa instrumenta indistincte censetur nulla falsitate detecta & est regula ꝙ non est opus appellare, vt extra de fi. instru. c. accepimus. §. vlti. & in glo. ber. auctoritate enim priuilegiorum &c. & in fi. glo. & de priuil. c. cum olim propter questiones, circa fi. in glo. ber. ex hoc patet ꝙ sententia per falsa instrumenta &c. vt optime dicit hoc decre. extra de purga. vulga. c. significantibus, versi. laico
150 in glo. ber. sed qualiter hoc esse potest. ¶ † De iure ciuili sen-

tentia lata valet q̃uis in ea erratū sit, vt.ff.de re iudi.l. Impera
tores.l.cum putarem.ff.famil.herci.cum similibus, fallit hoc in
errore calculi expresso in sentētia, quia talis error reddit senten
tiam nullam, vt.C.de erro.cal.l.vna q̃z forte fallit si sentētia fera
tur vel precedat confessionem in qua erratum est circa materiā
confitendo, vel id cōfitendo cuius nomine mihi vel alicui actio
vel obligatio queri non possit, vel esse nō possit, vt.ff.ad leg.aql.
inde neratius scribit.§.vlti.⁊.l.seq.⁊.l.proinde.in prin.⁊ de in-
ter.act.l.confessionibus.⁊.l.si is cuius nomine, ⁊.ff.de confes.l.
j.⁊ vlti.⁊c. ¶ De iure canonico, lata sententia per errorem pro
babilem indistincte errore probato vel detecto q̃tūcūq; senten
tia nulla est ipso iure, sed probatur multis decre.extra de frigi.
⁊ male.c.fraternitatis circa medium, ⁊ in glo.ber. apud quos
excusatur iudex ⁊c.⁊ de purg.vulg.c.ij.⁊ in glo.ber.sed quali-
151 ter hoc esse potest cum alijs multis casibus. ¶ †De iure ciuili
testamēta siue fiant in scriptis ⁊ solēniter, siue fiant sine scriptis
non valent regulariter, nisi habeant.vij.testes rogatos, vt.ff.de
testa.l.hac consultissima, quia ⁊ de testamento solenni qđ fit in
scriptis loquitur Imperator vsq; ad nuncupatiuum quoq; ⁊ de
nuncupatiuo.i.non solenni in.d.etiam.§.⁊.ff.eo.l.heredes pa-
lam.§.vlti.⁊ insti.eo.§.vlti.⁊ hoc est regulare de.vij.testibus in
vtroq; nec distinguitur quātum ad hoc an relinquatur ad pias
causas, vel non nisi in testamento ceci, C.qui testamenta facere
possunt.l.hac consultissima.§.vltimo.⁊ idem est in non solenni,
vbi testator testamentum non scripsit, vel non scripsit manu pro
pria, vt adhiberi debeat octauus testis, quādoq; duo sufficiūt, ⁊
quādoq; nullo adhibito valet, vt in milite, quādoq; quinq; suffi
ciunt, ⁊ tunc solennitatē predicti numeri testium aliquando re-
mittit princeps per priuilegium, item si fiat in presentia princi-
pis. Item inter liberos valet minus solēnis voluntas; ⁊ omnia
predicta specialia sunt ⁊ speciales causas diligens indagator re
perire potest, maxime in sum. Azo.de testa.§.est autem regula
re qđ dictum est ⁊c. ¶ De iure canonico aliter statuitur circa
dictum numerum testium adhibendum in testamētis ⁊ vltimis
voluntatibus, q: cum in lege mosaica, ⁊ in euāgelio scriptum sit,
ꝙ in ore duorum vel trium stet omne verbum, solennitas illa le-
galis improbatur in testamentis ⁊ vltimis voluntatibus conti-
nentibus relicta ad pias causas vt duo, vel tres adhibuisse suf
ficiat, ⁊ valet testamētum, hoc habes expressum extra de testa.
in.c.cum esses, ⁊ in glo.ber.que dicunt super relictis ecclesijs
152 ⁊c.⁊.c.relatum est. ¶ †De iure ciuili qui extremam suam vo-
luntatem in alterius arbitrium non heredis expresse committit
in testamentis dicitur non valere testamentum, eo quia nomen
heredis non est expressum, vel aliud qđ equiualeat, ꝙ institutio
nem reddit inutilem, vt.C.de testa.l.iubemus.§.qđ si non fuerit
⁊c.⁊.ff.de hered.insti.l.quotiens.§.si qs.cum multis similibus,
⁊ quia talis institutio dicitur captatoria, ⁊ institutionem ipsam
per se firmam esse oportet, ⁊ eam alio non pendere arbitrio, vt.
ff.de here.insti.l.illa, ⁊.l.captatorias.d.Azo in sum.de hered.
insti.§.item de monasterio.versi.declaratio heredis ⁊c. ¶ De
iure canonico, ⁊ eius benignitate valet institutio commissa ⁊ fa
cta expressim in alterius voluntatem, nec is, qui fecit talem in-
stitutionem, licet etiam in ea non sit nomen heredis expressum,
⁊ q̃uis talis institutio dicatur de captatoria, dicetur decedere
intestatus, hoc habes expressum extra de testa.c.cum tibi.⁊ in
153 glo.ber.licet de benignitate ⁊c. ¶ †De iure ciuili filius gra-
uatus pure restituere hereditatem tantam vnicam quartam re
tinet, vt.ff.de inoffi.testa.l.papinianus.§.meminisse autem opor
tebit in fi.⁊ in glo.Ac.fi.scilicet trebellianice, vel dic etiam iu
re nature ⁊c.⁊.ff.ad leg.fal.l.in ratione legis falcidie.§.qđ vul-
go in tabulis q̄cūq; eam capiat filius ex testamento patris vel
tempore aliquo de bonis patris imputare tenetur in debitā iu-
re nature vt.C.de inoffi.testa.l.quoniaz nouella, vnde ⁊ si eligat
trebellianicā iam se excludit ⁊ debitam iure nature sicut in alijs
bonis ⁊ filius eaz eligēdo capit eā ex institutione, vt.C.de inof-
fi.testam.l.cū queritur.⁊.l.parentibus.⁊.l.ex tribus.⁊ hec fuit
opi.Ja.bal.⁊ est celebris doc.hodie autem illa quarta debita
iure nature quanta sit habetur in auct.nouissima.C.de inoffi.te
sta.l.cum queritur.⁊ sumpta de corpore aucten.de trien.⁊ sem.
§.frequenter igitur.⁊.§.prohibemus auctē.colla.iij. ¶ De iu-
re canonico ⁊ eius benignitate aliter statuitur in casu predicto,
quia filius grauatus hereditatem restituere non distincto pure
vel sub conditione retinet duas quartas, vnam debitam iure na
ture aliam debitam iure institutiōis, ⁊ hoc habes expressum ex
tra de testam.c.Rainutius.⁊ in glo.ber.retinebunt ⁊c.⁊ in.c.
rainaldus.⁊ in tex.⁊ in glo.⁊ ita due quarte possunt deduci ⁊c.

154 ¶ †De iure ciuili heres, ⁊ is cui relinquitur a testatore admo
nitus infra annum, si non adimpleuerit priuatus est oī successio-
ne, ⁊ omni lucro si sit extraneus, ⁊ si sit suus ⁊ de his quibus de
beatur debitum bonorum subsidium, vel aliqua pars legitima,
vt patrono in bonis liberti scilicet tertia hodie si moriatur, sine
filio condito testamento, vt insti.de succes.libe.§.sed nostra con
stitutio, vsq; ad.§.sed hec de his, idem est qđ in extraneo, quan-
tū ad lucrum, excepto bonorū subsidio, ⁊ in debita iure natu-
re, ⁊ in parte legitima, in qua grauari non potest, vt.C.de fidei-
cōmis.l.vlti.⁊ in aucten.ibi signata hoc amplius ⁊c.sumpta de
corpore aucten.de here.⁊ fal.§.illud quoq; vsq; ad fi.constitu-
tionis. ¶ De iure canonico idem est qđ erat de iure ciuili vete
ri, vt.l.vlti.C.de here.non distincto si sit suus vel extraneus, qui
si volūtate ⁊ iussa testatoris, maxime ad pias causas admonitus
non adimplet infra annum priuatur successione ⁊ omni lucro, vt
xj.q.iij.c.siluester ⁊ extra de voto.c.licet vniuersis.in fi.⁊ i gl.
ber.sed dicit Inno.vt extra de testa.c.si heredes, ⁊ in glo.ber.
secundum.l.antiquam ⁊c.⁊ in hoc forte preiudicat ius ciuile ca
nonico, quia ipsum ius ciuile reseruando debitum bonorum sub
sidium coadiuuatur iure nature, ⁊ equitas ei fauet, vt in.d.glo.
155 dicit hoc Inno. ¶ †De iure ciuili si testator sciens rem alienā
cuius rei comercium non est interdum legauerit illam rem ali-
cui, legatum valet, ⁊ tenetur heres eam redimere legatario eaz
prestare si illaz potest redimere, vel tenetur heres legatario ad
estimationem, vt insti.de leg.§.non solum autem testatoris, ⁊.§.
qđ autē diximus. ¶ De iure canonico ⁊ eius benignitate non
valet legatum rei aliene, siue sciat testator alienam, siue ignoret,
nec legatario ex tali legato aliquid potest acquiri, nec heres in
aliquo obligatur, vt.xvij.q.iiij.c.quicūq;.habetur etiam expres
sum extra de testi.c.filius.⁊ in glo.ber.de benignitate canoni-
156 ca, ⁊c. ¶ †De iure ciuili, quotiens ex eodem delicto plures na
scuntur, ⁊ insurgunt actiones, ⁊ concurrunt, vna tātum vbi plus
esset in vna actione q̃z in alia elligi potest vt.ff.de accusat.l.sena
tus.⁊ de actio.⁊ obli.l.qui seruum alienū, vt.ff.de regu.in.l.ne-
mo.§.quotiens. ¶ De iure canonico est reperire casum vbi ex
eodem delicto ⁊ facto multipliciter quis obligatur ⁊ fit reus, ⁊
concurrunt ille obligationes, nec tantum pena vna vel vnius.l.
sufficit nec vna alteram impedit, vt puta si aliquis violēras ma-
nus in clericum iniecerit vel in laicum excommunicatione mi-
nori est excommunicatus violando autem vel iniuriando eccle
siam est ligatus maiori excōicatione vt.xvij.q.iiij.c.omnes.c.si
quis domum, extra de sen.excom.c.si vero alicuius.⁊.c.si ve-
ro aliquis ex hoc habetur apertius, in.c.cum per causa que in-
ter, ⁊ in glo.ber.scilicet ꝙ manus violentas ⁊c.qui enim ex tali
delicto incidit in eam excommunicationis, q̃uis pro vna vel ex
157 vna causa sit absolutus, remanet obligatus pro alia. ¶ †De iu
re ciuili si adulterium committatur ⁊ incestus simul ⁊ cōcurrūt
ex eodem facto, pena in altero statuta vendicat sibi locū nec ex
hoc augetur pena adulterij, vt.ff.ad leg.iul.de adul.l.si adulte-
riū cum incestu.j.respō.⁊.§.nōnūq;.⁊ cum.§.sequētibus, vsq;
ad.§.Imperatores.d.Azo in sum.eo.§.nunc incestas quando
cōmittatur ⁊c.q̃uis incestus crimen maius sit adulterio, ⁊ gra-
uius delictum, vt in.d.§.nōnūq;. ¶ De iure canonico si adulte
rium cum incestu concurrant ex eodem facto etiam maior impo
ni pena debet q̃z pro adulterio solo hoc habes extra de eo q co-
gno.cōsan.vxo.sue.c.ij.⁊ in glo.ber.pro incestu.⁊.c.vlti.in fi.
158 ⁊ in glo.ber.⁊ maior etiā debet. ¶ †De iure ciuili secūdū eos
qui intelligunt nō esse correctam.l.C.de adul.l.iure mariti.⁊.l.
q̃uis per auctē.vt lice.mat.⁊ auie.§.quia vero plurimas in ve
teribus.§.causas.⁊.§.si vir de adulterio.colla.viij.maritus ha-
bet ꝑuilegiū vt infra.lx.dies vxorē possit accusare sine metu ca-
lūnie nisi sit calūnia euidens, ⁊ in hoc casu intelligit dictā auct.
vel quādo nō accusat iure mariti, vel quādo accusat cōstāte ma
trimonio, vt preallega.ff.eo.l.is eius.l.mariti lenociniū.§.pre-
terea ⁊ sic intelligunt, vt predicta correcta sint per.d.aucten.§.
quia vero plurimas, in glo.or.si accuset iure extranei ⁊c. ¶ De
iure canonico, expressum est ꝙ maritus vxorem suam de adulte
rio accusat vt puniatur, ⁊ imponatur ei adulterij penam haber
maritus necesse est inscribere, ⁊ se obligare ad penam talionis
etiam si eam accusat, infra.xl.dies.vt extra de procu.c.tue fra-
159 ternitati in glo.ber.olim intra.lx.dies ⁊c. ¶ †De iure ciuili
pena stupri commissi vi vel in puerum, vel in dominam suam a
seruo, est mors, vt insti.de pub.iudi.§.item lex iulia de adulter.
vsq; ad.§.item lex cornelia, ⁊.§.si autem per vim raptus, in tuto
re etiam stuprante pupillam, est pena depositionis ⁊ omniū bo-
norum publicationis, vt.C.si quis eam cuius tu.sue.corrupe.l.
vna.

vna.⁊ dom. Azo in sum.tradit hoc clare,de adulte.§.iterdum
160 de stupro dicamus ⁊c. ¶ † De iure cano.pena stupri est,vt eā
quam stuprauit,si ipse vult,⁊ si vult pater stuprate,⁊ si vult ipsa
stuprata,in vxorem accipiat,vel si eam in vxorem non hʒ vel
non accipit,dʒ ei dare pecuniā in cām eius dotis que existima-
bit̄ secūdū facultatē stupratoris,⁊ secūdū dignitatē stuprate, ⁊
castigabit̄ ⁊ regulabit̄,⁊ si viles sunt psone,verabunt̄, hoc ha
161 bes extra de adulter.c.j.⁊ in gl.⁊ in tex. ¶ † De iure ciuili cri-
men raptus virginū ⁊ mulierū cōmittit̄ ēt in ipsis ꝯsentiētibus
⁊ volentibus,⁊cōmittitur etiā in sponsa,siue fuerit cognita a vi-
ro siue nō,vt.C.de rap.virg.l.vna circa medium,⁊ de epi.⁊ cle.
l.raptores,⁊ in auctē.de rap.virgi.colla.viiij.⁊ patiūtur penā
capitalē ⁊ amissionis bonorū,nec tamen cum rapta muliere ra-
ptor poterit q̄rūcūqʒ consensus intercedat matrimonium con-
trahere cum ea,vt predictis iuribus patet,⁊.d. Azo in sum.de
rap.virgi.per totum hoc exēplificat. ¶ De iure canonico ali-
ter statuitur,crimen enim raptus nunq̄ʒ cōmittit̄ vbi de nuptijs
actū est aliquid ante,vnde in sponsam non potest committi,etiā
si desponsata fuerit ignorantibus vel etiam inuitis parentibus,
item nullam penā pati vel sustinere debet raptor,si postea in vxo
rem eā accipit ⁊ dissensus primus transiuit in consensum, quod
quidem licitum est,hoc habes extra de rapto.mulie.per totum
162 ⁊ in tex.⁊ in glo. ¶ † De iure ciuili qui incidit in peccatum cō-
tra naturam capite punitur,vt.C.ad leg.iul.de adulte.l.cuʒ vir
nubit in feminam,⁊ in aucten.vt nō luxu.contra natu.colla.vj.
circa fi.cōstitutionis. ¶ De iure canonico aliter in predicto de
licto statuit̄,clericus.n.propter delictū remouet̄ a clero,vel de
trudit̄ in monasterio ad agēdū perpetuā penitētiā,laicus autē,
qui in predictū incidit delictū,excōmunicationi subijcit̄, ⁊ actu
fideliū sit penitus alienus,hoc habes extra de excessi.prela.cle
163 rici,⁊.c.quicūqʒ,⁊c. ¶ † De iure ciuili blassemator debet puni
ri vltimo supplicio,qd iura ciuilia mortem interpretantur, vt.ff.
de pen.l.vltimū suppliciū,hoc habes in aucten.vt nō luxu.ꝯtra
naturā neqʒ iuret̄ per capil.vel blasse.i domi.§.qdquid ad hoc
colla.vj. ¶ De iure canonico blassemator dei,⁊ aliorū sanctorū
⁊ precipue beate Marie virginis gloriose,arcet̄ ab ingressu ec
clesie,vnde diebus dominicis in vltimo die stet ante ecclesiā cū
corrigia ad collū,⁊ n̄ habeat pileū,nec calciamēta,⁊ debet quo
libet predictorū dierū tres vel quatuor,duos vel vnum recipere
pauperē,vel si nō potest,hoc cōmutet̄ in penā aliam,vt hoc ha
bes traditū extra de maled.c.vlti.olim autē secūdum canones
laicus excōicabatur,clericus aūt blassemus deponitur, vt.xxj.
164 q.ij.si quis per capitulum. ¶ † De iure ciuili videtur ꝙ hereti
cos expresse debeat prosequi ⁊ punire,index secularis maxime
laicos,vt.C.de sum.tri.⁊ fi.catho.l.j.in fin.⁊ de hereti.⁊ mani.
l.quicūqʒ in hac sacra vrbe.§.vlti.vel saltē iudex secularis cum
licētia episcopi,debet cognoscere de crimie ⁊ punire laicos ma
xime,vt in auctē.de mand.prin.§.si vero canonicus sic ꝙ petit̄.
colla.ij.contra clericos solus episcopus cognoscet ⁊ decernet ⁊
iudicabit causam,vt in auctē.vt cle. apud prop.epis.§.si tamen
decernimus matrimoniū ⁊c.colla.vj.in glo.ac. vt de articulis
fidei. ¶ De iure canonico de crimine heresis ⁊ cōtra laicū co-
gnitio ⁊ pronūciatio spectat ad ecclesiasticū iudicē,vt pronūcie
tur hereticus,⁊ coram iudice seculari degradetur si est clericus
⁊ reddat̄ curie seculari puniēdus secūdū legitimas sanctiones,
ꝙ iudex debet talē recipere tam clericū q̄ʒ laicū in suum forum,
⁊ eū ad mortē cōdēnare ⁊ punire,vt hoc habes extra de hereti.
c.ad abolēdam.§.laicus autem,⁊ i glo.her.laici enim ⁊c. extra
de verbo.signifi.c.sup quibusdā,in prin.⁊ in glo.her.p iudices
165 seculares. ¶ † De iure ciuili quilibet accusatus de quolibet cri
mine pro primo audit̄ super crimine ⁊ criminis defensione, ⁊ ab
sens nō debet dānari infra annum vt.ff.de requi.re.qui ei currit
a tēpore sciētie anotationis bonorū ⁊ post ipsam annotationem
iterū est vocādus post annū,si nesciat de annotatione,fiat ei no
tū per citationes,audit̄ dico infra annū de bonis,post annū nō,
vt.ff.eo.l.vlti.⁊.C.eo.l.ij.⁊.d. Azo in sum.eo.tit.hoc ⁊ alia par
te tradit. ¶ De iure canonico,aliud ⁊ aliter statuit̄ in crimine
heresis,qr si aliquis excōicatus fuerit ēt pro sola suspitione he-
resis,⁊ ei purgatio fuerit indicta in qua si defecerit, ⁊ per annū
steterit in excommunicatione ista,ꝙ non satisfecerit, puniet̄ vt
hereticus,nec post annū sup.d.crimine ipsius audit̄ defensio.c.
excōmunicamus itaqʒ.§.j.⁊ in glo.her.videt̄ hic ꝙ aliquis ⁊c.
166 ⁊.§.credētes. ¶ † De iure ciuili si qs obrepserit iudici ⁊ rescri
ptū vel aliud impetrauerit caret effectu vel imponit̄ pena obri-
piēte.i.pena falsi,vt.ff.ad.l.cor.de fal.l.si quis obrepserit ⁊ do.
Azo in sum.si contra ius vel vti.pub.§.sed ⁊ lege corne. ¶ De
iure canonico ex tali falso nulla pena iponitur ⁊ vbi dolose hoc
factum est caret ipetrator omni cōmodo literarū ⁊ rescripti,hoc
habes extra de rescrip.c.sup literis que ab aliquibus,⁊ de cri-
mi.fal.c.licet ad regimen,⁊ in glo.her. circa huius in tantum.
167 ¶ † De iure ciuili falsum siue falsitas nō cōmittitur, nec cōmit
ti potest sine dolo vt.C.ad leg.cor.de fal.l.nec exemplum, ⁊.d.
Azo in sum.eo.titu.§.locū habet.l.Cor.de fal.⁊c.nec pōt agi
de falso,nisi dolus interueniat,vt ibi loquit̄. ¶ De iure canoni
co dicitur ꝙ falsum siue falsitas cōmittit̄ sine dolo, vʒ per sim-
plicitatem vel ignorātiam,vt extra de rescri.c.super literis que
ab aliquibus distinguitur ibi inter eos qui p fraudē vel malitiā
impetrant ⁊ falsum cōmittunt,⁊ eos qui p simplicitatē vel igno
rātiā cōmittunt dicēdo illam esse falsitatem,que etiam commit
titur per simplicitatem,vel ignorantiam.

F I N I S

Tractatus de differentijs inter ius canonicum ⁊ ciuile excellentis.iuris vtri. Doct. do. Hieronimi zanetini Bononiensis,in felici accademia Bononie editus.

SVMMARIVM

1 Criminosus de iure ciuili nisi conuictus de crimine non repelli
tur a testimonio,de iure canonico sufficit ꝙ conuinci possit.
2 Infamia facti de iure ciuili ab accusatione repellit,secus de iu-
re canonico.
3 Inimicus de iure ciuili accusat,secus de iure canonico.
4 Inquisitio de iure canonico est remedium ordinarium,sed de iu
re ciuili extraordinarium.
5 Conuictus de crimine per inquisitionem de iure canonico mi-
tius punit̄ q̄ʒ p accusationē,d iure ciuili nō fit hec differētia.
6 Condemnatus per inquisitionem de iure canonico est infamis,
secus de iure ciuili.
7 Maritus vxorem de adulterio de iure ciuili accusat,⁊ non ecō
tra secus de iure canonico.
8 Vxor virum ciuiliter accusat vt thorus separetur.
9 De adulterio de iure ciuili ad penā corporaleʒ agit̄, sed de iure
canonico ad thori separationem ⁊ lucrum dotis agitur.
10 Maritus per qnquennium de iure ciuili ab accusatiōe de adul
terio excluditur,secus de iure canonico.
11 Ius ciuile cohabitationem mulierum episcopo tollit,de iure ca
nonico suspectarum cohabitationem prohibet.
12 Mulier de iure ciuili bonis raptoris priuatur, si cum raptore
matrimonium ꝯhat,secus de iure canonico.
13 Leges disponētes,ꝙ aliqui matrimoniū nō ꝯhant,quos ligēt.
14 Instrumenta dotalia de iure ciuili in matrimonio requiruntur,
secus de iure canonico.
Statutum prohibens matrimonium contrahi cum hominibus
alterius secte vel ciuitatis de iure canonico non valet.
15 L.quotiens.C.de rei vendic.de iure canonico locū non habet,
vide tamen.j.nume.sequen.
Clerici ⁊ ecclesia aliquos in suis ꝯtribus fraudare nō debent.
Lex imperialis an clericos ⁊ ecclesias liget.
Vendita res in dubio cui prius tradita presumatur.
17 Prioritas date attēdit̄,qn̄ duo in lr̄arū p̄sentatione pares sunt.
L.quotiens an habeat locū in traditione,que p cōstitutum fit.
L.predicta an in duabus locationibus locum habeat.
An habeat locum in duobus cedentibus.
Et an in matrimonijs locum habeat.
18 Spoliatus de iure canonico contra quēlibet spoliationis exce
ptionem opponere potest,nec ciuiliter nec criminaliter con-
ueniri potest,secus de iure canonico.
19 Prouintia q̄ dicat̄ de iure canoni.⁊ q̄ dicat̄ de iure ciuili.
20 Statutū vel cōstituto iuris canonici faciens mētionē de prouin
tia qūo intelligat̄,⁊ quid de statuto iuris ciuilis.
21 Delicto de iure ciuili qui obuiare nō tenetur,nisi deliquens sit
seruus vel filius,secus de iure canonico.
22 Crimē p duos testes de iure canoni.pbat̄,quid de iure ciuili.
23 Appellās temere qūo de iure cano. puniat̄,⁊ qūo de iure ciui.
24 Cause,q̄ de iure canonico sunt summarie,in terris ecclesie sum
marie sunt,secus de iure ciuili in terris imperij.
Papa ordinē iuditiarium in terris imperij tollere non potest.
Cause qn̄ dicāt̄ sūmarie ⁊ an idē hoc sit qd sola ꝯitate ispecta.

Clausule de facto vel velo leuato, vel manu regia qd iportent.
25 Procurator de iure ciuili põt eẽ infamis, secus de iure cano.
26 Procurator eẽ nõ potest infamis in curia principis.
Roma ibi est, vbi est papa.
Papa ab vrbe sedem mutare non potest.
Papa vbi est, ibi est communis patria.
27 Uniuersitas de iure cano. pcuratorẽ ꝯstituit, secus de iu. ciui.
28 Procurator qñ cõstituitur potius distictio fieri debet in qualitate constituentis ꝙ administratoris.
29 Procuratoris nomẽ omnino ineptũ nõ attenditur.
30 Compromitti de iure ciuili nõ põt cũ iuro, secus de iure cano.
31 Possessoriũ recuperandi solũ aduersus quosdam de iure ciuili datur, sed de iure canonico ꝯ oẽs ad quos res peruenit.
32 Iudex secularis de iure ciuili de questione spirituali incidenter cognoscit, sed de iure canonico, nec principaliter.
33 Papa solus sine cardinalib⁹ circa ardua an leges ꝯderẽ possit.
Imperator solus legem facit.
34 Papa quare non vtatur baculo sicut episcopi.
Cardinales quomodo pape assistant.
35 Ecclesia militans est exẽplata ad similitudinẽ triumphantis.
36 Pape dictum concilij dicto preualet.
37 Prelatus i causis eccle. añ litẽ ꝯtestatã pcuratorẽ nõ ꝯstituit.
38 Mulier in criminalibus de iure canonico in testẽ nõ admittit secus de iure ciuili nisi in testamentis.
Mulier an possit esse testis in testamentis in terris ecclesie.
Scriptura priuata vt habeat vim instrumẽti publici requirit ꝙ sit tribus testibus masculis subscripta.
39 Lis iter patrẽ ꝛ filiũ de iu. ciui. eẽ nõ põt, ꝫ de eqtate cano. sic.
Filius vbi aĩe ꝛ peccati piculũ vertit cũ pr̃e i iudicio stare põt.
40 Condemnatus de crimine de iure ciui. suum accusatorem accusare potest, secus de iure canonico.
41 Legatũ rei aliene de iu. ciui. peti põt, secus de iure canonico.
42 Intellectus ad cap. filius de testamen.
43 Instãtia de iu. ciui. i cã principali repit data, secus de iu. cano.
Instãtia in cã appella. tã de iu. cano. ꝙ de iu. ciui. vniformis ẽ.
44 Instantia in causis fiscalibus non datur.
45 Instantia coram arbitro reperitur.
Arbitri monitio vim peremptorij habet.
46 Instantia coram arbitro quantum duret.
Etas rescripti ꝛ cõpromissi, nisi ad iudiciũ deueniat ꝑpetua est.
Instantia in causa emergenti de iure ciuili perpetua est.
47 Instãtia legitimationis nõ pimit ẽt si p. x. annos duraret.
Lis qñ est super principali cõtestata, sup incidentibus vel emergentibus non contestatur.
Lis nõ ꝯtestat sup in integ. rest. incidẽter p viã ꝯdictiõis petita.
48 Appellatio õ iu. ciui. gradati iterponẽda est, secus de iu. cano.
49 Scolares etiã subditi ecclesie per imperatorẽ legitimari p̃nt.
Statutum de iure ciuili potest tollere appellationẽ interponendã ad principẽ vsq ad tertiã appellationẽ, secus õ iu. cano.
50 Crimina oĩa de iure cano. publica sunt, secus de iure ciuili.
51 Ecclesia de iu. ciui. ꝯ libertatẽ nõ restituit, secus de iu. canoni.
52 Iurisdõ de iu. ciui. p litis ꝯtest. ꝑpetuat, õ iu. cano. p citationẽ.
53 Populus imperij statuta ꝯtra legem Imperialẽ facere potest, subditi pape non possunt statuere contra canones.
54 Statutum ꝙ stantibus masculis femine nõ succedant vti cõformẽ iuri diuino valet.
55 Canones dicẽtes nõ valere statuta ꝯ canones qũo itelligantur.
56 Consuetudo ꝯ canones quare valeat, ꝛ nõ statutum, ꝛ quare seculares ꝛ non clerici ꝯtra canones statuere possint.
Ius canonicũ hominẽ ad bonũ publicũ ecclesiasticũ dirigit.
57 Possessoriũ de iure ciui. nõ cõpetit aduersus obligatũ ad ꝑstationẽ annuã, si soluere cesset, secus de iure canonico.
58 Capi. querelã de elect. qũo intelligatur, ꝛ nume. seq.
60 Etas virilis que sit de iure ciuili, ꝛ que sit de iure canonico.
61 Furtũ qũo sumat de iure ciui. ꝛ qũo de iure canonico.
62 Delegari non possunt de iure ciuili ea que sunt meri ꝛ mixti imperij, secus de iure canonico.
63 Tuti qui nõ sunt in ecclesia de iu. cano. ꝛ que de iure ciuili.
64 Iurare per creaturas de iure canonico non est permissum, sed de iure ciuili sic.
65 Appellari potest de iure canonico a vicario ordinarij ad eius superiorem, sed de iure ciuili ad ordinarium.
66 Sentẽtia lata cõtra dominũ ꝙ in iudicio nõ fuit ommisso procuratore non valet exceptis duobus casibus vt. ĩ. nu. seq. sed de iure cano. valet, sed requirit vt pcurator citet vt. ĩ. nu. 68.
69 Appellari ad quẽ possit de iure ciuili a sententia episcopi, ꝛ ad quem de iure canonico.
70 Publicatis testibus in causa appella. de iure canonico super eisdem articulis testes recipi non possunt, secus de iu. ciuili.
71 Appellare non licet de iure ciuili a sententia momentanee possessio. secus de iure canonico.
72 Appellare non licet de iure ciuili ab interlocutoria secus de iure canonico.
73 Monachi vel religiosi leges ꝛ medicinam audire non possunt, nisi in studio priuilegiato vt Bononie, ꝛ nisi vt melius canones intelligant.
74 Medicus non excusatur, si dicat infirmo non cõsulo tibi, tamẽ si haberetur talis incãtatrix, liberareris.
75 Prescriptio. xxx. an. iure ciuili hodie cuꝫ mala fide in actione sponsali procedit de iure canonico secus quod in vtroqꝫ foro seruari debet vt. ĩ. nu. seq.
77 Prescribere vt possit laicus cum mala fide quid agendum sit.
78 Libertas seruitutis predialis quare mala fide prescribatur, ꝛ non seruitus.
79 Ius quando superuenit non ex causa de preterito sed ex illa que post litem contest. habuit originem de iure ciuili non potest sequi condemnatio sed absolutio ꝛ quid de iure canonico.
Innocentius quartus fuit summus legista.
80 L. in rem. §. si. ff. de pignor. act. quando locum habeat.
Surreptionis vitium non tollitur, licet ius postea superueniat.
81 Locus de iure ciuili quomodo sacer fiat, ꝛ quomodo de iure canonico.
Locus sine pontificis auctoritate religiosus fieri non potest.
82 Homines de iure canonico potius in ecclesijs ꝙ alibi sepeliendi sunt, secus de iure ciuili.
83 Pactum nudum de iure ciuili actionem non parit, secus de iure canonico.
84 Stipulari quis alteri non potest de iure ciuili, secus de iure canonico.
85 Regula. §. alteri institu. de inutil. stipu. quomodo de iure canonico procedat.
86 Stipu. alteri facta iuramento validatur.
87 Promittens amore dei dare decem puelle maritande absenti obligatur, ꝛ quare.
Cap. iuramenti. xxij. q. v. quomodo intelligatur.
88 Denuntiatio euangelica pro obligatione naturali locũ habet.
89 Ex pacto nudo quare i terris ecclesie agat remedio ordinario.
90 Obligatio naturalis quando ex stipulatione alteri facta oriat.
91 Iuramentum vbi est in contractu prestitum de iure ciuili nũꝙ purgatio more admittitur, secus de iure canonico.
Purgatio more non admittit, vbi a lege executio fit.
Purgatio more de equitate canonica admittit, si aduersarius ob moram damnum passus non sit.
92 L. si quis maior. C. de trãsact. etiam in fidei prestatione locum habet.
93 Iuramentum quando prestari dicatur.
94 Stipulatio de iure canonico an in fideiussione requiratur, ꝛ numero sequenti.
96 Promissio de iure canonico nudo pacto facta vt principalis ꝛ repromissor valeat.
97 Pactum nudum sine causa de dando alicui decem etiam de iure canonico non valet.
L. si quis argentum. C. de donat. in donatione presumpta nudo pacto facta locum non habet.
98 Clausula appellatione remota in rescripto apposita tollit de iure ciuili omnem appellationem etiam iustã in possessio. etiaꝫ vbi alias in aliquo casu appellaretur, secus õ iure canonico.
Limit. vt. ĩ. nume. 100.
99 Appellari de iure canonico potest in causa moment. pos. secus de iure ciuili.
101 Iurisditio terrarum vacante Imperio de iure canonico pape competit, vacante vero sede apostolica Imperator non succedit.
102 Prescriptio obedientie contra Imperatorem, sed non contra papam valet.
103 Prescriptio obediẽtie nõ actiue sed passiue valet.
104 Filij nati ex dãnato coitu a patre de iure ciuili ali non debent, de iure canonico secus.
105 Capi. cum haberet de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. habet locum in damnatis ex quocũqꝫ coitu.
106 Ludens ludo prohibito de iure ciuili quod perdidit repetit, ꝛ quid de iure canonico.

107 Missus

107 Missus in possessionem rei ex primo decreto de iure ciuili habet a reo recuperante possessionem expensas factas, secus de iure canonico.
108 Statutum in fauorem ecclesie ab inferiore ab imperatore factum an valeat.
109 Mulier duos viros capiens quomodo de iure ciuili ⁊ quomodo de iure canonico puniatur.
110 Imperator vel cura imperij habens donans vel vendens rem alienam dominium transfert, sed de iure canoni. non.
L. bene a zenone. C. de quadri. prescript. habet locum in principibus, ⁊ non in inferioribus.
112 L. bene a zenone procedit, qñ fiscus bona fide possidebat credens rem alienam esse suam.
113 L. bene a zenone intelligitur, quando princeps tradit rez suā rōne possessionis, quam habet.
114 L. bene a zenone nō procedit in ecclesia donataria principis. Nec in rebus ecclesie a principe alteri donatis.
115 L. bene a zenone procedit quando princeps rem alienam donat dicendo se de plenitudine potestatis facere.
116 L. bene a zenone non procedit quando princeps rem non subditi dare vellet.
117 Papa laico sibi temporaliter non subiecto ēt ex cā dominiuz rei sue auferre non potest.
118 Imperator legem concessam non subdito reuocare non potest in eius preiudicium.
Pape plenitudo in clericos non procedit respectu bonorum patrimonialium.
119 Clericus in patrimonialibus laicus censetur.
120 In obligationibus facti de iure ciuili quis precise ad factuz cōpelli potest secus de iure canonico ⁊.j.nu.122.
121 Promissio facti curata precise obligat.
123 Iuramentum in forma specifica seruari debet.
124 Iuramētū de desponsanda aliqua, ingressu religionis non impletur sed eam prius desponsari dz.
125 Iuramētum habet vim clausule rato manente pacto.
Iuramentum naturalem naturam ⁊ non accidentalem principalis contractus sortiri debet.
Iuramentum super compromisso habet conditionem, si eque arbitratus fuerit.
126 Persona alteri reuerentiam debens famosam actionem de iure ciuili contra ipsum mouere non debet, secus de iure canonico.
127 Heres uoluntatem defuncti non implens de iure ciuili legitima excepta tota hereditate priuatur, de iure canonico in totum priuatur.
128 Sacrilego pena durior imponitur de iure ciuili quam cano.
Sacrum de sacro auferens quomodo de iure ciuili ⁊ canonico puniatur.
Sacrilegium qñ dicatur de iure ciuili committi, ⁊ quando de iure canonico.
129 Bona fides de iure ciuili in vsucapione requiritur ab initio, sed secundum canones continuo.
130 Prescriptione interrupta de iure ciuili possidens potest postea prescribere, de iure canonico secus.
131 Prescriptio iurium continuam causam nō habentium de iure ciuili tempus duplicatum requirit, sed de iure canonico in omnibus. xl. an. prescriptio.
132 Sportule dande iudici de iure cano. reprobantur, sed nō de iure ciuili.
Consuetudo de iure canonico de dandis sportulis an valeat.
133 Pollicitatio de iure ciuili actionem non parit, secus de iure canonico ⁊ vide.j. sub nu. seq.
134 Capi. iuramenti. xxij. q. v. qñō intelligatur.
135 Pollicitationē non obseruans mortaliter peccat.
136 Cōfessio facta parte absente de iure ciuili confitenti non preiudicat, secus de equitate canonica.
Confessio in testamēto parte absente facta de equitate valet.
137 Promissio ob incertitudinem de iure ciuili vitiatur, sed non de iure canonico.
138 Etates de iure ciuili sex sunt sed de iure canonico septem sunt.
139 Abbas de iure ciuili per epm ponitur, sed de iure canonico per monachoꝝ congregationem eligitur.
140 Promittens factum alienum an videatur promittere se facturum ⁊ curaturum.
141 Promittens factum alienum in sponsalibus, ⁊ matrimonijs, obligatur.
Promissio facti alieni de equitate canonica valet.
143 Penitentie locus est de iure ciuili in contractibus innominatis, secus de iure canonico in quatuor contractibus.
144 Pactum de iure canonico actionem ⁊ alios effectus producit, quos de iure ciuili stipulatio producit.
145 Malafides defuncti de iure ciuili heredi nocet, sed non de iure canonico.
146 Difficultas prestationis de iure ciuili effectum stipulat non impedit, secus de iure canonico.
147 Iudex de iure canonico subditum extra territoriū existentem citare non potest, sed sic de iure ciuili.
148 Exceptio non numerate pecunie ⁊ dotis de iure ciuili post biennium opponi non potest, secus de equitate canonica.
149 Debitor si non potest probare pecuniam non numeratam, in foro cōscientie est tutus, nec tenetur aliquid dare creditori.
150 Lex ciuilis in presumptione se fundans in foro conscientie locum non habet.
151 Prescriptio de iure ciuili currit impedito impedimēto facti. Secus de iure canonico.
152 Annus proprie ex. ccclxv. diebus ⁊ sex horis constat.
153 Frater minor de iure ciuili secundum consuetudinē facit partes ⁊ maior eligit, secus de iure canonico.
154 Abraham frater maior partes fecit, ⁊ loth elegit.
Dictū alicuius sancti munitū auctoritate veteris testamēti cōstitutioni pape ⁊ imperatoris in decisionibus causaꝝ pferī.
155 Fugere quis non tenetur de iure ciuili sed pro defensione persone ⁊ rerum alium occidere potest, quid de iure canonico.
156 Furem nocturnum de iure ciuili pro rerum defensione occidere licitum est nisi sit res modica, secus de iure canonico, sed percutere licitum est vt.j.nu.seq.
Vilis res que dicatur.
158 Pater, qui de iure ciuili filiam adulteram occidere potest, de iure canonico peccat.
159 Carcerem frangens vno modo de iure ciuili, ⁊ alio modo de iure canonico punitur.
160 Carcer de iure ciuili ad custodiam, sed de iure canonico etiaz ad penam inuentus est.
Carceratio de iure ciuili non est mixti imperij.
161 Iudei ⁊ alij infideles de iure ciuili priuilegio ad ecclesias cōfugientium non gaudent, secus de iure canonico.
162 L.j.C. de iudeis qñō procedat.
163 L. si quis in tanta. C. vn. vi. de iure canonico locum non hz.
164 Uniuersitatis actus vt valeant, quot partes vniuersitatis tā de iure ciuili q̄ canonico interuenire debeant.
165 Vicarius episcopi de iure canonico ordinariam iurisdictionē habet, secus de iure ciuili.
166 Vicariuz sibi facere potest episcopus de iure canonico, magistratus autem imperatoris facere non possunt.
167 Impetratio iudicis extraordinarij ad lites de iure ciuili fieri ñ potest nisi ordinarius sit in mora, secus de iure canonico.
168 Vicarij de iure ciuili penam sanguinis imponere non possunt secus de iure canonico.
169 Torneamentuz de iure ciuili an prohibitum sit, ⁊ quid de iure canonico.
Torneamēta quare damnata sint.
170 Alearum ludus, quare prohibeatur.
171 Hastiludium an sit ludus prohibitus ⁊.j.nu.173.
172 Bellum quod est licitum etiam de iure diuino exerceri pōt.
174 Occidens socium in hastiludio publico an ab homicidio immunis sit.
175 Minor. xviij. an. solum principis delegatus esse potest de iure canonico, de iure ciuili, secus.
Dubium iuris ciuilis quando per ius canonicum interpretatur, iuri canonico standum est.
176 Fundus dotalis de iure ciuili alienari non potest de iure canonico sic, iuramento interueniente.
177 Mulieri si non soluitur dos.j. annuz vsuras petere non potest ⁊ quid sit de iure canonico.
178 Doctoratus de iure canonico est dignitas, ⁊ quid de iure ciuili.
179 Prelatus de iure ciuili non potest aliquem mortuum ponere in alterius sepulchro illo inuito, de iure cano. secus.
180 Laicus si indignum presentat, de iure ciuili prouisio ad superiorem deuoluitur, secus de iure canonico.
181 Cognitio ⁊ condemnatio de iure ciuili ad quem spectet, ⁊ ad quem de iure canonico spectet.

Maritus

260 Maritus de iure ciuili vxorez verberare non potest, ⁊ quid ꝺ iure canonico.
261 Uxor de iure canonico sine viro nec econtra continentiam vouere potest sine alterius coniugis licentia, quid de iure canonico.
262 Exceptionez peremptoriam proponens ⁊ in probatione defficiēs in expensis de iure canonico cōdemnatur, ⁊ quid de iure ciuili.
263 Incestus ⁊ adulterij pena que sit de iure ciuili, ⁊ que de iure canonico.
264 Patibulo suspensi an ⁊ quando tam iure ciuili q̃z canonico ecclesiastice tradantur sepulture.
265 Pena an quadruplum excedat.
267 Fur est de iure canonico qui causa furādi hostium intrat, de iure ciuili secus.
268 Promittens dare sub pena, si quid dare ommittat, an ad totā penam teneatur.
269 Furem an teneamur indicare.
270 Transactio super quibus criminibus tam de iure canonico q̃z ciuili fieri possit.
271 Matrimonium inter cohabitantes vt vir ⁊ vxor de iure ciuili presumitur, de iure canonico secus.
272 In matrimonio pene promissio de iure ciuili valet, secus de iure canonico.
273 Liti se offerens quomodo condemnetur.
274 Consanguinitas quomodo probetur.
275 Sententia matrimonialis de iure canonico sine scriptis ferri pōt, secus de iure ciuili.
276 Testi vni an ⁊ quando credatur.
277 Abbas in causa monasterij qūo de calumnia iuret.
278 Testes de iure ciuili magis absolute compelluntur testificari, q̃z de iure canonico.
279 Frater quando fratrē accusare possit.
280 Sequestratio quando fiat tam de iure ciuili q̃z canonico.
281 Sententia diffinit. an sine litis contest. feratur.
282 Clericus an possit consentire litigare coram alio iudice ecclesiastico.
283 Contrahens in aliquo loco an a iudice illius loci citari possit.
284 Clerici parisini coram quo ꝯueniantur.
285 Conueniri quis potest coram diuersis iudicibus pluribus ⁊ diuersis actionibus personalibus de iure ciuili, secus de iure canonico.
286 Filiusfami. an sine patris consensu in iudicio esse possit.
287 Prorogatio iurisdictionis de persona in personā iurisdictionē habentem de iure ciuili fieri potest, de iure cano. secus.
288 Parentes in contrahendo ⁊ dirimēdo matrimoniū de iure canonico testes esse possunt, secus de iure ciuili.
289 Delegari que non possint de iure ciuili.
290 Ordinarius causas modicas de iure ciui. ex iusta causa delegat, de iure vero canoni. sine causa.
291 Testes in criminali de iure canonico non ꝯpelluntᷣ, ⁊ qd de iure ciuili.
292 Positio negatiua de iure ciuili non fit, secus de iure canoni.
293 Minor in causa spirituali procuratorem constituit, secus de iure ciuili.
294 Testes senes ⁊ valitudinarij ob peccatuz de iure canonico testificari compelluntur, secus de iure ciuili.
295 Recusatio iudicis qñ fieri debeat tam de iure canonico quam ciuili.
296 Rescripta q̃ztū durēt de iure canonico ⁊ ciuili, ⁊ s. nu. 328.
297 Inducie deliberatorie an tollantur per citationem precedentē tam de iure canoni. q̃z ciuili.
298 Rescisoria an detur postliminio reuertentibus de iure canonico ⁊ ciuili.
299 Furtum de iure canoni. pro omni vsurpatione accipitur.
300 Etas virilis que sit de iure canonico ⁊ que de iure ciuili.
301 Ecclesia an lucratur pretium ementis rem ecclesie in casu non concesso a iure.
302 Concubine clericorum an serue efficiantur.
303 Libellus ꝑ quem petitᷣ rescindi contractus ob deceptionē vltra dimidiā iusti pretij qūo formari debeat.
304 Precaria de iure cano. inuenitur.
305 Remissio mercedis ob sterilitatem qñ fiat.
306 Emphytheota cessans per biennium soluere an moram purgare possit.
307 Uassallus de iure ciuili de feudo etiam pro anima disponere non potest, sed de iure cano. potest.
308 Calices ⁊ alia ad vsum diuinum deputata quando pignorari possint.
309 Uxor an sit in potestate patris vel mariti.
310 Iudex datus in petitorio de iure ciuili de possessorio cognoscere non potest secus de iure canonico.
311 Capitis diminutio qūo accipiatur.
312 Legati principum ⁊ pape de rebus principis viuere debent.
14 ¶ † Hec verba veniunt declaranda secundum ea que habentur in salutatione gregoriana, ꝛ in salutatione in. vj. Et inde ibi effectus, ꝛ maxime per que tollantur peccata venialia, Sed excommunicatio non tollitur, si iste fuisset excōmunicatus, vt glo. voluit in salutatione rescriptorum ꝛ decret. in capi. si aliquando de senten. excom. immo nec salutationem poneret, nec salutationem scriberet excommunicato, sed eorum loco diceret ipsum cōsilij senensi, vt voluit spe. in titu. de rescri. presenta. in §. ratione forme versi. ꝛ nota ꝙ papa circa fi. de his benedictionibus que dantur per simplices sacerdotes post missam etiā episcopo presente, ꝛ benedicere volente dicite vt in capi. ecce. xc. dist. Et notabo ibi cum legam. ¶ Prosequor in rescripto. ¶ Grassus doctor ꝛ comes.

Apostolica sedes circunscripta

benigna desideria iusta petentium congruo fauore prosequitur vt votis eorum que a rationis tramite non discordāt libenter se propitium exhibet ꝛ benignum.

15 ¶ † Hec verba faciunt exordium ꝙ quidem in his confirmatoris, ꝛ collatorijs beneficiorum de stilo curie cōsueuit apponi, vt sentit specu. in titu. de rescrip. presenta. in §. ratione forme versicu. sequitur videre de cōfirmationibus. Et ex hoc exordio notatur iusticia dum dicitur desideria iusta petentium. Et dum dicitur a rationis tramite nō discordant, notatur etiam gratia dn̄i dicitur congruo fauore. Et dum dicitur se propitium exhibet ꝛ benignum. Et sic ex duplici fundamento merituntur talia rescripta, ꝛ noticie gratie ex ordine collat. ꝛ gratis suffragantur talia exordia etiam in priuilegijs ꝛ est tale dignum arbitramentum, vt illesse reddatur sedes apostolica gratiosum ex quibus ad propria id virtutum merita laudabiliter suffragantur, alia exordia etiam in priuilegijs indultis ꝛ gratijs apostolicis apponuntur conuenientia personis, ꝛ rebus de quibus agitur vt colligitur in d. §. ratione forme versicu. sequitur cum sequen. Et vide formam de qua vniuersi. Quatenus ꝛc. in conseruatorijs apponunt verba huiusmodi in exordio de quibus satis declaratur causa concessionis vt patet in conseruatoria asinentium, ꝛ catusinentium
16 ac etiam study nostri taurinensi. † Et puto ex huiusmodi exordijs licitum arguere ar. optimum in. l. regula. §. fina. ff. de iuris ꝛ fa. igno. ꝛ tunc puto varietatem in huiusmodi exordijs, si non sit exordium conueniens ex stillo curie inducere presumptionem falsitatis, per ea que dixi in precedentibus, ꝛ sentit specu. in tit. de rescrip. presenta. in §. primo igitur. ver. ix. cum sequen. in fi.
17 ꝛ in. d. §. ratione forme in princi. † In literis iusticie vel executorijs non apponuntur huiusmodi exordia. Et ideo in ea que de his bonis significāt questus hodie siquidem ꝛc. non requiruntur exordia vt sentit specu. in. d. §. ratione forme in forma cōquerente, ꝛ in forma cōquestus. ¶ Prosequor in rescripto ꝛc.

Cum itaqꝫ tu.

18 ¶ † Hic incipit naratio facti que talibus rescriptis ad beneficia concessis maxime ad impetrationem alicuius videtur necessaria ad euitandam subreptionem. Et not. verbum Cum in singulari Quia vni soli cuiuscunqꝫ dignitatis existat nunquam scribit in plurali vt in capitu. ꝙ̄ graui de cri. falsi volen. ꝛ spe. in. d. §. ratione forme in fin. principij. ¶ Prosequor in rescripto. ¶ Grassus.

Predictum filium magistrum

stephanum crusuati scriptorem, ꝛ familium nostrum, procuratorem tuum ad hoc te specialiter constitutum.

19 ¶ † Per hec verba apparet in impetratione rescripti requiri speciale mādatum dn̄i. Et est verum duplici causa, prima, quia in impetratione rescriptorū regulariter requiritur speciale mādatum de quo in capi. non nulli de rescrip. secunda quia agitur de permutatione beneficiorum, in qua requiritur speciale mandatum, sicut in resignatione siue in renunciatione que insunt in permutatione, vt infra dicam, de quo in clemen. j. de renuncia. ꝛ habetur in cap. qui ad agendum ꝛ in cap. generaliter de pro-
20 cur. in. vj. † Et facit quia in permutatione inest quedam transactio que non permittitur procuratori generali ꝛ habenti generale mandatum vt in. l. mandato totorum. ff. de procur. facit clem. non potest eo. titu. Et puto in casu nostro ex quo romanus pontifex attestatur specialiter constitutum non oportere aliquam fidem facere de mandato vt in. d. clem. j. de procura. cui autem alias incumbat probatio mandati dic vt in spec. de rescrip. presenta. §. ratione autem impetrat. ꝛc. versicu. sed cui incumbit
21 ꝛc. † In sola autem impetratione non requiritur speciale mandatum, immo nec mandatum capi. ad aures ꝛ ibi glo. de rescri. dummodo tempore ratificationis. ¶ Prosequor ꝛc.

Decanatuꝫ valleꝫ nuncupatū.

¶ Ideo dicitur se decanum, quia sunt diuersi secundum diuersas

ſas adminiſtrationes,⁊ diuerſas iuriſdictiões. Et ſunt due prin
22 cipales dignitates in eccleſia predicta † ex quo ſequitur in im-
petrationibus beneficiorum fieri ſpecialem mentionem de be-
neficijs que impetrãtur,⁊ de qualitatibus eorum capitu. ad au
res de reſcrip. Et iſtud eſt verum, quando ſuper certis benefi-
cijs prouiſio ſiue reſcriptum impetratur, ſecus autem quando
ſub expectatione, quia tunc non eſt certum beneficium, de quo
in capi. capitulum. ⁊ capi. tibi qui cum ſi. de reſcriptis, ⁊c.

Ac dilectus filius Anibaldus

de torris per ſe ipſum canonicatũ ⁊ prebendã eccleſie ſolnẽdã.
23 ℂ †Ex his verbis colligũtur permutationes beneficiorum di-
uerſe quantitatis in eadem eccleſia poſſe ſimul fieri, nam hic ex
parte petierat decanatum qui eſt dignitas in eccleſia capi. cum
acceſſiſſent de conſtitu. capitu. primo ⁊ ibi per Archi. de con-
ſtitu. in ſexto. Anibaldi erat canonicatus ⁊ prebenda qui non
ſunt dignitas capitu. ſtatutum. §. primo de reſcrip. in ſexto ⁊ ta
men valet permutatio. de quo tamen dicendum vt in capit. ma
ioribus in fine de preben. ⁊ capitu. queſitum ⁊ capit. cum olim
de rerum permu. Sunt ⁊ diuerſi valoris, ⁊ tamen vt puto valet
permutatio dummodo fiat mentio de vero valore ⁊ ĩ. dicam, ⁊
fiat auctoritate habentis poteſtatem de quo in capitu. j. de re-
rum permu. in. vj. ℂ Proſequor in reſcripto.

Quos tunc obtinebatis tu Pe

tre decanatum, ⁊ Anibaldus canonicatum.
24 ℂ Ex his v̾bis ſequit̃ ad valorẽ pmutationis in bñficio opor-
tere permutantes ſeu permutare volentes habere, ⁊ tenere
beneficia, quia iſta eſt natura permutationis etiam in alijs re-
bus, vt vnuſquiſq; obtineat ꝙ pmutat. l. prima. ff. de rerum per-
25 mu. nam ꝙ quis non habet permutare non poteſt, ꝙ patet † ꝙ
in permutatione ſola conuentio non obligat ſed requiritur tra-
ditio. l. ex placito capitu. de rerum permuta. l. prima. §. j. ff. eo.
titu. ſic ⁊ in alijs contractibus innominatis inter quos eſt per-
mutatio, que eſt do, vt des. l. iuriſgẽtiũ. §. ſed ſi aliuni. ff. de pac.
l. naturalis. §. primo. ff. de preſcrip. verbis. ⁊ voluit azo in ſum-
ma de rerum permu. in. §. j. ⁊ vide ibi rationem in verſicu. j. cu;
26 ſequen. de quo tamen aliquid ĩ. dicam. †Et cum ſit contractus
bone fidei vt in. §. actionum inſti. de actio. ⁊ per glo. in capi. ve-
nerabilis extra de excep. oportet hinc inde eſſe beneficium ſine
vitio vt vnuſquiſq; obtinere poſſit vt in. l. fina. ff. de rerum diui.
non tamen intelligas eſſe propriam permutationem tamq̃; pro-
prietas poſſideri non poteſt, vt voluit glo. in capitu. cum olim
de rerum permu. licet eccleſia bene permutet capit. j. de eo qui
mitti. in poſ. cauſa rei ſeruãde cum ſimilibus. ℂ Proſequor in
reſcripto ⁊c.

In manibus noſtris apud ſedẽ

apoſtolicam ex cauſa permutationis ſponte renunciaueritis.
27 ℂ †Hec verba denotant magni iuris effectum, primo in eo, ꝙ
dicit in manibus romani pontificis, ⁊ apud ſedem apoſtolicam
nec competit alicui ordinario inferiori poteſtas conferendi, vt
in capitu. niſi de preben. in ſexto. dicite vt ibi. ℂ Secũdo dum
dicitur, ex cauſa permutationis, eſt facienda illaru; collatio be
neficiorum, immo alteri facta collatio eſſet nulla ipſo iure capi.
primo de rerum permu. in. vj. ⁊ in clementi. prima eodem titulo
28 ⁊ eſt tex. indubitatus in inferioribus per iura pealleg. †An pa
pa forte de plenitudine poteſtatis poſſet alteri cõferre, quia eſt
dominus beneficiorum ⁊ plenariam habet diſpoſitionem clem.
prima in fi. extra vt lite pend. tamen non eſt honeſtum ꝙ alteri
conferat quam permutantibus ne illudantur per iura pealleg.
29 facit ꝙ habetur in capit. pe. extra de poſtula. † Tertio dicitur
ſponte reſignaſtis, quia notat ſpontaneam renunciationem ⁊ re
quiritur in manibus ſuperioris ad quem pertinet collatio taliu;
beneficiorum, ad hoc vt permutationi ſit locus. nam vt dixi in
precedenti, beneficia non ſunt in poteſtate permutantium, ſed
ſuperioris. Et ideo oportet in eius manibus ſponte, ⁊ libere re
nunciare, ⁊ ſine fraude, vt in capitu. primo de rerum permu. in.
30 vj. ℂ † Ex quo dubitaui de renunciatione in manibus notarij
publici accipientis nomine ⁊ vice illius ad quem pertinet ſi ea
reſignata ſuperior conferat cuicunq; ſuum, ⁊ ſic haberet a ſu-
periore ex canonica inſtitutione, vt haberi debet, vt in capitu.
ex frequentibus de inſtitu. ⁊ capitu. primo de regu. iuris in. vj.
non autem ex priuata permutatione reprobata de iure ſine au-
ctoritate ſuperioris, vt in capitu. maioribus in fin. extra de pre-
ben. ⁊ in alijs iuribus pealleg. vt voluit Hoſtien. in ſumma de
rerum permu. in. §. quia poteſt verſicu. ⁊ hec intelligas, ⁊ not.
glo. in clementina prima de rerum permuta. Quod verum eſt,
⁊ licitum eſt exprimere in cauſa permutationis, immo etiam ſi
non exprimatur ſufficit ex ea fieri reſignationem, vt dicit ibi gl.
31 †Si autem non ſponte, ſed per vim fuerit facta reſignatio, dic
vt in capitu. ſuper hoc de renuncia. ⁊ capitu. ſolite de reſtitu.
ſpol. ⁊ capitu. Abbas cũ ſequenti cum ibi not. extra de his que
vi me. ve cauſa fiunt cum ſimilibus. ℂ Proſequor ⁊c.

Noſq; reſignationes huiuſmo-

di ex dicta cauſa duximus admittendas.
32 ℂ †Hec verba notant iuris miniſterium, quia oportet ſupe-
riorem huiuſmodi reſignationem admittere ⁊ acceptare, alias
non valeret, vt voluit Hoſtien. in ſumma de rerum diuiſio. per-
mu. in. §. quia poteſt in verſicu. ⁊ intelligas cum ſequen. Circa
33 ꝙ quero de tribus, † primo nunquid poſſit ſuperior repellere
hãc reſignationem, ⁊ puto ꝙ ſic, per capitu. admonet de renũ.
⁊ ſentit tex. in ſequentibus dum dicit fauorabilibus. Et iſtud eſt
indubitatum, ⁊ ſit iuſta cauſa expellẽdi. Sin indiſcrete ⁊ indeli
berate fieri viderit vel ex vitio forte ſimonie, vel alio vitio capi.
queſitum de rerum permu. quo caſu forte tunc infringere pote-
rit, ⁊ punire tales delinquentes, ſicut ſi propria auctoritate deli
34 quiſſet, vt in dicto capitu. cum olim cum ſimi. eodem tit. † Que
ro nunquid ⁊ quando poſſit penitere ⁊ recedere a permutatio-
ne. So. dicendum eſt idem in permutatione ꝙ in poſtulatione,
Quia ſi permutatio, fuit propoſita ⁊ introducta coram ſuperio
re maxime ſi admiſſa fuerit vt hic fuit, non puto poſſe recedi
capitu. bone el. ij. de poſtula. immo velit nolit ſi ſuperiori vi-
ſum fuerit puto compellendos reſcindere ⁊ permutare. ⁊ facit
35 capitu. quidem cedendo de renun. † Et in hoc differt iſta reſi-
gnatio ⁊ permutatio beneficiorum ab alia permutatione aliarũ
rerum, que conſiſtit in cõtractu innominato do vt des habet lo
cum penitentia. l. ſi pecuniam. ff. de ꝯdi. ob tur. cau. ⁊ nõ niſi de
implemento habet effectum nec competit actio. l. ex placito. C.
de rerum permuta. ℂ Proſequor.

Nos votis tuis in hac parte fa-

uorabiliter annuentes, canonicatum, ⁊ prebendã, predictos quo
rum fructus redditus ⁊ prouentus. xx. libr. taurinenſium ſecun
dum communem extimationem valorem annuum, vt aſſeritur,
non egrediuntur.
36 ℂ †Hic incipit prouiſio apoſtolica ex qua colligit̃ primo dũ di
cit votis tuis, has permutationes non eſſe faciendas beneficio-
rum, niſi ad vota partium, ⁊ inſtantibus partibus, ꝙ eſt verum
regulariter propter inferiores, qui non poſſunt ſine cauſa ſubdi
tos ſuos priuare beneficijs ſuis capitu. cum querente de reſti.
37 ſpolia. † Papa vero qui eſt ſupra ius capitu. propoſuit de con-
ceſſio. preben. eſt ſuperior omnium capitu. cuncta per mundum
capitu. per principalem. viiij. queſt. iij. Et eſt dominus omnium
beneficiorum, ⁊ eorum habet plenam diſpoſitionem capit. ij. de
preben. in. vj. ⁊ capitu. j. in fi. extra vt lite pendẽ. forte poſſet in
uitos permutare non ſolum inferiora beneficia, immo epiſcopa
tus, vt in regula ꝙ ob gratiam ⁊ ibi Joan. Andre. in mercuria
38 libus de re. iuris in. vj. ⁊ aliquid in capitu. fin. de poſtul. † plus
ſentit pe. ibi circa repoſitatorum ſuorum, ꝙ etiã inferior vt epi-
ſcopus ſi ſubſit cauſa poteſt inuitos plures parochiales trãſfer
re ad alias eccleſias, ⁊ compellere per. d. capitu. queſitum de
rerum permu. Et ſufficiens cauſa erit ſecundum eum per duri-
tiem vel perfidiam plebis, cui vnus reſiſtit ⁊ ſatiſfacere non poſ
ſit cum alijs, alius faciet cum ſimilibus. Et puto ꝙ Archi. alle
get notabile verbum Joan. and. in capitu. ſi electio de elec. in.
39 vj. † dicens, ꝙ electus non acceptando dignitatem ad quam
electus eſt, poterit, ſi alius eque idoneus non requiratur, per
40 quem illi eccleſie conſuli poſſit, cogi ad acceptãdum. † Ex quo
determinata videtur vna queſtio quottidiana vtrum ſi in eccle
ſia iſta erat conſuetudo vel ſtatutum de optando ſecundum tra
dita in capitu. fina. de ꝯſue. in ſexto an in his beneficijs permu
tatis habet locum optio. ⁊ videtur ꝙ ſic, quia nõ videtur velle
princeps ſingularibus ſtatutis, aut etiam conſuetudinibus ſin-
gularium eccleſiarum velle derogare capitu. primo de conſti-
tu. in. vj. tamen contrarium verum eſt, quia permutantes non
debent fraudari in eorum intentione per capitu. primũ de re-
rum permutatio. in ſexto. ⁊ per. d. clementi. in ratione eorum.
Et iſtud maxime quia. ĩ. eſt clauſula non obſtante ſtatuto vel cõ
ſuetudine dicte eccleſie vt. ĩ. videbitis. Et ita ſepe conſului. ſcd̃o
principalr̃ in his ꝓuiſionibus ⁊ cõceſſiõibus bñficioꝝ oportere

exprimi valorem fructuum redditum & prouentuum, non dicit proprietatem beneficij aut etiam ipsius beneficij vel tituli, quia cum sunt ecclesiastica non recipiunt extensionem, cum sint specialia vt in. §. sacre insti. de rerum di. & l. fructus. ff. de rei vendi.
41 Redditus qui aliter. ¶ †Et nõ tua, que videntur esse idem, tñ sunt diuersa vcz. ¶ Fructus q pcipiunt ex pdijs cura & cultura §. siquis a non dño insti. de rerũ diuisio. & in. l. fructus. ff. de rei vendi. ¶ Redditus sunt qui aliter extra rem percipiuntur sicut pensiones domorum. l. si vrbana. ff. de condi. indebi. cum ibi not. ¶ Obuentiones sunt, que extrinsecus, quandoq; a casu obueniunt vt in. l. lege obuenire. ff. de verborum signifi. Et not. vnam optimam cautelam non se astringere ad aliquam certam
42 vel precissam solennitatem, † quia mendatium etiam in vno minimo nũmo annulat gratiam tamq; subrepticiam. c. cui de nõ sacerdotali in fi. de preben. in. vj. & in capi. si motu proprio eo. tit. libro. vj. & capi. ad audientiam de rescrip. Et est optimum consilium, & fuit his dicere, q non egrediuntur & non extenduntur vltra. xx. lib. taurinensium secundum communem extimationez quia si minus valeret substitueretur gratia, nec potest dici subrepticia, quare dicat taurinẽsium, quia libra taurini est sol. v. Similiter si diceret taurinensium paruorum vt colligitur in clemẽ.
43 ij. de magi. † Quare autem dicat secundum communem extimationem istud ideo dicitur, quia precia & extimationes talium nõ ex affectione, nec ex accidenti seu a casu extimantur sed communi valore, & communi extimatione. l. si seruum meũ. ff. ad. l. aquil. & l. precia rerum. ff. ad. l. falci. & habetur in. c. j. de empti. & ven.
44 † Sed circa hoc solet dubitari cuius loci considerabitur ista loci extimatio vtrum in curia romana in qua dicuntur extimata omnia beneficia, an vero illius prouincie vel ciuitatis in qua est beneficium. Et breuiter puto, nisi aliud ex stillo curie, vel cõsuetudine habeatur, nec aliter in curia reperiatur declaratum, cõsiderari ciuitatem, et patriam in qua situm est beneficium per iura preallec. & optime facit. c. j. de emptio. & vendi. Ego alias miratus sum quare curia romana que habet propriam monetam. s. florenorum de camera, carlinos, & alias plures monetas vt patet dum se refert ad monetam taurinensium nisi dicamus ex stillo curie ita institutum, quia curia romana vtebatur illa pecunia, & moneta tamq; magis bona, & vsitata vt in. d. clementi. ij. de magistris. ¶ Prosequor in rescripto.

Pro resignatiõe ipsius anibal

di huiusmodi vacantes.

45 ¶ † Ex his verbis colligitur in huiusmodi concessionibus & rescriptis apostolicis debere fieri mentionem de vacatione beneficij & de die vacationum, quia beneficium viuẽtis, nisi vacet, alteri conferri non potest, nec debet. c. nulli in prin. & in. §. j. de cõces. preben. Et not. vacantes in plurali quia canonia & preben-
46 da vacare dicuntur. ¶ † Canonia est ius quodam quod ex electione, seu collatione, vel institutione, & receptione alicuius in canonicum, seu in fratrem oritur, siue acquiritur, vbi est certus numerus canonicorum, alias de nouo creatur, & alias non, vt. c. dilecto de preben. c. proposuit de conces. prebẽ. & capi. si postq;
47 eo. titu. libro. vj. ¶ † Prebenda vero est ius percipiendi prouentus in ecclesia, & proprie consistit in fructuum prosecutione, & est consecutiua ad canoniam que est in iure prebenda in facto & hec omnia sentit hostien. in summa. de preben. in. §. j. maxime in versicu. fi. ¶ Prosequor.

Etiaz si dispositione apostolice

specialiter vel generaliter reseruati existant.

48 ¶ † Dicti canonicatus & pbenda, sunt magni effectus, hec verba quia talia beneficia specialiter & generaliter per alios, nec alijs conferuntur tamq; affecta vt in. c. ij. & in. c. dudum de preben. in. vj. cum si. Tamen in casu nostro nõ multum puto necessarium per ea, que dixi in precedentibus cum talia beneficia pmutata alijs q; permutantibus conferri non possunt, vt in. d. c.
49 j. & in clementi. prima de rerum permuta. † Sed quero pro declaratione que sunt beneficia specialiter reseruata. So. vt verbum sonat, nam specialiter dicuntur, quando est specialis reseruatio, vt si papa dicat, tale beneficium reseruamus dispositioni nostre, &c. generaliter dicitur, quando in genere ali-
50 qua beneficia alicuius regionis vel ciuitatis. † Sed occurrit dubium, quomodo beneficium potest specialiter reseruari contra alium, ne inducat votum captande mortis, contra. c. nulla, & capi. detestanda. & capitu. ne captande de conces. preben. in. vj. So. specialiter reseruãdo potest itelligi dupliciter. ¶ Prima specialis & nominati certi, & nominati beneficij certi hominis. Et ista potest dici specialis, & specialissima, que reprobatur per iura preallec. ¶ Secunda specialis respectu ecclesie, & de prima vacatura & ista quãdoq; admittitur per papam, vel suos delegatos, quibus hoc specialiter concessum fuerit, de que in capitu. presenti de offic. delegati in. vj. & in capitu. executor. §. potest cum simi. de concesi. preben. in. vj. & in. d. capitu. ne captande. ¶ Prosequor.

Cum plenitudine iuris canoni

catus ac omnibus iuribus & pertinentijs suis qui vt asseritur tibi de nobili genere procreatus existis auctoritate conferrimus de illis prouidimus.

51 ¶ † Quid importat ista verba cum plenitudine iuris &c. satis colligitur ex precedentibus quia plenitudo iuris canonicatus est plene habere ius commune canonicorum tam in choro, q; in capitulo, tam in diuinis, q; in actis capitularibus, iuris & pertinentie sunt prebende q̃ hanc describũt, distribuit, & obuẽtionem & huiusmodi similium, que debentur canonicis que tamen debẽtur cum qualitatibus suis, vt si intersit diuinis officijs, habeant distributiones quotidianas, non aliter fructus grossos prebendarum, secundum animosas cõsuetudines ecclesie, de quo in. c. j. de cleri. non resi. in. vj. facit q habetur in. c. relatum extra de
52 cleri. non residen. † de nobili genere &c. ideo non facit mentionem, quia nobilibus de melioribus, ac pinguioribus beneficijs prouidetur, q; alijs, vt in. c. de multa in fi. & c. pe. de preben. in. vj. ¶ Ideo dicitur apostolica auctoritate confirmamus, & prouidemus, quia talibus plus fauemus. & c. si beneficia. c. si apostolice cum simi. de preben. in. vj. ¶ Nunquid autem executor datus ad exequẽdum debeat ante excutionem de premissis cognoscere habetur per Inn. in. d. c. fi. de psumptio. ¶ Prosequor.

Decernentes prout est irrituz &

inane si secus sup his a quoq; quauis auctoritate sciẽter, & ignoranter attentatum forsam est hactenus vel in posterum contingerit attentari, &c.

¶ Ex his nobis gratia fit potẽtior, qz in his literis & rescriptis apponitur decretum irritans. Cuius gratia aduertendum est. ¶ Primo q habemus plura decreta que hoc nomine nuncu-
53 pantur, tamen sunt diuersa & diuersi effectus, † Nam decretum est illud q decernitur per principem & alios potestatem habentes iuris conden. Et dicitur a decerno decernis idest a statuo statuis, vt insti. de iure naturali in. §. & q principi & in. l. fi. C. de legi. & habetur in. l. & q principi. ff. de legi. & habetur in. §. porro iij. distin. Et ab isto vocantur & denominantur decretales & capitula de quibus in prohemio decretalium & decretorum, & de isto
54 nihil hic. ¶ † Et habemus decretum ciuitatis & alicuius ordinis, q decuriones statuũt. Et huiusmodi dicũtur eoruz statuta. Et dicuntur etiam a decerno decernis, & de his habetur in ca. cum omnes de consti. & in. l. j. & ij. C. de decre. decurio. lib. x. & i.
55 l. j. & per totum. ff. de decre. ab ordi. fa. † Sũt &, decreta iudicuz que interponũtur cũ magna cause cognitione per iudices in alienationibus eorum ciuitatis ecclesie vel minorum, de quibus in. l. j. & per totum. C. de predi. mino. & per titulum. C. de predi. cu-
56 ria. siue de non alie. libro. x. ¶ † Habemus decretum irritans q apponitur in beneficialibus, & gratijs apostolicis, vt hic, & in capi. si capitulo, & in capi. si soli cum simi. de conces. preben. in. vj. & habetur in capi. cum dilectus de iure patro. & in capi. j. de rebus eccle. non alie. in. vj. & in clemen. ij. eo. titu. & C. de predi.
57 minorum, & C. quando decreto opus non est libro. x. † Et not. magnos effectus huius decreti, quia impedit omnes inferiores aliquid attentare in preiudicium gratie apostolice, nam si quid attentatum fuit decernitur, irritum, & inane ipso iure, vt in iuribus preallega. namq; afficit tale decretum beneficium, sicut si fuisset iam receptus in canonicum, vel mandatum fuisset, vt in capitu. si postquam de preben. in sexto, & voluit glo. in ca. primo in versicu. irritum de concessio. preben. in sexto. Aduertenda sunt verba rescripti & eius forma quia si sub conditione facta fuerit concessio, vel sub modo, puta prebendam quam duxerit acceptandam &c. non ante operatur decretum quam acceptauerit, vt glo. voluit in capitu. j. in versicu. acceptaret, que incipit q quando scribitur, &c. de concessio. prebend. in sexto & habetur in. §. ex parte vero vbi not. Gemi. q si decretum inter-
58 ponitur super re iurata non imprimit vires suas. † Alius magnus effectus quia afficit ignorantes q procedit ex eo quia beneficiũ iam affectum est, & trãsit cũ qualitatibus suis, vt in. d. c. si postq;

si postq̄ ꝛ in.c.j.ꝛ in.d.capit.si soli.licet alia decreta ꝛ statuta non ligent ignorantes de quo in capitu.ij.de constitu. Et ex his patet ꝙ expressio eorum verborum, si secus super his ꝛc.nihil aut modicū operanť interueniente decreto. ¶ Sed oppo.ꝛ vř ꝙ in casu nostro decretum nō irritet, nec vtile sit, q꞉ sine eo erat irritum Et istud sentit tex. prout dic.ꝛ istud est irritum ꝛc. facit ꝙ habeť in.c.j.de rerū permu.in.vj.ꝛ in clemē.j.eo.ti. vbi talia beneficia alijs q̄ꝫ permutantibus conferre non possunt. So. sunt q fatentur cōtrarium dicentium in hoc casu decretū non necessarium, sed ad bene esse. Et abundans cautella non nocet.l. testamētū non ideo.C.de testa. ¶ Ego contrarium vcꝫ, ꝙ iterū isto casu operabitur decretū, vt his casibus, quibus dixi in permutatione repelli posse, propter decretum repelli non poterit vt operatur decretum si alia attentetur certa. circa huiusmodi beneficia vel accessoria, etiam citra collationem, ꝛ titulum eorum. ¶ Prosequor in rescripto.

Non obstantibus statutis con-

suetudinibus dicte ecclesie iuramento confirmatis, apostolica, vel quacūqꝫ firmitate alia roboratis contrarijs quibuscunqꝫ.

59 ¶ † Hec est clausula derogatoria que communiter solet apponi in rescriptis ad beneficia, ꝛ videť necessaria pratica que habetur in.c.j.de consti.in.vj. nam si in ista ecclesia fuisset statutum, vel consuetudo specialis, ꝙ permutationes beneficiorum fieri non possent, ꝙ non obstante permutatione permutata beneficia alijs conferantur, vel quia similis non fuisset apposita, ista clausula, non habuissent huiusmodi litere effectum, quia nō fuisset verisimile principem derogare specialibus statutis ꝛ cōsuetudinibus ecclesie.c.cum.M. ferrariēsis de consti.ꝛ clem.
60 j.eo.titu.† Sed hic occurrit dubium, vtrum hec clausula, tollat vitium subreptionis in istis impetrantibus, nam ambo erant de hac ecclesia, ꝛ verisimiliter sciebant statuta ecclesie sue, vt in iuribus preallegatis, ergo non fecerunt mentionem, nec de statutis nec de consuetudinibus, rescriptum tamq̄ꝫ subrepticium valere non debebit.c.cum venissent extra de eo qui mit.in pos. ꝛc.ꝛ in.c.cum accesissent de cōsti. nec ista clausula, refertur ad
61 dolum seu malitiam. Et istud sine firmitate videtur verū. † Q꞉ in beneficialibus etiam modica subreptio viciat.c.si motu proprio de preben.in.vj. Et hac ratione forte fit mentio in hac clausula de iuramento, ꝛ cōfirmatione apostolica, ꝛ de quacūqꝫ alia firmitate, que referuntur ad similia specificata, per ea, que habentur in.c.qui ad agendum de procur.in.vj. Et que possit esse ista alia firmitas forte erit prescriptio vel alia res iudicata sup statuto vel consuetudine. ¶ Prosequor ꝛc.

Aut si aliqui apostolica vel qua

uis auctoritate in dictis ecclesijs in canonicos sint recepti, siue vt recipiantur.

62 ¶ † Hec clausula apponitur etiam cōmuniter in rescriptis ad beneficia, ex eo quia non est verisimile principem velle grauare vnam ecclesiam, vel vnum prelatum multiplici acceptatione, vt in.c.capitulum, ꝛ in.c.mandatum.ꝛ in.c. abbatem de rescrip.
63 ꝛ in.c.tibi qui de rescrip.in.vj.† Immo si taceant in literis ad beneficia aliquem in dicta ecclesia de mandato pape fuisse receptum, litere redduntur subrepticie ꝛ nulle vt in.d.iuribus ꝛ noluit Specu. in titu.de rescrip. presenta.in.§.ratione forme ꝛ in.§.sed ratione quoqꝫ defectus versicu. item ꝙ alius ꝛc.tamen in hoc casu nostro non puto multum necessarium hanc clausulam apponi, quia per hanc permutationem inuicem factam non videtur multum grauari ecclesia, ꝛ licet sint due receptiōes i ista ecclesia, ꝙ Ambaldus recipiatur ad dignitatē decanatus, ꝛ petrus ad decanatum ꝛ prebendam, tamen per resignationē vtriusqꝫ valeant, nec alteri per quēcūqꝫ conferri possunt, vt in.d.c. j.ꝛ in.d.cle.j.de rerum pmu.vt dixi in precedenti cum alij insistant vt reciperentur vel apud ordinarium vel apud executorē apostolicum in his beneficijs permutatis, vana esset eorum licē
64 tia, ac instantia, per iura preallegata.† Dubitaui tamē si gratia apostolica illorum instantium non faciat mētionem de huiusmodi receptione, ex causa permutationis facta reddatur subrepticia, precedentia faciunt ꝙ non. ¶ In contrarium facit, quia negari nō potest per hanc receptionem preiudicari ordinario collatori in duobus quia non potest valere nec videre confirmari seu conferri cui vult per predicta iura. ¶ Secunda quia sedes apostolica apposuit manum ꝛ sue ordinarie collationi derogauit ꝛ in beneficialibus etiam minima subreptio viciat vt in.d.c. si motu proprio de preben. Cogita. ¶ Prosequor in rescripto.

Seu si super prouisionibus sibi

faciendis de canonicatibus ꝛ prebendis ecclesie speciales, vel alijs beneficijs ecclesiasticis, in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum literas impetrent.

¶ Hec omnia de stillo curie in beneficialibus consueuit apponi, ꝛ sic parum operatur contra receptos, ꝛ instantes, vt recipiātur, hec operatur contra promissiones factas siue specialiter siue generaliter per literas apostolicas vt legatorum eum spectaturas per quas quis nundum receptus, nec instat, vt recipiatur
65 sed speratur, ꝙ vellit recipi, vel instat vt recipiatur. † Sed quero, que dicantur speciales, ꝛ que generales prouisiones. So. ex mēte tex. ille dicūtur speciales, que specifice de canonicatibus, ꝛ prebendis ipsius ecclesie specifice faciunt mentionem, non tamen in indiuiduo certe prebende, certi hominis, ꝛ canonici, for-
66 te quia illa prouisio non valeret.c.ij.de conces. prebē. ¶ † Generales dicuntur que in genere super alijs beneficijs aliarū partium conceduntur, ꝛ forte tunc illis generalibus, etiam si non esset ista clausula per has speciales derogaretur, per regulam generi de regulis iuris in.vj.ꝛ habetur in.c.j.de rescrip.ꝛ.c.dudum versic. nos quandoqꝫ de preben.in.vj. Opponi. ꝙ frustra
67 fecerit mentionē de ꝓuisionibus legatorum † q꞉ regulariter nō possunt tales prouisiones facere legati.c.j.ꝛ.ij.de offi. legati in vj. So. est intelligenda ista gratia, quādo legati habent aliquā potestatem, vt aliquando habent, vt in.d.iuribus.ꝛ in.c.presenti ꝛ in.c.deliberatione eo.titu.lib.vj. maiorem tamen auctoritatem habet prouisio apostolica q̄ꝫ legati vt in.c.hij qui de preb;
68 in.vj.licet auctoritate apostolica fuerit cōfirmata. † Quid si papa motu proprio ad nullius impetrationem concessit per hanc clausulā tali gratie, videť derogare, ꝙ in casu nostro motus proprius operetur vt videtur clarum per.d.c.j.ꝛ.d.clemē.j.de rerum permu. Sed in alijs casibus plus dubij est, quia ista clausula restringitur ad casum suum, nec est nostrum extendere.c.cuꝫ
69 causam cū ibi not.extra de rescri. † Sed in gratijs motu ꝓprio concessis tamq̄ꝫ fauorabilibus latissima interpretatio est facienda.d.ca.si motu proprio ꝛ capitu.si pluribus de preben.in.vj. ¶ Prosequor in rescripto.

Etiaꝫ si per eas ad inhibitionē

reseruatum, ꝛ decretum vel alias quomodolibet sit processum.

70 ¶ † Huiusmodi verba videntur necessaria, quia in huiusmodi literis non tātum de primis in genere oportet facere mentionē, immo de qualibet clausula in primis apposita, ꝛ omni serie ꝛ tenore.c.ex literis extra de dolo ꝛ contu.ꝛ.c.bone de confir. vtili vel inutili, facit ꝙ habetur in.c.ceterum in fi. de rescrip. Et sentit specu.in titu.de rescrip. presenta. in.§.ratione quoqꝫ de forma circa prin. Et not. ꝙ hic sunt.iiij.tria in genere, ꝛ vnū in specie. ¶ Primum inhibitio que ꝛ per concedentem in literis, ꝛ per execu. quādoqꝫ fit ista reseruatio, que etiam fiunt ꝛ fieri possunt vt.s.ꝛ est casus in.c.si de beneficio de prebē.in.vj. ¶ Secundum est decretum, de quo satis in precedētibus dictum est, ꝛ secundum hoc est hic pratica ꝛ cautella, ad hoc vt secunde litere derogent primis, immo prime valerent vt in ca. dudum de preben.in.vj. requiritur ꝙ clausula generalis subiecta referať ad similia specificata per ea que habentur in cap. qui ad agendum de procura.in.vj.

Quibus omnibus te in domini

corum canonicatus prebende assecutū volumus anteferri.

71 ¶ † Hec clausula licet in alijs sit multum vtilis q꞉ per habentes talem prouisionem cuꝫ clausula anteferri, omnibus alijs preferuntur, tamē in casu nostro nihil aut modicum operatur vt in precedentibus visum est, ꝛ isti permutantes de iure etiam sine huiusmodi clausula ceteris preferuntur, vt in.d.c.j.de rerū permu.in.vj. ꝛ in.d.cle.j.eo.ti.de rerum permu. ¶ Prosequor.

Sed nullum per hoc eis quo ad

executionem canonicatuum, ꝛ prebendarum, aut beneficiorum aliorum preiudicium fiat.

¶ Hec clausula ponitur ad cautellam, ne preiudicetur alijs impetrantibus in assecutione aliorum beneficiorum, nam in istis ꝑmutationibus licet de iure, ꝛ de generali prouisione preiudiciū generetur vt in precedentibus visum est, tamē in alijs nō debet
72 preiudicium generari. † Sed contra, ꝛ immo vř istas scdas literas reuocare primas, cū saltē in gñe de primis faciant mentionē capi. ceterum de rescrip. facit ꝙ hř in.c.in nostra eo.titu. So.

aut non sit mentio de primis, et tunc secunde tanq̃ subreptitie nõ valent, vt i. d. c. q̃uis eo. ti. in. vj. et d. c. ceterum et c. ij. de offi. deleg. aut in secũdis sit mẽtio de primis, et scde reuocãt primas, vt in. d. c. ceterum, aut sup diuersis beneficijs, aut p diuersos, et in diuersa ecclesia est facta ĩpetratio, et tũc secũdũ rescriptũ valet ẽt si in secũdo nõ fiat mentio de primo, q2 in separatis nõ recta fit illatio vt. l. papinianus exuli. ff. de minor. Aut in eadẽ ecclesia, Et tũc dicẽdũ vt in. d. c. capitu. et c. mãdato de rescr. et c. ti bi q eo. titu. lib. vj. et. j. casu ecclesia ista operat. Aut per eũdẽ in diuersis ecclesijs est facta impetratio et h3 locũ. d. c. in nr̃a de rescri. et hr̃ in. c. cũ adeo et in. c. si proponã eod. titu. lib. vj. Aut per eundẽ in eadẽ causa plures literas ad diuersos iudices sunt impetrate, et tũc dicẽdũ vt in. c. ex tenore de rescriptis. ¶ Prosequor in rescripto et c. ¶ Grassus.

Aut si venerabili fratri nostro

epo et dilectis filijs capitulo taurinensi, vel quibuscunq3 alijs cõmuniter vel diuisim a dicta sede sit indultũ quod ad receptionẽ vel puisionẽ alicuius minime teneat, et ad id cõpelli nõ possint.

73 ¶ † Hec clausula hoc casu nõ vr̃ multũ necessaria, q2 nõ obstãte indulto predicto, q̃ habeat in ecclesia predicta, cõpelluntur eps et capi. tales pmutationes adinuicẽ admittere ad pmutata bñficia, nec possunt repellere, nec ẽt c̃dicere per. d. c. j. de rerũ permu. in. vj. et. d. cle. j. eod. titu. etiã si huiusmodi clausula non fuerit apposita. Et not. q̃ dr̃ venerabili fratri et dilectis filijs p ea que habent i. c. q̃ graui d cri. fal. Sed c̃, nã videtur esse mala grãmatica dũ dicit dilectis filijs capit. preponẽdo plurale, et subijciẽdo singulare c̃tra. c. ad audientiã lo. j. de rescr. Sed c̃, q2 in capi. sunt regulariter plures. c. j. extra de ellec. ideo dr̃ in plurali. Quero quare dicat qbuscũq3 alijs So, vt cõprehẽdat habẽtes potestatẽ, qui q̃nq3 nõ sunt in capi. c. sed primũ de elle. cũ si. † Quero. ij. quare dicat cõmuniter vel diuisim. Respon-

74 deo q2 fm diuersas cõsuetudines ecclesiar, quandoq3 diuisim, ad prelatũ pertinet tñ collatio prebẽdarũ quãdoq3 ad capitu. et ad platũ, vt in. c. quãto extra de his que fiunt a prela. sine cõsen. capituli. c. cũ ecclesia vulterana de elle. et sentiunt verba huius clausule tale indultũ ab iferiore cõcedi nõ posse ecclesijs, ibi dũ dicit, si a dicta ecclesia sit indultũ et c. Ex quo dubitaui si statuto vel c̃suetudine alicuius ecclesie possit statui et induci q̃ ad alicuius receptionẽ nõ teneat et c. et videt q̃ nõ, quia sic esset imponere legẽ superiori, q̃ de iure fieri nõ potest. c. innotuit de ellec. et c. cũ inferior de maio. et obe. vr̃ q̃ nõ, nisi certas personas recipere teneantur, tñ sustinetur statutũ sicut et consuetudo per ea que habent in. c. fi. de prebẽdis. ¶ Prosequor in rescripto.

Quibuscunq3 canonicatibus et

p̃bẽdis ipsius ecclesie vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorũ collationẽ prouisionẽ presentationẽ seu q̃uis aliã dispositionem coniunctim vel separatim spectãtibus nulli valeat prouideri p literas apostolicas nõ faciẽtes plenã et expressam ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem.

¶ Huiusmodi clausula videt necessaria, q2 si tale indultũ fuisset in huiusmodi ecclesia forte nõ valuisset huiusmodi facta collatio oium permutationũ, nec fuissent cõpulsi eps et capitulum tales

75 admittere pp subreptionem, † q2 nõ est verisimile principem singularibus statutis et indultis ecclesie velle derogare nisi de ipsis fiat mẽtio. c. j. et. ij. de cõsti. in. vj. c. cũ omnes. c. cũ. M. ferrariensis de cõsti. et c. cũ cessante eo. titu. et si ex causa pmutationis vacarent beneficia et cõferri deberent, et maxime q2 ista erãt de ecclesia, et huiusmodi statutũ et indulta nõ potuerit ignorari, et p cõsequens subreptio poterat dici dolosa q habet omni modo gratiã ãnullare. c. sup literis. c. cũ adeo. c. ad audiẽtiã de rescrip. Et sic erat hic casus in quo beneficia pmutata pmutãtib[9] nõ cõferunt, sed alijs, et sic ipsi pmutantes remanerent exclusi a beneficijs. Et nota generalitatẽ in beneficijs, et prouisionem siue dispositionẽ post specialitatẽ, q2 alias nõ esset nostrũ extendere,

76 † Quero nũquid per hanc clausulã satisfiat indulto siue statuto videt q̃ nõ, q2 istud nõ est facere mẽtionẽ de verbo ad verbum. Et forma tradita diligenter est seruãda. c. cũ dilecta extra de rescrip. et c. fi. de resti. spo. c̃riũ est verius q2 presupposita intẽtione romani põtificis volẽtis talibus derogare cũ sit supra ius. c. proposuit de cõcessio. prebẽ. et oia possit. c. cũcta p mundũ. c. p principalẽ. viiij. q. iij. sufficit q̃ volũtas sua deprehendat que, satis deprehendit ex premissis facit q̃ hr̃ in ca. ceterum de rescrip. Et voluerunt legiste maxime Bart. in. l. si quis in prin. testa. ff. de lega. iij. in simili in reuocatione testamentorũ. ¶ Prosequor in rescripto.

Et qualibet alia dicte sedis in-

dulgentia generali vel speciali cuiuscunq3 tenoris existat, p quã presentibus nõ expressam vel totaliter nõ insertã effectus huiusmodi gratie ĩpediri valeat, quomodolibet vel differri, de qua, eiusq3 toto tenore habẽda sit in nostris literis mẽtio specialis.

77 ¶ † Hec clausula est multũ vtilis iudicio meo et rescriptis et collationibus bñficior appossi. pp varias et diuersas indulgentias quas habẽt nõnũq̃ diuerse ecclesie p quas impediũt, et nõnũq̃ differunt gratie apostolice, nã licet alias de iure nõ valeant rescripta, si nõ fiat mẽtio de omni indulgẽtia, siue gñali siue speciali, aut priuilegijs et oibus clausulis in eis existẽtibus vt in. c. cum ordinẽ et c. ceterum in fi. de rescri. cũ si. Tamẽ si hec clausula, ita ampla apposita fuerit in secũdis literis faciat literas valere, et derogare illis indulgẽtijs. Que aũt sit generalis et que specialis habet in. c. j. et in. c. cũ ordinẽ de rescrip. Sed c̃, si sit habenda mẽtio specialis ex dispositione indulgẽtie cõcesse ecclesie, quomodo sufficeret hec clausula, que potius est generalis q̃ specialis certe nullo modo, vt in. d. c. ceterum in fi. et c. cũ adeo et c. ad audientiã el. ij. et c. si proponenda de rescrip. facit q̃ hr̃ in. c. q̃uis de rescri. in. vj. vt colligit in precedentibus et ex his q̃ dixi in precedẽ clausula, et habet in. c. j. in fi. de rescrip. in. vj. vc3. q̃ si nõ possit dici mentio specialis tñ potest dici mẽtio expressa et in tẽtio principis sic volẽtis talibus indulgẽtijs derogare, q̃ sufficiat p iura preal. facit q̃ hr̃ in. l. cum pater. §. filijs. ff. de lega. ij.

78 † vbi enixa volũtas testatoris extẽdit ad omnẽ speciẽ successionis, sic et enixa volũtas principis extendit eius vires ad dispositionem ad omnes clausulas et c. † Oppone. q̃ istud rescriptum

79 sit vitiosum pp defectũ duplicitatis verbor et superfluitatis q2 in eo est bis repetitũ verbũ impediri. Sicut videmus in vitio in cõstitutione capituli ad audiẽtiã lo. j. de rescrip. So. puto dicẽdũ ob hanc duplicationẽ et repetitionẽ huius verbi impediri nõ viciari rescriptũ, q2 est modicũ viciũ sicut in. c. ex parte de fide instrumentorum et c.

Seu si presens nõ fueris ad pre-

standum de obseruãdis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ratione dictorũ canonicatus et prebende solitum iuramentũ, dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum, et cũ ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter istud prestes, et c.

80 ¶ † Hec clausula videt necessaria propter plura statuta et plurimas cõsuetudines diuersarum prouintiarum et ecclesiarum, in quibus apponuntur omnes recipiendos in canonicos debere iurare personaliter per se ipsos seruare statuta et consuetudines vc3, vt in. d. c. cum omnes et in. c. cum. M. ferrariensis de consti. Sed cõtra et immo vr̃ nõ necessaria propter generalem clausulam positam in precedenti, in qua dicitur nõ obstante statuto, et consuetudine in contrarium dictis et c. Soln. illa clausula recipit exceptionem, et non obstante statuto, et consuetudine in contrarium recipiãtur tales in canonicos auctoritate gratie apostolice verum recepti restringuntur alijs statutis ecclesie quibus nõ est verisimile papam voluisse derogare cũ tales ecclesie restringãtur ad limites suos. c. cũ cãm de rescrip. c. cũ dilecta co. titu. oportet q̃ tales recepti iurent talia statuta, et tales consuetudines, puta, de seruiendo ecclesie et seruitio illius prebẽde, q̃ adeptus fuerit, et alia onera subeũdo. Nã licet auctoritate apostolica receptus gratiam habere dicatur, vt in pcedentibus vi-

81 sum est, tamen nõ soluitur a statuto nec oneribus ecclesie. † S3 cõtra, de nihilo prouidet hec gratia, seu clausula, quia per procuratorem idoneum sufficit prestare iuramẽtum, vt not. in. c. fi. de iura. cal. in. vj. So. immo si statutũ disponeret personaliter iurari per presentem si non erit hec clausula admittetur procurator qui admittetur virtute huius clausule, in absentia domini.

82 † Sed quero quis dicatur idoneus procurator. So. hñs speciale mandatum ad iurandum statuta ecclesie nec puto necessarium specificare statuta, per ea que habẽtur in. l. illud in. §. si ta-

83 lis. ff. de mino. et in. l. j. c. etiam si per procur. et c. † Et per hoc infertur ad statuta dicentia et disponentia respondendo personaliter positionibus vt non admittantur procuratores etiam cum

84 speciali mandato de quo in. c. fin. de compe. in. vj. † Quero pro declaratione, procurator idoneus iurauit ex mandato domini seruare statuta, nũquid dominus absens superueniens ad ecclesiam excusetur a nouo iuramento, videtur q̃ sic, quia procuratore iurante videtur dominus iurare, cum iurat in negotijs dñi vt in. d. c. fi. nec est sepius iurandum. c. et si Christus de iure iurã.

So. puto

So. puto contrarium qꝛ hec clausula hoc videtur expresse, vt
superueniēs dominus personaliter illud prestet ⁊ corporaliter
nec iurabit sed excusabit eum iuramentum prius prestitum per
procura. sicut in ciuili dicimus per. c. j. in fi. de iura. cal. in. vj.
lꝫ illud diuersum sit iuramentum qꝛ est iur̄m de malicia. Que-
ro cuius effectus sit primum iuramentū prestitum per procura
torem ex quo superueniens dn̄s dꝫ iterum iurare, qꝛ forte statu
to vel consuetudine ecclesie cauebat̄ ꝙ non haberet redditus
prebende, nisi iurasset. ad hoc proderit iur̄m procuratoris spe-
ciale dn̄i, forte qꝛ plus timebit̄. puto si non fuissent ista verba, ⁊
cum ad ecclesiam ipsam ⁊c. nō fuisset necessarium dn̄m veniē-
85 tem iurare per iura prealleg. † Quero qd iuris importat istud
verbuꝫ corporaliter. So. vt corporaliter tactis scripturis iure-
tur, vt cōiter iurari dꝫ preterq̄ꝫ per epōs, q iurāt prepositis scri
pturis sed non tactis. c. fi. de iura. cal. in. vj. ⁊ hr̄ in. c. vt circa.
de elec. in. vj. ¶ Prosequoꝛ ⁊c.

Aut vt asseris super de bays.

xxv. ⁊ super sancta in aur. angarijs sedinensis diocesis parro-
chialium ecclesiaruꝫ fructibus, puentibus, ⁊ redditibus. xviij.
librarum taurinensium similiter pensiones tibi dudum quo ad
vixeris canonice assignatas percipis annuatim ⁊c.
86 ¶ † Hec clausula est necessaria, quia in impetratione benefi
ciorum, non de quolibet beneficio habito, q̄ꝫtumcunqꝫ minimo
est mentio facienda. c. cum adeo. c. si per procuratorem. de re-
scrip. c. si motu proprio. c. q̄ꝫuis. de preben. in. vj. imo ēt de pe
nis. c. ad audientiam. el. ij. de rescrip. Sed q̄. si tꝫ istum deca-
natum qui est minor dignitas, possidebit iste Petrus, istas pē
siones, ⁊ dispensationes, ac impetrationes decanatus canoni-
catus, ⁊ prebende, que sunt maiora beneficia? So. vt colligit̄ in
c. ij. de fil. presby. in. vj. hmōi impetrationes ⁊ dispensationes
sunt odiose, vt in. c. q̄ꝫuis. de prebē. in. vj. Et lꝫ in vna impetra
tione vnius beneficij fuerit facta mentio, non sufficit si alia fiat
impetratio, nisi denuo fiat mentio vt ibi est casus singularis in
iure, facit ꝙ voluit Panoꝛ. in. c. fi. de fil. presby. ⁊ Jo. andr. in
regu. in penis. de regu. iur. in. vj. ⁊c.

Nostre tm̄ intentionis existit qd̄

ex collatione nr̄a hmōi nullum tibi ius in canonicatu, ⁊ preben
da predictis qūolibet acquirat̄, nisi dictus Anibaldus in illis
actu in decanatu prefato ius habueritis tempore resignatio-
nis eorundem.
¶ Hec clausula ⁊ reseruatio non vr̄ necessaria, qꝛ de materia
ꝯtractus permutationis est vt qlibet permutantiū habeat ius
87 in re quā permutare voluerit, † hoc est ꝙ permutare nō potest
nisi qui dn̄s est, vel loco dn̄i. c. cū venerabilis de excep. ⁊ dans
rem alienam, vel in qua ius non habeat permutat. l. j. in fi. ff. de
rer. permu. sed cōpetit actio ꝯtra eum, vt rem, quam habuit ex
permutatione restituat, vt in. l. j. §. j. C. de re. permu. in ver. plu-
res, in fi. ⁊ voluit Hosti. in summa. co. ti. in. §. quid pōt permu-
88 tari ver. res aūt aliena ⁊c. † Est tm̄ optima cautella ⁊ forte ne-
cessaria iudicio meo in permutationibus beneficioꝝ que nō ex
partium ꝯuentione sortiunt̄ effectum sed superioꝝ puisione, vt
in precedenti visum est, ⁊ facit. c. quesitum. de re. permu. ⁊. c. j.
co. ti. lib. vj. vnde prouisio superioris forte tribueret ius permu
tanti resignatione facta per aduersariuꝫ ius hn̄tem lꝫ in alio be
neficio permutato, ⁊ resignato ius non habuerit, cum ex cano-
nica instōne superioris ius querat̄. c. ex frequentibus. de instit.
⁊ in reg. de reg. iu. in. vj. Et ob h̄ hec clausula forte fuit apposi
ta. sentit tamē Hosti. in summa. co. ti. §. quid potest. in fi. opor
tere euinci ius illud anteq̄ꝫ cōpetat actio, nisi forte imineret eui
ctio in limine ꝯtractus. l. si post perfectam. C. de euic. ⁊ non cō
siderari ius tempore resignationis, qꝛ ꝙ non est resignari non
potest. l. decem. ff. de ver. ob. ¶ Prosequor in rescripto.

Nulli ergo hominum omnino

liceat hanc paginam nostre collationis, prouisionis, constitu-
tionis, ⁊ voluntatis infringere, vel eius ausu temerario contra
uenire, seu contra ire.
89 ¶ † Hec clausula cōmuniter apponitur in huiusmodi conces-
sionibus, ⁊ prouisionibus apostolicis ad earum obseruantiam,
ne aliquis contrauenire presumat, ⁊ peccat mortaliter quilibet
90 contraueniens capitu. ij. de maioritate ⁊ obedientia. † Et du-
bitaui circa eam nunquid in huiusmodi generalitate verboruꝫ
dū dicitur nulli ergo omnino hominum ⁊c. comprehendantur
epi, ⁊ videtur ꝙ non per. c. quia periculosum. de sentē. excom.
in. vj. contrarium puto verius maxime qꝛ ex precedentibus de
prehendit̄ intentio pape volentis etiam epos seruare debere.
91 † Et no. quatuor enumerata que vident̄ equiparari duꝫ dr̄ col
lationis, prouisionis, constitutionis, ⁊ voluntatis, ⁊ vident̄ no-
mina, sinonima, idem significantia, ⁊ no. prohiberi temerariaꝫ
contrauentioneꝫ, dum dicitur ausu temerario, quasi sentiat qd̄
ex iusta causa contrauenire posset ⁊c.

Si quis autem hoc attentare

presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ⁊ beatoꝝ apo
stolorum Petri ⁊ Pauli eius sedis nouerit incursurum.
92 ¶ † Quid importent ista verba colligitur in. c. cum in iure pe-
ritus. de iudi. ⁊ in. c. veniens. extra de prescri. nam indignatio
⁊ ira omnipotentis Dei, ⁊ beatoꝝ apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli
excludit ab omni gratia ecclesie, qꝛ ecclesia approbat ꝙ Deus
⁊ apostoli approbant. sic ⁊. c. quodcunqꝫ. xxiiij. q. j. ⁊ excludit
ab ecclesiasticis spiritualibus ⁊ tēporalibus, sicut maledictio.
93 c. reuertimini. xvj. q. j. † non tm̄ puto ꝙ sit talis contrafaciens
excōicatus, sic nec si maledicatur, vt voluit Bal. in salutatio-
ne decretalium per. l. hijs verbis. §. j. ff. de here. insti. Et est in-
dubitatum in casu nostro in quo vtitur verbo futuri temporis
dum dicit, sedis nouerit incursurum, per ea que habentur in. c.
si diligenti. de fo. comp. ⁊. l. iubemus. §. sane. C. de sa. san. ec. pu
to tm̄ ꝙ possit excōicari ex hmōi indignatione, sicut ex ꝯtuma-
cia, vel ꝯtemptu que requirunt̄ in excōicatione. c. nemo. c. nul
lus. xj. q. iij. de alia indignatione habet̄ in. l. iij. in princ. ff. quod
quisqꝫ iur. Et sit expeditū rescriptum. Grassus ⁊c. ¶ Sequi-
tur data rescripti vt infra.

Data Rome apud sanctū Pe

truꝫ anno incarnationis dn̄ice. M. cccc. lx. x. chal. ianuarij pō
tificatus nostri anno primo ⁊c.
94 ¶ † Hec verba vr̄ necessaria vt sciat̄ tēpus facte ꝯcessionis
⁊ collationis que videtur de substantia, sicut in instrumētis pu
blicis, vt glo. voluit in data. vj. in prin. ⁊ in. c. abbate. de re iu-
di. in. vi. ⁊ ibi glo. ⁊ hr̄ in. c. inter dilectos. de fi. instru. ⁊ voluit
Spec. in ti. de instru. edi. in. §. instrumentum. in ver. cōmemo-
ramus. in princ. Et lꝫ Jo. and. in mercu. dixerit in hmōi literis
romani pōtificis, nec inditionē, nec ānos dn̄ice natiuitatis, siue
incarnationis expresse non apponi, sed tm̄ creationis sue, tm̄ vt
hic videtis apponuntur anni dn̄i incarnationis f̄m stillum mo-
dernū Romane curie, ⁊ inditio. none, idus, ⁊ calende, licet an
tiquitus inditio poneretur, vt in. d. c. inter dilectos. ⁊ ibi glos.
95 que declarat, quid sit inditio, ⁊ in data sesti. † prosequitur vtrū
defectus vel error in inditiōe habeat vitiare instr̄m hr̄ p Bar.
in. j. ꝯsti. C. ⁊ dicite vt ibi. Sic none ⁊ idus antiquitus ponebā
tur, ⁊ bene processerunt, qualiter nonas, ⁊ idus, ⁊ calendas re-
periamus, videte glo. Jo. an. in data. vi. vbi glo. dicit, qd̄ calē-
de dr̄ a calo calis. i. voco vocas, none vero dr̄ a nūdinis que
96 fiebant, idus. i. diuisio vt ibi hr̄. † Opponit̄ ꝙ non ab incarna-
tione, sꝫ a natiuitate sit faciēda cōputatio, vt in. l. q in vtero. in
fi. ff. de sta. ho. ⁊ maxime qꝛ hoc est tp̄s quo nūdū anima īfundit̄
in vtero, nec est anima. l. antiqui. ff. si pars here. pe. ⁊. l. si pater.
ff. de sol. ⁊. c. sicut ex literaꝝ. de homi. So. ꝯriū loquit̄ in alijs
in Christo est speciale q subito salutata virgine, ⁊ in se per eam
formato corpore, ⁊ anima īfusa, creatus fuit miraculo diuine po
97 testatis, que vos ⁊ me ꝯseruare dignet̄, ⁊ augumētare. † alij tm̄
incipiūt a circuncisione per Jo. and. in data. vi. in mercuriali.
adest in rescripto expedita nonas Januarij anno primo die. x.
Januarij vt appareat qn̄ expedita fuit. adsunt ēt alia signa pro
ut litere transeunt per diuersos officiales curie apostolice. Et
sic sit expeditum rescriptū apostolicū ad beneficia cū gratiosa
lectum ⁊ perfectum in ciuitate Taurineñ. per magnificum, ac
famosissimum virum. J. U. D. comitem ac monarchā. d. Jo-
annem grassum ⁊c. ad laudem omnipotentis Dei, ac gloriosis
sime eius genitricis virginis Marie, ac totius curie celestis.

FINIS

Leobini Dallerij vtriusqz iuris professoris, Aureliani, disputatio Canonica. De Mandatis Apostolicis, elegantissima inter primas, & optime frugis plenissima.

SVMMARIVM

1 Prior conuentualis quam etatem habere debeat.
Prior habens animarum curam quam etatem habere deat.
Abbas quam etatem habere debeat.
Episcopus cuius etatis esse debeat, & .j.nu.6.
2 Prelatura regularis citra episcopatum an professionem expressam exigat.
3 Canonicus ecclesie cathedralis cuius etatis esse debeat.
4 Beneficium ecclesiasticum an habere possit qui tonsuram ad huc non accepit, & .j.nu.44.
5 Prior qui curam animarum per alios facit quam etatem habere debeat.
7 Capacitas vel incapacitas alicuius quo ad beneficia quando considerari debeat, & .j.nu.23. & nu.43. nu.62. & nu.96.
8 Beneficij vacationis, vel collationis tempus an considerari debeat.
9 Etas requisita in sacerdote an requiratur tempore date literarum, an quando sacerdotium recipit.
10 Habilitas respectu beneficiorum quando consideretur.
11 Beneficia simplicia quam etatem requirant.
12 Clausula si dignus & idoneus est semper in omni rescripto intelligitur.
13 Ratio sermonis recti semper spectanda est.
14 Clausula ad que referri debeat.
15 Alius cuius nature sit, & .j.nu.21.
16 Sed coniunctio quam vim habeat.
17 Mandatum apostolicum de aliquo beneficio vacaturo concessum de primo beneficio intelligitur.
18 Gratia apostolica alicui facta per negligentiam extinguitur.
19 Clausula rescripti si nundum in etate ad que referatur.
20 Qualitas adiuncta verbo ꝫm tempus verbi intelligi debet.
22 Lex vel statutum si puniat delictũ pena pedis vel alia de qua intelligatur.
24 Mandatum apostolicum simplex ad beneficia an comprehẽdat beneficium cui ordo sacer est annexus, & .j.nu.26.
25 Et an includat beneficium curam animarum hñs annexum.
27 Mandatum pape motu proprio concessum an capacitatem illius pro quo scribit tempore date exigat.
28 Motus proprius pape an subreptionem excludat.
29 Motus proprius pape an persone inhabilitatem proroget.
30 Animarum cura an sit species vel genus beneficij.
31 Genus & species aliter apud legistas, & aliter apud logicos accipitur.
32 Genus & species quid sint apud logicos, & quid apud legistas, & .j.sub numero.35.
33 Prebenda an sit genus vel species beneficij.
34 Prebende appellatione an veniat sacerdotalis, & non sacerdotalis.
35 Prebende appľone an veniat parrochialis vel collegialis.
36 Qualitatum designatio in gratijs pape quam vim habeat.
37 Subreptio an vitiet rescriptum ipso iure.
38 Subreptio vt vitiet an attendatur tempus date.
39 Subreptio an possit partem rescripti vitiare aliam non.
40 Mandatum de prouidendo alicui de beneficio de quo beneficio intelligatur, & .j.nu.seq.
42 Subreptio quando dicatur committi.
45 Mandatum apostolicum de prouidendo alicui de beneficio cum cura vel sine cura quomodo intelligatur.
46 Res alternatiue legate ab initio in obligatione sunt.
47 Genus aliquod si legatum sit sine specierũ dinumeratione qd legatum esse intelligatur.
48 Disiunctiua an eandez vim habeat in gratijs apostolicis, quã habet in contractibus, & vltimis voluntatibus.
49 Res promissa vel legata sub conditione vt possit a legatario, vel stipulatore capi sufficit, vt tempore conditionis in ea cã sit, vt capi possit, licet tempore obligationis non fuerit.
50 Intellectus ad.c.ei cui.de preben.in.vj.
51 Papa literas ad beneficia vacatura dare potest alij non.
52 Tempus futurum inspicere videtur qui verbis futuri temporis vtitur, vel que conditionem respiciant.
53 Intellectus ad.c.si eo tempore.de rescrip.in.vj.
54 Mandatum simplex de prouidendo quomodo interpretetur.
55 Mandatum ad beneficium vacaturum an contineat vacans.
56 Mandatũ ad beneficium vacans an vacaturꝫ comprehẽdat.
57 Mandatum ad beneficium quod tum vacat, an vacaturum comprehendat.
58 Incapacitas persone impetrantis quando mandati effectum impediat.
59 Cap.si clericus.de preben.declaratur.
60 Mandatum apostolicum sub simplici forma impetrans quid impetrare videatur.
61 Rescriptum a principio nullum superueniente idoneitate non validatur.
63 Argumentum a rebus ad personas validum est.
Res, persona, locus, & tempus eiusdem functionis sunt.
64 Mandatum ad beneficium vacaturum an comprehendat qđ creari speratur.
65 Animus non sufficit vbi facto opus est.
66 Mandatum ad beneficium vacaturum an comprehendat id, quod ante datam creatum, sed post datam dotatum est.
67 Mandatum ad beneficium vacaturum an comprehendat id quod ante datam creatum, dotatum, & fundatuz est, sed non ab episcopo confirmatum.
68 Mandatum ad vacaturum beneficium an comprehendat, qđ suppressum est, & nu.seq.
Beneficia quomodo suppressa dicantur.
69 Reintegratum non est aliud sed idem per omnia.
70 Beneficium suppressum & denuo renouatum an idem sit.
71 Mandatum de prouidendo alicui de beneficio vacaturo non differt a mandato de ꝓuidẽdo de beneficio quum vacabit.
72 Correlatiuorum natura vt dispositum in vno in alio dispositũ censeatur.
73 Mandatuz si sit de prouidendo de beneficio spectante ad collationez episcopi an satis sit ꝙ collatio spectet episcopo tẽpore quo vacat, an tempore collationis fiende.
74 Qualitas beneficij a gratia apostolica requisita quando adesse debeat.
75 Collatione ius plenum in beneficio acquiritur.
76 Varietas vbi interuenit tempus vltimum spectandum est.
77 Beneficij postremus status spectandus est.
78 Beneficium seculare impetrans probare debet per.x.proximos annos seculare fuisse.
79 Papa si mandat prouideri de beneficio spectãte ad collationem episcopi, non refert an ius collationis iure proprietatis episcopo spectet, vel non.
80 Ecclesia parrochialis in collegiatam erecta, non parrochialis amplius, sed collegiata censetur.
81 Stipulatio conditionalis an vitietur ab initio ob inhabilitatẽ stipulantis.
82 Stipulatio ex tempore presenti vires accipit.
83 Gratie apostolice stipulationibus, & contractibus equiparari possunt.
84 Clem.fin.de rescrip.hic declaratur.
85 Qualitas sine subiecto esse non potest.
86 Mandatum apostolicum de prouidendo alicui de beneficio an beneficia post datam creata comprehendat.
87 Mandatum de prouidendo alicui de beneficio, quum se facultas obtulerit, an comprehendat beneficium quod post datam creabitur.
88 Expectanti prebendã iure canonicatus iam sibi collati an prebenda postea creata ex fructuum augmento debeatur.
89 Mandatum pape de conferendo prebendam alicui in canonicum iam recepto an comprehendat prebendam post literarum datam creatam.
90 Prebenda quo iure in canonicum recepto debeatur.
91 Mandatum apostolicum ꝫm instirie formaz concessum an beneficium post datam creatum comprehendat.
92 Collatoris qualitas in gratia pontificis requisita quando adesse debeat.
93 Intellectus ad cle.si de beneficio, & .j.nu.95.
94 Verbum est, & erit quod tempus significent.
97 Substantia rei totum ipsius rei esse videtur.
98 Qualitatis defectus an gratiam vitiet.

99 Qualitas



Vetus est atqꝫ in
iurisperitoꝝ dissertationibus per-
quā celebris questio, quum ex man-
dato pontificis maximi iubetur ali
quis beneficium ecclesiasticum cui
piam alij conferre, quando capacē
esse illum ipsum, cuius in gratiam
scribitur, quando eum se, quem de-
cet, ac ius efflagitat prestare opor
teat, tunc ne, quum explicanda pro-
pe iam ex rei nate vsu, ꝛ commoditate, collatio impēdeat, facto
nimirum vacationi loco, an tum potius, quum data, quam vo-
cant, pōtificis literis, ceu perpetua diei nota inurat, an vtroqꝫ
tempore, an neutro, nam de alijs quidem temporibus, nempe,
quum exhibetur ei, ad quem dirigitur rescriptum, vicissimqꝫ
ab eo recipitur, quumue processum orditur suum executor, qui
designatus est, (de quibus abunde multa in cap. dilectus. ij. de
prebendis. extra in antiq. c. j. c. si capitulo. c. si soli. de concess.
preben. libro sexto. c. duobus. c. tibi qui gratiam. de rescript. ꝛ
cap. eum cui canonicatus. de preben. eodem libro,) minime la-
boro, quippe que aliorsum pertineant. Ecce tibi ex multis, atqꝫ
1 adeo multorum instar, luculenta aliquot exempla. † Qui prio-
ratum conuentualem, hoc est, collegio prefectum, qui non con-
uentualem, sed einscemodi tamen, vt implicitam sibi connexā-
que animarum curam, ab ipsomet duntaxat priore, non itē ab
alijs, obeundam sustineat, qui abbatiam (virilem intelligo, non
etiam muliebrem, ne quis forsan obijciat. c. indemnitatibus. de
electio. libro sexto. c. iuuenculas. xx. questio. prima.) qui digni
tatem episcopatu inferiorem, qui decanatum, qui prebendam
sacerdotalem, qui archidiaconatum, qui popularis cuiuspiam
parecie gubernaculum (qui pastoratus est christiani gregis) ex
pectat, spe sibi ab apostolica sede impetrata, quando vigesimū
quintum etatis annū iniuisse debeat ꝛ non dico exegisse, iuxta
clemen. ne in agro. §. ceterum. primo respon. ibi, nisi. xxv. annū
attigerit, ꝛ quod ibidem scribunt glo. super verbo ꝛ si. Guiliel.
a monte lau. Zenzelinus, Lapus, Stephanus, Paulus a lea-
za. ꝛ Joan. ab imo. viij. colum. de statu monachorum. c. cum in
cunctis. §. inferiore. ibi, nisi qui iam. xxv. annum etatis attige-
rit, vbi per Innocentium, Joannem andream, Compost. Ho-
stien. ꝛ Abba. panormi. de electio. in antiq. clemen. generalē,
circa finem. ibi. in vigesimoquinto etatis sue anno, cum glo. vj.
de etate ꝛ qualitate, glo. in fronte. c. indemnitatibus. super ver
bo trigesimum, in fi. quam inibi sequuntur Joan. monac. Ar-
chidia. Joan. and. Pet. de anchar. ꝛ item Philip. franc. de
electio. libro sexto. Abb. panormi. diffuse in. c. preterea. colū.
j. et. ij. de etate ꝛ qualitate, fusius. in. c. super inordinata. ij. col.
de prebend. extra in antiq. Archid. Joan. and. Domini. a san
cto Gemi. Pet. ancha. ꝛ Philip. franc. in. c. vnico. de etate
ꝛ qualitate, libro sexto. Hec si non implent aures tuas, accipi-
to aliud, cui spem vtcunqꝫ iniecit mandatum apostolicum, po-
tiunde cuiuspiam regularis prelature citra episcopatum, qua
2 voce illa cunqꝫ nuncupetur, † abbatie, prioratus, magisterij, pre
sidatus, custodie, ministerij, rectoratus, archipresbyteratus, pre-
positure, cenobiarchatus, atqꝫ adeo etiam temporarie admini
strationis, aut precarie, quando dedisse illum nomen in mona-
chicam sodalitatem, nec dedisse tantum nomen, sed ꝛ expressiē
quoqꝫ professum esse oporteat. c. nullus. ꝛ. c. indemnitatibus.
in fi. princi. de electio. libro sexto, clemen. ne in agro. §. sane. de
statu monachorum. c. cum causam. ꝛ. c. cum in magistrum, cuē
ibi notatis extra de elect. in antiq. quod si neqꝫ hoc ipsum tum
3 auiditatem explet, en aliud tibi, † quum quis ex mandato pape
cathedralis ecclesie canonicatum, ꝛ prebendam operitur, quā
do septennis, aut certe septenni maiusculus esse debeat, modo
non displiceat opinio glo. Jo. and. super verbo etatem, Domi.
ꝛ Philip. franc. colum. penulti. in. c. si eo tempore. de rescri.
libro sexto. glo. super verbo canonicis, ꝛ ver. dignitate, in fron
te. c. statutum, vbi Pet. ancha. ij. colum. ꝛ quest. eodem titu.
ꝛ lib. glo. Flo. ꝛ Joan. ab imo. in capi. super inordinata. de pre
bend. extra in antiq. glo. iij. ꝛ item Philipp. franc. in. c. ex eo
quod, per illum textum ibi in pupillari constituto etate de ele-
ctio. libro sexto, Do. a ro. antiq. decisio. de etate ꝛ qualit. pri-
ma, cuius hoc initium, nota quod minor quatuordecim annis, aut
pueritiā (cuius meta est annus etatis quartusdecimus. c. pue
ri. xxij. questione quinta, glo. in proemio lib. decreta. vj. super
verbo perfectus) excessisse, si plus tibi arrideat sententia Ho-
stien. Anto. but. Abb. panormi. ꝛ Pet. anchara. in dicto ca-
pitulo super inordinata. per illum textum in verbo pueri. sub
titu. de prebend. ꝛ dignita. Hostien. ꝛ Abb. panormi. in capi.
preterea, secunda columna, de etate ꝛ qualitate, extra in anti.
Archidia. in dicto capit. si eo tempore. de rescrip. libro sexto.
Joan. ab imo. post Guiliel. a monte laud. in clementina gene-
ralem, vltima colum. de etate ꝛ qualitate. Fely. sand. in capit.
cum vigesimum. ad finem, extra de offic. ꝛ potest. iudic. deleg.
vtcunqꝫ. posteriorem hanc magisquā priorem illam opinionem
fulcire videtur apostolice cancellarie Innocentij pōtifi. maxi.
eiusce nominis Octaui. regu. xvij. quippe que procul eos ar-
cet a prebendis, ꝛ canonicatibus cathedralium ecclesiarum, q
nundum etatis annum quartumdecimum compleuerint, Do-
mi. a rota. nouarum decis. de etate ꝛ qualitate, idest cuius hoc
principium, supposita ordinatione domi. Gregorij. Jam (opi-
nor) cuiuis exemplorum etiam famelico, atqꝫ auido, cumulate
satis feci, sed adijciam nihilominus ꝛ alia, ne quis a me non sa-
tur abeat, faciamqꝫ, quod sepe liberales ac munifici vēditores
solent vt quum edes, fundumue vendiderint rutis, ꝛ cesis rece
ptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornādi causa ap-
te ꝛ loco positum esse videatur. Sic ego ad id, quod quasi mā-
cipio dare debui, ornamenta quedam non debita, velut aucta-
4 ria volo accedere, quale hoc est, quod sequitur. † Cuius in gra
tiam scriptum est a papa, de spiritualis cuiuspiam beneficij ex-
plicanda collatione, quando laicatum excussisse, quando cleri
catus ordinis auspicatum iniuisse, hoc est (interprete. c. cuē cō
tingat, vt ibi notat Abb. panormi. extra de etate ꝛ qualitate in
antiq.) tonsuram accepisse ipsum oporteat, iuxta capitulum ex
literis. ibi nundum in clericum tonsuratus, vbi Abb. panormi.
quarto ꝛ quinto notabi. extra de transactio. ca. cum adeo. ibi.
immo nec clericus, cum illic notat. per glosam penulti. Abb.
panormita. Domini. And. sicu. ꝛ Fely. (quicquid ibidem scri
bat Compostella.) extra de rescriptis. capitu. ij. vbi Innocen.
Calde. ꝛ Abb. panormi. refellentes glo. postremam, extra de
institu. Abb. item Panormi. in capitu. fi. vltimo notabi. ꝛ il-
lic etiam Cardi. ꝛ Fely. in ipso pene vestibulo, de presumptio.
Archidia. ꝛ Joan. fantu. xij. questione prima. §. finali. Hostiē.
in summa. titulo de rescriptis. §. que possunt obijci. ver. profes-
5 sio certa. quale rursus est illud. † Qui prioratum quempiaē col
legij expertem, sed animarum tamen cure non quidem suapte,
verum aliena, secularium puta presbyterorum, opera exercen-
de obnoxium, spe sibi a rescripto pōtificio iam affulgente ope-

ritur, quando viginti annorum curriculum peregisse, iuxta cle.
6 ne in agro. §. ceterum. ij. respon. de statu monacho. † Item qui
episcopatum parili modo expectat, quando trigesimum etatis
annum expleuisse debeat. c. cum in cunctis. ad princip. extra
de electio. in antiq. tunc ne, quum impetratur, an collationis tẽ
pore, an vtroqꝫ, an neutro.

¶ Hic refertur Triplex opinio.

f **Uper hac questione quã**
dixi percelebrem, multi quidem ac prope innumeri
simbolam dederunt. Ex his eniꝫ qui pontificia hec
iura perscriptis tractim ⁊ continẽter scholis iuuere quotquot
nunc leguntur, per paucos non munifices, ac nescio, an verius
neminem dixerim certe (quantum ex libris, quos excussi, indi-
care licet) vix vnum, ⁊ alterum immunem omnino, ⁊ a symbo-
lum reperias, verum hoc mihi tamẽ dolori ⁊ egritudini est, qđ
rem alioqui seriam molli, ⁊ lento nimis articulo tangere illi, ne
glectimqꝫ ac leni brachio tractare videantur, quibus id fami-
liare est, vt leniculis de rebus ⁊ nihil, atqꝫ etiaꝫ (si dijs placet)
oerineyskias, autem de lana caprina glossas Chrisippeo nume
ro numerosiores, multoqꝫ maximini caliga lõgiores insarciãt,
quoties enim apud illos, qua de re nunc agimus, incidit sermo
(incidit autem sepe) arbitrantur pene omnes, paucis admodũ
exceptis, sat esse dixisse tantum, aut negauisse, suo quisqꝫ indi-
cio ducti, mox quasi vespe infixo aculeo, fuga se ad alia proii-
7 piunt. Itaqꝫ multo maxime dissentitur. † Sunt quippe qui to-
tum illud, quod appellamus, persone a papa honorate (vt no-
strate verbo vtar) idest cuius in gratiam mandatuꝫ a sede apo
stolica scriptum est, qualitatem, nempe capacitatem, vel inca-
pacitatem, eiusqꝫ rei disputationem, non alij, qꝫ literaruꝫ date,
hoc est impetrationis tempori vindicandum existiment, in qui
bus glo. super verbo post datam, in clemen. fi. de rescript. glo.
penult. in. c. cum de beneficio. ij. respon. scriptorum inibi pene
omnium presertim Archid. Bald. ⁊ Philip. franc. calculis
probata, de preben. lib. vj. glo. Archid. ⁊ Philip. fran. in. c. si
eo tempore. de rescript. eo. lib. Abb. panor. c. dudum. j. col. ij,
per illum tex. in verbo electionis tempore, de electio. in antiq.
Bal. Iaco. ab are. emulatus in. l. excusantur. ff. de excusa. tut.
Archidi. in. c. si pauper clericus, super verbo causa. ⁊ ibidem
Philip. franc. j. col. ij. nota. de preben. lib. vj. Oldra. consilio
supra. lviij. cuius caput est in hec verba, quidã impetrauit Io-
an. and. in addit. in Spec. super rubr. de concessio. preben. vj,
colum. domini a Rota, antiquarum decisionum, de concessio.
prebend. decima, cuius hoc initium. Urbanus papa quintus,
colum. pen. Lapus, ⁊ Ioan. sant. in. c. ei cui. de preben. lib. vj.
nec multum hinc abludunt glo. postrema in. c. ex literis. ⁊ illic
Abb. panor. in calce. extra de transa. Io. and. ad not. in Spe
cu. tit. de actio. seu petit. §. super petitionibus. ver. sed nũquid
scholaris, Abb. panor. Domini. And. sicu. ⁊ Felyn. in. c. cum
adeo. de rescrip. Calde. in. c. ij. extra de institu. ⁊ is ipse, quis-
quis est, q scholia edidit, in regulas cancellarie apostolice, In
nocen. ponti. maxi. eiusce nominis. viij. super. xvij. regu. per il
lum textum, quo in loco etiam, haud scio, qua fronte ausus est
dictitare (quod nunc quoqꝫ vix aures patiuntur) qui ꝯtra sen-
tentiam hanc disputant, non nisi somnia proferre, quin ⁊ huic
quoqꝫ opinioni succinunt alij permulti, quorum exactaꝫ tibi no
menclaturam dare non decreuimus. id enim (per Iouem) labo
riosius, factuqꝫ difficilius, quam Sibylle (quod aiunt) folia cu
mulare, dum turbata volant rapidis ludibria ventis. Sunt iti
dem, qui semota procul omni surreptione, vacationis, collatio
nis ve tempori attribuant, quippe quo rescriptum pontificiuꝫ
executioni mandetur, ⁊ ad effectum perducatur, in is Ioã. an.
Ant. but. ⁊ Abb. panor. in. c. dilectus. ij. col. itidem. ij. de pre-
ben. extra in antiq. Ioan. and. Ioan. mona. Pet. anch. Ioã.
a ligna. ⁊ Ioan. ab imo. in. c. ei cui. post glo. iij. super ver. nun-
dum. de preben. lib. vj. Ant. but. in cle. fi. ⁊ illic Ioan. ab imo.
sepe. nimirum semel atqꝫ iterum in. vij. col. rursum. in. ix. semel
tum in. xiiij. postremo. in. xv. de rescrip. Domini. a sancto Ge-
mi. in. c. si pauper. de preben. lib. vj. ⁊ item in. c. si eo tempore.
de rescrip. eo. lib. Abb. panor. super rub. de eta. ⁊ quali. extra
Ludo. roman. consil. cccxvij. cuius hoc initium, iste sunt ver.
quinto, quia videmus, Fely. in. c. eam te. xvij. col. extra de re-
scrip. Io. mona. Archid. Io. and. Pet. anchara. ⁊ Philip.
fran. in. c. is cui. super glo. ver. dimittat. de preben. lib. vj. neqꝫ
hinc abhorrere visus est Specul. Clementis (vt idem testat)
pape quarti auctoritate suffultus. in ti. de act. seu petitio. §. su-
per petitionibus. versic. sed nunquid scholaris, ⁊ alij deinceps
nõ pauci, quos omnes huc aduocare minutim sigillatimqꝫ, id
8 moleste cuiusdam diligentie fore videatur, † illud autem admo
nere libuit ne simplicia ingenia perturbentur, neue confundan
tur, tametsi authorum, quos posteriore hiatu citauimus, partiꝫ
vacationis tempus, alij collationis, alij vtrumqꝫ, nunc hoc, nũc
illud in consideratione habuerint, omnes tamen in vnum atqꝫ
idipsum tempus, nempe, collationis, consensisse, nam vt inquit
Aulus Gellius, libri noctium Atticarum. vij. capi. xxj. quum
duo tempora inter sese opposita sunt, atqꝫ ita coherentia, vt al
terius finis, cum alterius initio misceatur, cuiusmodi sunt va-
cationis, ⁊ collationis, rursum vite ⁊ mortis, item habendi se-
natus, ⁊ dimittendi, non refert, vtrum per extremitatem prio-
ris, an per initium sequentis, locus ipse confinis demonstret.
Idem enim atqꝫ vnum tempus vtroqꝫ in verbo ostenditur. me
mento igitur, quum leges in hac, de qua nunc agimus questio
ne, vacationis nomen, id temporis significari, quum ⁊ vacatio
finem, ⁊ collatio exordiuꝫ capit, est argumento tex. in. c. ei cui.
ver. conferri non potest. cum glo. super verbo nundum, ibi, sed
tempus vacationis, de preben. lib. vj. neqꝫ item deest, qui ca-
pacitatis, aut secus, disceptationeꝫ, non habita intermedij sta
tus ratione, prospectuqꝫ ad vtrumqꝫ, tam scilicet, impetratio-
nis, hoc est, literarum date, quam expediunde collationis tem
pus, referre videatur, nimirum Bald. in. l. existimo. ff. de ver-
borum obligatio.

¶ Unde tam varie doctorum opiniones.

h **As scholiographoruꝫ in-**
ter se dissentiones has commentatorũ pugnas hos
Iurisconsultorum tumultus ciet Antinomia que-
dam, sicuti videtur ex duobus potissimum capitulis conflata,
quorum vtrumqꝫ in libro decretalium sexto scriptum est, vnum
hoc initio, si eo tempore, sub tit. de rescrip. Alterum cuius ita
principium, ei cui prouideri, sub rub. de preben. ⁊ digni. hec fa
cit vt quamcunqꝫ in sententiam pedibus tibi venire libeat, siue
aias, seu neges, vtcunqꝫ, incidas in laqueum, vnde velut e nas-
9 sa pisciculus vix queas exsinuari. † Nam si eum illis sentire te
dicas, qui cuius in fauorem mandatum apostolicum scribitur,
eius idoneitatem ab ipso statim exordio, nempe, quum data re
scripto imprimitur, requirunt, capiere, reclamabit enim tibi, ac
prope conuiciuꝫ faciet tex. in. d. c. ei cui. de preben. lib. vj. eius
hic sensus est optima fide, cui potiunde, fruendeqꝫ aliquan-
do prebẽde spes a pontificijs literis data sit, hec in verba, si qs
forsan desideret ipsissima. Petro de prebenda proxime vaca-
tura prouideatur, huic ipsi sacerdotalem conferri non posse, si
nundum etatem sacerdotio maturam natus sit, hoc est, nunduꝫ
attigerit annum vigesimumquintum, vt ibi per glo. penul. iun.
clemen. generalem. in calce. cum glo. vj. de eta. ⁊ qualita. vnde
non irata (nisi fallor) sed fauente potius dialectica, quippe di-
ctante contrario sensu, quem locum inter omnes instantissimũ
atqꝫ acerrimum esse scripsit Aristoteles, colligitur, posse con-
ferri sacerdotalem, si modo tunc, quum explicatum itur colla-
tio, ea iam suppetat etas, que per pontificiuꝫ decreta, sacerdo
tium recipiat, tametsi quum data rescripto imprimeretur, nun
10 dum suppeteret. † Sic ⁊ in omni consimilium prebendaruꝫ, sci
licet, quibus ordo aliquis adnexus est, puta diaconalium, aut
subdiaconalium disceptatione, quam eius ipsius, qui admixtus
est, ordinis ratio qualitasqꝫ postularit, etatem, iuxta clem. gene
ralem, de etate ⁊ qualit. hanc exegerim, mihiqꝫ in patrociniuꝫ
adsciuerim, Archid. Zenze. Ioan. cald. Ioan. a ligna. Domi.
a san. Gemi. Io. fantu. Lap. Io. ab imo. ⁊ Philip. fran. in. d.
c. ei cui. de preben. lib. vj. Io. and. in. d. c. si eo tempore. in glo.
pen. ⁊ Philip. fran. de rescrip. Io. and. c. j. in glo. super vers.
tale. ad fi. Archid. Io. mona. Lap. Pet. ancha. Io. ab imo.
Domi. ⁊ Philip. fran. iij. col. de fil. presby. Io. and. c. cum in
illis. ad fi. glo. iiij. super ver. prouideri. Archi. ⁊ Phili. fran.
in. v. col. de preben. eo. lib. glo. in clemẽ. vt hi qui. super verbo
certi. ⁊ ver. annexi. Pau. a leaza. ⁊ Io. ab imo. viij. et. ix. col.
de etate ⁊ quali. tametsi Io. and. ⁊ Pet. de ancha veluti pa-
linodian canentes, in. d. c. ei cui. dissentire videantur, obiectis
futilibus quibusdam, atqꝫ inanibus rationibus, immo nebulis
potius, que ipso pene quo effutiuntur, spiritu difflantur, sine mẽ

huic

huic sententie repudium mittas, ⁊ illi te subscribas, que post li-
terarum apostolicarum datam occurrente sub ipsum vacationis
collationisue tempus impetrantis habilitate, contenta est, he-
rebis itidem in captione, quandoquidem tibi reluctabitur tex.
in.d.c.si eo tempore.de rescrip.lib.vj.quippe quo liqueat, ne-
gocio tibi per literas pontificiales definito, vt Petrulo cui-
piam de beneficio cum cura, vel sine cura prouideas, si per eta-
tule intempestiuitatem, cui canonum interdicta officiunt, petru
lo animarum curam obedire non licuit, tunc temporis, quum da
ta mandato subscriberetur, tametsi succrescentibus, ⁊ subinde
prodeuntibus annis, ante collationis expeditionem, ad etatem
legitimam, atqꝫ idoneam, peruenerit, nempe ad ingressum vige
simiquinti anni.c.cum in cũctis.§.inferiora.de elect.huic tamẽ
hoc ipsum prodesse non posse, quod non minus, q̃ʒ oporteat, lõ
11 gam annorum seriem nunc demum numeret, † iccirco bñficium
populari cure obligatum, ei non deberi, ceterum quod cure sit
expers, id deberi petrulo, ⁊ conferri posse, si modo tunc scilicet
quum data rescripto imprimeretur, eius etatis iam fuerit, quaʒ
a simplicibus beneficijs, cureqꝫ animarum expertibus iura non
excludunt, hoc est, si septennium ingressus, aut saltem egressus
fuerit iam tum ab ipso impetrationis articulo, atqꝫ ita infantiã
suam exuerit, vt nonnulli opinantur constãter atqꝫ indilute, ni-
mirum Jo.and.in glo.pen.d.c.si eo tempore.Domi.⁊ Phi-
lip.fran.vlti.col.Fede.in consi.xlviij.cuius hoc initium.domi
ne, glo.Jo.cal.Flo.Jo.a lig.⁊ Jo.ab imo.in.c.super inordina
ta.de preben.extra in antiq.glo.j.in.c.de his.xxviij.dist.glo.
super verbo tua ecclesia, ⁊ ibidem Philip.fran.in.c.ex eo qꝺ
per illum tex.de elec.lib.vj.glo.in.c.statutum.super ver.cano
nicis, ⁊ item Pet.de ancha.ij.col.⁊ quest.de rescript.eo.lib.
Lap.alleg.xv.hoc principio, quidam exposuit, domini a Ro-
ta antiquaruʒ decis.de eta.⁊ qual.prima cuius tibi caput haud
dudum prenotaui.Francis.zaba.in clem.fi.de eta.⁊ qual.glo.
in.c.si annũ.§.si vero infra.xiiij.super ver.maior infante, Pe-
trus ancha.⁊ Philip.fran.per illum tex.ibi, tuipse si maior in
fante fueris, iuncta.c.fronte.ibi.beneficialibus, ⁊ alijs causis
spiritualibus, de iudi.lib.vj.glo.in.c.ex ratione, super ver.ec-
clesias, extra de eta.⁊ qual.in antiq.vel (vt ab horum quibusdã
dissentientes alij non minoris profecto auctoritatis ac nominis
rentur, eo duntaxat casu, quo simplex ipsum, idest sine cura, be
neficium einscemodi est, vt aut ecclesie cuiuspiaʒ rectoratũ pre
seferat, aut consilij maturitateʒ desideret) si iam e pueris exces
serit, natus videlicet annos quatuordeciʒ, Abb.panormi.post
Jo.and.in.c.indecorum.per illum tex.Hosti.⁊ Abb.panor.
in.c.preterea.ij.col.de eta.⁊ qual.Hosti.Anto.but.Jo.cald.
Abb.panor.⁊ Pet.ancha.in.d.c.super inordinata, per illuʒ
tex.in ver.pueri non debent idonei reputari, de preben.extra
in antiq.Guiliel.a monte laud.⁊ Jo.ab imo.in cle.fi.vlti.col.
de eta.⁊ quali.Archid.in.c.si eo tempore.de rescript.lib.vj.
sin harum tu tibi opinionum odia consciscas, quarum vna per
sone impetrantis capacitatem, non nisi sub date literarum, alte
ra non nisi sub vacationis, collationisue articulum requirit, ac
tertiam sequaris, que sub vtrumqꝫ tempus adesse illam, de qua
nunc agimus, idoneitatem mauult, implicabit te suis retibus, ⁊
laqueis, tex.in.d.c.ei cui prouideri, ver.si nundum.de preben.
lib.vj.vñ quo magis te conaberis extricare, hoc magis (vt opi
nor) inuolueris, atqꝫ illigaberis, quod si neutrum illorum tem-
pus spectandum censeas, capieris, ⁊ quidem astrictius multo,
nec vnq̃ʒ e vinculis elabere, quibus te captum tenebunt, tum
iura illa, que iam repetita toties vice a nobis accita sunt, tum
tex.in.c.cum de beneficio.ij.respon.ibi, quãdo vero scribitur,
⁊.c.is cui conceditur.de preb.lib.vj.c.ex literis.extra de tran
sac.c.dudum.ij.extra de elect.c.eam te.de rescript.in antiq.⁊
que scribunt Jo.ab imo.Domi.a sanc, Gemi.⁊ Philip.fran.
iij.col.in.c.j.de fil.presby.lib.vj.glo.in cle.ij.ver.constitutus
in arg.de eta.⁊ quali.⁊ alia item permulta, que mox in progres
su disputatiũcule huius aduocabimus.proinde Jo.ab imo.vir
alioqui pene supra fidei captum poligraphotatos, ceterũ vtri-
usqꝫ iuris discipline cuʒ primis eruditus, tum oculatissimus in
dignoscendis antinomijs, inque annotandis ijs, que lectorum vul
gus, illotis (vt aiunt) pedibus pretereunt, deniqꝫ iudicij non he
betis, sed excussi, exactiqꝫ, identidem clamat in clem.fi.xiiij.co
lum.de rescrip.contraria inter sese omnino, atqꝫ etiam pugnan
tia esse duo illa capitula, que iam tibi ceu digito indicauimus,
nempe.c.ei cui prouideri.de preben.⁊ dignita.lib.vj.⁊.c.si eo
tempore.de rescrip.eo.lib.id quod ne Abb.quidem Panor.
tacet in.c.dilectus.ij.col.ij.de preben.extra in anti.⁊ quo ma
gis mirere, Bonifacius papa, huiusce nominis octauus vtro-
biqꝫ loquitur.ni forte chalcographorum error fuerit, qui Bo-
nifacium pro Clemente, Innocentio, Alexãdro, Gregorio, vel
alio quouis prenotauerint, quod mihi ne pitho quidem ipsa p-
suaserit, quid hic igitur dicemus? vnde suffugiũ mutuabimur,
qua rima effluemus, quo dolo elabemur, qua arte scrupũ hunc
tantopere nos prementẽ, vrgentemqꝫ reuellemus, quo sub sul-
tu sinuosa hec texta kestreon ritu, perrumpemus, quo astu tol-
lemus hanc ambiguitatem, quis nobis eam monstrabit soler-
tiam, qua tam implicite textos argumentorum nexus retexa-
mus, qua techna taʒ fallaces has decipulas, hec aucupia, has
tendiculas ludificabimur, quis nos calliditatem docebit, ⁊ va-
friciam, qua ex his meandris, ex hoc labyrintho extricemur,
quo nunc aut tenediam bipennem inuentum ibimus, aut Ale-
lexandri magni gladiũ, quo indissolubilem hunc nodum disse-
cemus, ecquis hunc lapidem nobis reuoluet ab hostio monu-
menti, quo veritas huiusce, quaʒ nunc disputumus, questionis,
hactenus veluti sepulta delituit, atqui fuere iamolim permulti
qui se soluisse hunc sirpum perquam scite, subtiliterqꝫ enodasse
arbitrati sint, alij alijs modis.Hos ego sigillatim recẽsebo pri
mum, ⁊ rationibus, atqꝫ argumentis refellã, vtcunqꝫ res feret,
ne quid fuci vlterius faciant, ⁊ lectorum credulitatem ludificẽ
tur, tum quid mihi ipsi de hac re videatur, adijciam, cum bona
venia vestra, daboqꝫ operã enixe, vt que visa sunt, in hanc vsqꝫ
dieʒ, acriter pugnare, duo hec capitula, hoc in loco, sub oculis
atqꝫ auribus vestris, hodieqꝫ omissa simultate, in federa coeãt
libenter, redeant in gratiam, ac velut amico quodam sincretis-
mo in concordiam reuocentur.

Hic explicatur prima solutio.

1 Iam vt hinc solutionum
recensionem auspicemur, vnde primum ordiri com
modius visum est, Lap.zenzel.⁊ item Jo.fantu.in.
d.c.ei cui prouideri, de preben.lib.vj.posteaq̃ʒ vna cõspiratio
ne ipsi sententiam suam defixerunt hanc in partem, que qꝺ im-
petrantis qualitatem, capacitatemqꝫ appellamus, hoc totum
in id tempus reclinat, quo data mãdato apostolico subseritur,
queqꝫ ab alijs itidem permultis fautoribus, (quorum tibi supe-
rius nomina, cum locorum notis confertim collegimus) iamdu
dum asserta est, deinde in sui defensionem adsciuere.d.c.si eo
tempore.de rescrip.lib.vj.cui adde.c.cum de beneficio.ij.re-
spon.de preben.eo.lib.c.ex literis.de transac.c.eam te.de re-
scri.extra in antiq.tum, ⁊ illud citauere, quod arg.c.causamqꝫ
extra de elec.scribit extrema glo.in.c.cũ adeo, ⁊ illic Abb.pa-
nor.semel, atqꝫ iterum.extra de rescrip.adde glo.ij.Abb.pa-
nor.⁊ Fely.in.c.fi.de presump.Philip.fran.in.c.si pauper.
j.col.de preben.lib.vj.Hosti.⁊ Abb.panor.in.c.de cetero.ij.
12 col.extra de sen.⁊ re iudi.† Nempe in omni rescripto subintel
ligi semper huiuscemodi quampiam, siue clausulam, siue condi
tionem manis appellare, si modo is ipse, cuius in gratiam scri-
bitur, dignus est, atqꝫ idoneus, tametsi non exprimatur, hec, in-
quam, aliaqꝫ id genus posteaq̃ʒ predicto in loco dixere, Lap.
zenze.⁊ Jo.fantu.tantum abest, inquiunt, huic opinioni officiat
tex.in.d.c.ei cui prouideri.de preben.lib.vj.vt adstipuletur ẽt
adiuuetqꝫ non parum modo verba ista, que pauloante fineʒ ini
bi leguntur adscripta, si nunduʒ in etate tali existat, vt possit ad
sacerdotium promoueri, hunc in modum intelligas, vt ad supe-
riora illa, que visuntur in fronte, cui prouideri mandatur simpli
citer de prebenda proxime vacatura, non ad primiora hec, que
sunt in progressu, sacerdotalis prebenda conferri non potest, re
ferantur, exemplo, cum aliunde sumpto, tum ex.c.olim.extra
de rescrip.quod interpretamentum, inquiunt, etiam si ordo scri
13 pture non reciperet, † recipit tamen, ⁊ patitur ordo, quẽ vocãt,
intellectus, id est, constructio ipsa, rectiqꝫ sermonis ratio, que
potissimuʒ spectanda est, quippe verboruʒ domina.l.plautius.
ff.de au.⁊ arg.leg.multoqꝫ ob id magis hanc expositionem re
cipi oportet, quod antinomiam tollat, ⁊ iura cum iuribus alias
pugnatura conciliet inuiceʒ, atqꝫ in amicitiam reducat, vt aut
omnino nusq̃ʒ, aut hic certe, locum habeat, quod scribunt Ab-
bas panor.in.c.ecclesia vestra.ij.in.vj.not.per illum tex.iun-
cto.c.quia propter.extra de elect.idem in.c.pen.ad fi.de iure
pat.glo.super verbo petere.item ver.priuatos.Jo.mona.Ar
chid.⁊ Philip.fran.in.c.cupientes.§.qꝛ si per viginti.de ele-
ctio.lib.vj.glo.postrema.Bar.Bal.Pau.de cast.⁊ Franc.

are.in.l.talis scriptura.§.fi.ff.de leg.j.Bar.in.l.vxori.§.vxori, per illum tex.ff.de leg.ij.glo.super ver.non prestat.in.l.furti. §.mandati.ff.de his qui not.infa.Bart.& Ang.in.l.pretor.ij. §.eritque hec differentia.ff.vi bo.rap.Domi.a san.Gemi.in. c.cum singula.per id quod ibi not.glo.super ver.prioratibus, Archid.& Jo.and.de preben.lib.vj.Anto.but.& Jo.de imo. in cle.vnica.col.pen.de sup.negli.prela.glo.verb.& aduersus, in.l.& si forte.§.hec autem.ff.si ser.vendi.Old.laud.consil.clij. incip.factum tale est,dominus Clemens.Pau.de cast.consi. cccxcvj.cuius hoc caput est.notanduz primo.pen.col.Alex. consi.xlij.incip.in causa & lite vertente inter Christophorum.
14 j.et.ij.col.iij.vol.nempe,† quum ex tribus pluribus ne clausulis,vna quepiam reliquis duabus applicari posse videt, haud omnino inepte,quarum tamen altera eiusmodi est,vt ad eã facta relatione,ius ipsum aliqua in parte violetur, altera non est ad hanc,que ius non ledit,relationem totam fieri oportere,nõ ad illam,que ledit,neqz quicqz referre proximior ne sit,an remotior,neqz item interesse,preat ne,an subsequatur. Proinde inquiunt Lap.zenze.& Jo.fantu.quod ad predictum.c.ei cui. de preben.lib.vj.eiusqz intellectum,ordinem, & contextum attinet,si quis a fronte statim ipsa incipiens,tractim legerit eousqz dum in versiculum inciderit,cuius hoc initium, sacerdotalis,cuius item hec finis,non potest, ac dein hunc ipsum trasiliens,alterum adiecerit,cuius hec prima sunt verba si nonduz in etate,postremum,promoueri. Mox ad illum, qui omissus fuerit,postqz hunc porro ad extremum, cap.calcem, cuius ita principium,sed aliam,perrexerit,deprehendet,maturã sacerdotio etatem subesse tunc iam oportere,quum ab apostolica sede mandatum scribitur,non itẽ quum appetit tempus,vt vacantis prebende sacerdotalis collatio explicetur.quid quod & illo in loco videtur Lap.haud illiberalis fuisse, nec,(vt inquit Basilius ille magnus,in eleganti quadam ad Gregorium naziazenum sodalem suum epistola) improbarum mulierum, que suis viris tollendos ex alio quesitos subijciunt, animum habuisse,vt qui peringenue scripserit, hanc ipsam explicandi textus in dicto capitulo ei cui, rationem, non a se primum fluxisse,sed ab Archid.qui huiusce interpretationis author fuerit,& patet in.c.si eo tempore.de rescrip.libro sexto.atqz inde se hausisse.

¶ Hic perquam caute in dubiũ reuocatur prima solutio.

v **Ellem igitur eximerent** Archid.Lap.zenzeli.Jo.fantu.alijqz huius opinionis vindices,quorum maxima turba est, scrupulum,qui me acriter pungit,ac stimulat,hũc inijciũt verba,que calci subiecta sunt,in.d.c.ei cui.de preben.lib.vj. Nempe ista sed aliam expectare debebit,quorsum enim aliam expectabit sacerdotalem prebendam vice nimirum secunda, tertiaue, aut quarta,vel deinceps occasione,vacaturam, qui ab ea ipsa,que iam vacauit omnium prima,ob inhabilitatem repulsus est, si ꝓ tõe capacitas date,nõ vacationis,collationisue tpi attribuit, negat Arist.li.ton ithicon nicomachion sexto,de pteritis electionem esse,cui concinunt,cum alia multa,tum.l.in bello.§.facte.ff.de cap.& postli.reuer.l.deniqz.ff.quib.ex cau.maio.qua fronte igitur contendes,aliquantuli temporis processu, quod inter vnam atqz alteram pluresue vacationes fluxerit, aliaue quauis ratione,fieri potuisse,vt qui non fuit capax, is ab ipso iam tum initio capax fuerit.quamqz haud me clam est Archidi.Lap.zenzel.& Jo.fantu.leniter,ac pene nullatenus commoneri hoc scrupo,quippe quem tolli perpulchre,diluiqz arbitrẽtur,si quod in extrema.d.c.ei cui.coronide,scriptum est,expectari aliam debere,id de alterius quidem prebende, ceterum minime sacerdotalis expectatione intelligatur.atqz hunc sane intellectum,vt eiectis quibuscunqz alijs,mordicus,ac velut cõ-
15 sertis digitis retineat,† suadet,inquiunt,adscriptum illic pronomen relatiuum,quod est,aliam,cui natiuam quandam & germinam inesse vim aiunt,vt nescio quid ab antecedente diuersum qualitate,licet idem substantia implicet, referatqz,tametsi nonnunqz implicet nihil,vt in exemplo illo,suspensus est christus,& alij duo latrones nequam,iuxta glo.ij.in.c.sedes.extra de rescrip.glo.j.in.c.deinde.xxvj.distin.glo.super ver.alij.in cle.j.de rescrip.tex.in.l.j.§.debitum.ff.de consti.pecu.c.si tibi absenti.cum glo. super ver.alius.de preben.li.vj.glo.ij.super ver.quauis alia.Guiliel.a monte laud.Pau.a leaza.zenze.&
16 Jo.ab imo.ij.col.in cle.j.de sent.& re indi.† suadet item coniunctio ista,sed,ibidem inserta cuius hec propria virtus est,inquiunt,vt que preeunt,ijs tum iuris,tum facti ratione, aduersetur,Bar.post glo.in.l.j.alias.ij.ver.sed & fortius.ff.ne qs euz qui in ius voca.est.vi.exi.Archid.Jo.and. Pet.anchara.& Philip.fran.in.c.concertationi.per illum tex.de appell.lib. vj.Bar.in.l.patris & filij.ff.de vulga.& pup.substi.& in.l.sed & si lege.ff.de peti.heredi. Ut ergo dictiones ille,in.d.c.ei cui. peculiarem vim suam retineant, neqz amittant in dicta causa, contendunt predictis in locis Archid.Lap.zenzel.& Jo.fantu.contendunt(inquam)plus satis(opinor)constanter,ne dicã, pertinaciter,verba illa,sed aliam expectare debebit,que cauda est.c.ei cui.non nisi prebendam minime sacerdotalem designare,cum quod huiuscemodi caudam precedit, eiusdem.c. post principium,abunde doceat,non posse sacerdotalem conferri,tum velut adiecto corolario,cumuloqz & quasi auctario, merce quoqz ipsa neutiqz viliore,scribũt,hoc sensu nimis qͣscite,& concinne explicari,† regulam illam,qua concluditur,mãdatum ab apostolica sede in gratiam impetrantis cuiuspiã cõcessum,quo vacature prebende spes iniijcitur,non nisi ad primã quamqz vacationem pertinere,qua velut occasione semel oblata neqz arrepta sed neglecta,rescripti vim omnem exhauriri, effectum absumi omnem,ac penitus exinaniri, nec ad secundã tertiamue vacationem extendi,iuxta.c.si clericus.j.respõ.vbi multa de hac re per Archidi.Joan.and.Lap.Joan.a ligna. Domi.a sancto Gemi.Joan.fantu.Pet.anchar.& Philip. fran.de preben.lib.vj.multaqz item per glo.in cle.j.super verbo infra mensem Pau.a leaza.Lap.zenzel.Stepha.cardin. pen.col.& Joan.ab imo.iiij.&.v.col.de concess.preben.Joan. a ligna.Lap.Domi.Jo.ab imo.Pet.ancha.& Philip.frã. in.c.tibi qui gratiam.in fi.per illum tex.de rescrip.lib.vj.Domi.a Rota decis.cccxxviij.cuius hoc initium,habens auctoritate apostolica canonicatum,glo.super ver.acceptãdam.Guiliel.a monte laud.Pau.a leaza.& Jo.ab imo.iiij.&.v.colum. in clem.fina.de preben.glo.in.c.capitulum.super verb.prius. Hosti.Jo.and. Abb.panor.Jo.ab imo.& Felyn.iij.iiij.et.v. col.extra de rescrip.Domi.a rota antiquarum deci.de prebẽ. quinta.incip.nota ꝙ vbi sunt duo,vt vera sit,locumqz habeat, ita deinum,si cuius in fauorem pontificium rescriptũ super prebenda proxime vacatura indultum est,is ab ipso statim iaz impetrationis articulo capax fuerit eius ipsius prebende, quam postea primam omnium vacare contigerit,est enim tum, quod vitio illi vertatur,culpeqz ad adscribatur,ꝙ illam suo iure duz vacaret,petere neglexerit,hanc ob causam sperare sibi aliam non potest,nempe mandato iam prorsus extincto.d.c.si cleri-
18 cus ibi,petere negligenter omittat,& infra,† cum facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta.de preben.lib.vj.sed si tunc temporis,quum impetraret,nondum illius capax fuerit, quam qui deinceps sequutus est euentus edocuit primam esse, tametsi quo ad illam,& alias generis eiusdem cõsumpta sit gratia(si modo consumpta quo ad illam dici potest,inquiunt,quaz nunqz inclusit)non tamen quo ad aliam diuersi generis, quam sibi capere,ab ipso iam tuz exordio,per fas & iura licuerit.perempta est,quippe quam interim operiri potest,ac tum obtinere quum eius vacatio inciderit,per.d.c.ei cui.de preb.lib.vj.

¶ Hic argute confutatur prima solutio.

e **Nimuero ne quẽ Archi.** Lap.zenzel.Joan.que fantu.auctoritas,aut nimis credulum fallat,aut suspensum teneat diutius, vtqz quid mihi de hac opinione videtur, exponam breuiter, sacramento iusto cum ipsis contendere non dubitariz,indicemqz ex numero acrium,ac peritorum hominuz ferre,ni hec eorum sententia luculento ac(prope dixeriz)decumano errore prouecta, tex.c.ei cui.toties allegati,sensumqz adeo ipsum inuertat,sub-
19 ruat,incrustet,distorqueat.† quis enim(obsecro)nisi mẽtis inops,& vehementi delirio captus,inficias ibit,obturbari tex.illum,ac prorsus permisceri,dum velut obtorto,quod aiunt,collo,trahitur clausula ista,si nondum in etate, ad remotius verbum,quod est,mandatur,quum referri potius deberet ad vicinius,proximiusqz,quod est,cõferri,nempe, cui subnectitur,cui additur,cui coniungitur,nonne hoc ipsum satis,superqz dictat regula

regula illa, que iurisconsultis oppidoq; frequens est, ac semper in ore, qualitatem que verbo cuipiam, principio ue iūcta sit, interpretationem mutuari semper ab eo tempore, quod inest verbo, participio ue, cui coniuncta sit. l. in delictis. §. si extraneus. & ibi not. Bar. & Bal. post Dy. & Jaco. butri. & l. quod ait. §. iulianus. vbi etiam Bar. ff. de noxa. act. Bald. in. l. humanitatis. vlti. oppo. C. de impub. & al. subst. Bar. & Bal. in. l. titius. per illum tex. ff. de mili. testa. fusius quam alibi vspiam Bar. in
21 l. ex facto. j. et. ij. col. ff. de vulg. & pupil. substitu. † Quis porro, nisi prorsus desipiat, negabit subesse sensum, atq; inepte confundi, dum vim, vsumq; pronominis huiusce, aliam, male discutientes, Archid. Lap. eorumq; assertores (quod mihi pace illorum dixisse liceat) in ea sunt heresi sacraq; persuasione, vt arbitrentur, hac dictione, aliaz, in calce. d. c. ei cui, subiecta, non nisi prebendam non sacerdotalem referri, ceterum sacerdotalē, de qua superius dictum sit, non item, quum vis eiusce pronominis propria, & germana sit, non vt opinantur illi, qualitate diuersum, sz idem prorsus, & substantia & qualitate, diuersum tamen specie, aut numero referre, iuxta glo. omnium tritissimam, in. l. si fugitiui. C. de seruis fugi. Abb. panormi. Joan. ab imo. & Fely. sande. plenissime, in dicto. c. sedes, extra de rescrip. glo. ij. in. l. quidam regula. ff. de rebus dub. Francis. areti. & Jas. in. l. quicunque. C. qui admit. ad bono. poss. tex. in. c. cum non ab homine. extra de iudi. Oldra. consil. viij. incip. quidam testator, Anto. butri. in. c. cum dilectus. col. j. extra de donat. Lud. roma. consilio. xiij. Joan. ab imo. in clemen. j. col. ij. de rescrip. exemplu
22 pro multis vnum suffecerit, quod est huiuscemodi, † si lex statutum ue, crimen aliquod pena pedis, aliaue vindicandum sanciat, hunc habet intellectum, vt aut pedis, aut aliā non dissimili pena vindicetur, idest que cum ipsa pedis amputatione conueniat, idcirco nec pecuniarie, nec capitis pene locus hic esse potest, quum hec, atq; id genus penarum genera longe ab illa pedis truncatione discrepent. Bal. in. l. conuenticulam. iij. colum. C. de episco. & cler. Fely. in. c. inter ceteras. pen. colum. extra de rescrip. per glo. in. d. l. si fugitiui. C. de ser. fugit. & vt vno ictu sternantur Archidi. Lap. zenzeli. & Joan. fantu. omnesq; ipsorum rationes labefactentur, nego id verum esse, quod aiūt nempe, si clausula ista, si nondum, ad proximius, nō ad vlterius verbum, referatur, fore, vt ea lectione capitulum, si eo tempore, de rescrip. lib. vj. violetur, hanc enim, si qua esse videbitur, antinomiam soluturum me meo quoq; periculo, profiteor, quod si res non ab argumentorum ponderibus, sed a suffragiorum numero penderet, eq; vincerē. Sunt enim multo plures, qui quē ego intellectum explanaui supra, hunc. d. capitu. ei cui. de prebend. lib. vj. accommodant, e quibus hausisse me non inficior, scilicet, vt ad verbuz quod est, conferri, non ad aliud, quod est, mandatur, clausula ista, si nondum, applicetur, vtq; pronomen aliā, prebende sacerdotalis, itidem, vt minime sacerdotalis expectationem designet, nempe, glo. tum. iij. tum extrema, Joan. and. Archid. Jo. mona. Pet. ancha. Joan. a lign. & Jo. imo. in dicto capitu. ei cui. & Joā. and. Anto. butri. Abb. panor. in capi. dilectus. ij. col. ij. extra de prebend. Abb. Panor. c. dudum. j. de elec. Old. consil. lviij. incip. quidam impetrauit, Jo. and. in annot. in Specul. super rubri. de conces. preben. vj. col. Fely. in. c. eam te. xvij. col. de rescript. do. a Ro. antiquarum decis. de conces. preben. decima. incip. Urbanus papa. ij. col. Ant. but. Flo. & Jo. ab imo. in cle. si. de rescrip. nec me tamen fugit, etiam Domi. a san. Gemi. in. d. c. ei cui. de preben. libr. vj. nihil non torquere, nullum non mouere lapidem, (vt in causa mos olim coniecturali) omnia pertentare, nihil nō experiri, pantakalon seiein quo Archid. Lap. zenze. & Joan. fantu. sententiam tueat. Nec dubito quin ipsam summa pernicacia defenderet, si huc adesset, quisquis est, certe non aspernandus author, qui cancellarie apostoli. Inno. viij. regu. scholijs suis ornauit, cuius pauloante commemini, quin etiaz (puto) clamaret, que contra dixi, queque sum post hac dicturus, panta ekeina ypinemia oneirata. (vt scribit in harmonide Lucianus) kai epon skias esse. Sed, vt Ambrosius ait in cōmentarijs, quos in Lucā edidit, herent illi in vado.

¶ Hic declaratur secunda solutio.

Iterum tollende huius

Antinomie modum ad ferre inter alios visus est, Joan. and. in dicto capit. ei cui. super. iij. glo. verb. nonduz. j. sol. de prebendis libro sexto, dum magni interesse dixit, habeant ne animarum curam beneficia, an non habeant.
23 † Quippe mandatum (inquit) apostolicum super explicāda curatorum collatione scriptum, persone ipsius honorate capacitatem requirit ab ipso protinus exordio, nempe id temporis, cū data postulationi subscribitur. c. si eo tempore, de rescrip. libro sexto, quum vero de non curatorum prouisione agitur, etiam si sacerdotalem, aliumue quemuis sacrum ordinem sibi annexum habeant, nihil refert, subsit ne habilitas, tempore date, an non subsit, modo ante collationis articulum superueniat, per dictū capitulum ei cui. quid quod & huic opinioni per omnia succinunt Abb. panormi. in rubrica de etate & qualita. extra in antiq. & Joan. ab imo. in dicto capitulo ei cui, nisi quod Joan. ab imo. illo in loco, impetrantium idoneitatem quod ad rescripta de curatis tantum attinet, estimandam censet ab vtroq; tempore, scilicet, date, pariter & collationis, cur enim non ita licebit appellare, collationis, quod ille vacationis vocat, quū hec duo vnum atq; idipsum significent, vt ex Gellio supra edocuimus, ceterum Joan. and. & Abb. panormi. non ad alium, quam date literarum diem eiuscemodi disputationem capacitatis, aut secus, rejiciunt, en tibi rationem, inquiunt Joan. andr. & Joan. ab imo. cur obnoxia cure animaruz, ab expertibus discrepent, nimirum quod de obnoxijs gratia concessa, minus emeretur fauoris, cum idoneitatis plusculum desideret. c. cum in illis. primo respons. de prebendis libro sexto, q; que super expertibus, etiam sacerdotalibus, vel diaconalibus, aut subdiaconalibus indulta sit, atq; ob id magis illa, q; hec restringēda est. c. odia, de regulis iuris libro sexto. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. quid enim vetat, hunc optimum sacerdotez esse, qui tamen obeunde popularium animarū cure, non nisi egre, par esse possit.
24 † Hinc esse, quod mandatum simplex, id quoq; beneficium sua pte vi comprehendat, cui sacer aliquis ordo annexus est tamet si non exprimatur, modo ne quid aliud obsistat, per textum in dicto capitulo ei cui, quem ibi notant Joan. andre. Domini. a sancto Gemini. Joan. a ligna. Pet. anchara. & Philip. fran. de prebendis libro sexto, quicquid garrire videatur, Calde. de prebendis, consilio decimotertio, eumq; postea sequutus, Felyn. in capitulo sedes. iiij. colum. de rescriptis, extra in antiq.
25 † Quod autem cure subiectum est, hoc minime includat, nisi de hac re nominatim, & specialiter caueatur, iuxta principium. di. c. cum in illis, vbi permulta videre potes achribkoroy per glos. super verbo prouideri, Archidia. Joan. and. Lap. Joan. a ligna. Domini. a sancto Gemini. Pet. anchara. Joan. ab imo. & Philip. franc. secunda tertia & quarta colum. de prebendis libro sexto, clementi. j. eodem titulo, per Abbatem panormit. in capitulo cum olim. secundo notabili, & item secunda questio. eodem titulo, de prebendis extra in antiq. ¶ Miseror equidem, nedum miror, Joan. and. Abb. panormi. & Joā. ab imo. viris alioqui, vel ad huius discipline miraculū celebribus, tam profundum obrepsisse somnum, vt se metipsos pugione iugulari a nobis non sentiant. Etenim negant, capacitatis, aut contra disceptationem, a primo rescripti pontificij a datario ipso subnotati, articulo, pēdere, quo ad minime curata, cuiusmodi sunt prebende, contendunt quo ad curata, illud probantes ex. c. ei cui. de prebendis libro sexto. hoc ex. c. si eo tempore. de rescriptis, eodem libro. Age, amabo, perlege calcez posterioris huius capi. hec in ver. conceptam. Beneficium autem sine cura, cum ad ipsum sufficientem tunc etatem haberes, licite obtinere poteris, expende dictionem, tunc, in parenthesi ista, cum ad ipsum sufficientem tunc etatem haberes, & versa intellectū eius atq; ita glo. istic antepenulti. que proculdubio vera est, emulare, inuenies, vt spero, quo ad expertia cure animarum perinde vt, quo ad non expertia, non valere mandatum, si eoipso tempore, quo impetratur, is, pro quo scribitur, etatem legitimā nondum impleuerit. Habeo & aliud iaculum, quo Joan. and. Abbas panormit. & Joan. ab imol. sternam, & conficiam. Id mihi porrigit. c. eam te. de rescriptis, extra in antiq. quod in illos bifariam possum intorquere, prior vibrandi ratio fuerit, cum dicimus, ex rescripto, de conferenda cuipiam prebenda, cui animarum curam non inesse proculdubio est, vt per Abbatem panormi. in capitulo fina. secunda questione extra de prebendis, agendi ius oriri statim ab eo die, quo data imprimitur. d. capi. eam te. ibi, prebendaz sibi conferre deberent, & paulopost, quū itaq; prescriptus. M. te super hoc ex parte nostre requireret & infra, si datam literarum diligentius attendisses, extra de rescriptis. Abbas panormi. in capitulo dilectus. ij. col. ij. Joan.

and. ⁊ Anto. butrig. extra de prebendis. Joan. ab imo. in clementina fin. decima columna, post Guilielmum a monte laud. de rescriptis, deinde ita concludemus, necesse est igitur, hunc ipsum, qui per apostolicam gratiam, habendi cuiuspiam beneficij, q̃libet ab animarum cura immunis, in spem exigitur, capacem esse ab ipsa protinus impetratione, alioqui quorsum ei ius ⁊ potestas agendi petendiq́, quod per inhabilitaté sui obtinere non potest? Alter item eiaculandi spiculi modus fuerit, quum sicut id soluz tempus quo literis data supponitur, discernit arguitq́, quinam sint, ad quos mandatũ de conferenda cuipiam prebenda dirigitur, ⁊ exequendum committitur. d. c. eaz te. ibi. quum tempore, quo litere ipse date fuerunt, de capitulo ipso esses, extra de rescriptis. glos. Joan. andre. Anto. butrig. ⁊ Abba. panormi. in. c. dilectus. secundo de prebẽdis, Joan. ab imo. non semel. in clementina finali, septima columna, de rescriptis, sic ⁊ hos diiudicare, quinam sint, pro quibus scribitur, nempe quibus iam tum ipsis capacibus esse contigit, non multum absimili ratione ducti censebimus. iam vero restat ⁊ aliud telum mihi, quod suggerit tex. in. c. cum de beneficio. secundo respon. de prebendis libro sexto. cuius explicatione nunc ob id duco supersedendum, ꝙ me infra diffuse satis, ⁊ copiose super illius capitu. sensu, dicturum sperez, ⁊ profitear. quid ꝙ ⁊ hoc Joan. andr. Abb. panormi. ⁊ Joan. ab imo. discrimen, explodunt, enerberant, ac pene lapidibus insectãtur. Joan. a ligna. Domini. a sancto Geminiano, ⁊ Philip. franc. in dicto capit. ei cui. de prebẽdis libro sexto, atq́ item Anton. butrig. in clementina finali. de rescriptis, mouentur vna duntaxat ratione, quam multarum instar esse arbitrantur, ea est huiuscemodi, cõstat, etatis defectum, de quo, tum Joann. andre. Abb. panormi. ⁊ Joan. ab imo. tum iura, que citant ipsi, loquuntur, quo ad beneficiuz sacerdotale, q̃tumuis a cura immune, inhabilitaté parere, itidem prorsus, vt quo ad curatum, sicut enim hoc annorum penuriam patientibus conferri non potest. d. capi. si eo tẽpore. de rescriptis libro sexto. ita nec illud capitulum ei cui. de prebendis. eodem libro. ecquid igitur cause est, inquiũt, cur is defectus eiusq́ taciturnitas, ⁊ silentium, quo ad hoc potius q̃ illud inducant surreptionem, rescriptumq́ ab ipso statim principio inualident? eant itaq́ nunc Joan. andre. Abb. panormita, ⁊ Joannes ab imo. ⁊ suum illud inter impedita curis animarum beneficia, ⁊ expedita, discerniculum soli deament q̃tũ volent, certe riualem me non habebunt.

¶ Hic explanatur tertia solutio.

Tertiam explicande huius tam captiose difficultatis rationẽ tradit Joan. andre. in tertia glo. d. c. ei cui. super verbo nonduz
26 secunda solu. de prebendis libro sexto. † dum mandata generaliter impetrata, non expressis aliq̃bus beneficiorum speciebus, (si fas est loqui eo modo) verbi gratia, sub hac forma, prouideatur Titio, de prebenda, sine hac adiectione, sacerdotali, vel nõ sacerdotali, vel hunc in modum, prouideatur Titio, de beneficio, absq́ hac, aliaue id genus expressione, curato, vel non curato, distinguit ab alijs, quorum in impetrationibus beneficioruz species aliquot designantur, hoc pacto videlicet, prouideatur de beneficio cuz cura vel sine cura, vel hoc tenore, prouideatur de prebenda sacerdotali, vel non sacerdotali, vt hec quidem ab initio ipso impetrationis, hoc est, date literarum, persone a papa honorate capacitatez desiderent, capitulo si eo tempore. de rescriptis libro sexto. illis autem satisfiat abunde, si eo tempore quo vacat beneficium, subsit aptitudo, tametsi ea postulationis die nondum subsisteret. dic. capi. ei cui. cum genus ciuiliter intelligi oporteat. l. si cui. ff. de seruitu. atq́ huius quidem distinctionis genius iamdudum obtinuit, vt Joannis andr. Abba. panormita. in capitulo dilectus, secunda columna, secundo, de prebendis, Abba. panormita. in capitulo dudum, secunda columna, de electionib. Felyn. in capitulo eam te. decimaseptima columna, extra de rescriptis, ⁊ aliorum deinceps complurium calculis approbaretur, quoruz ex scriptionibus videre mihi videor, huiusce varietatis, qua genus a specie discernũt causam extorqueri, ad hunc modum, qui subsequitur, posse. quum enim mandatum generaliter impetratur, ⁊ indulgetur, minime insertis beneficioruz speciebus, nihil est, quod imputetur, ac vitio vertatur impetranti, cur aut etatis defectum, aut aliam quãuis inhabilitatem dissimularit, ac silẽtio preterierit, quum ignorare potuerit haud quaquam improbabiliter, quodnam beneficium, ex maximo velut aceruo, nimirum ex toto genere ipso, vacaturum prima quaque occasione foret, id ne cuius esset iam capax, an id, quod sibi capere non liceret, atq́ ob id surreptio nulla est, que rescripto negocium facessat, etiam si tempore date non fuerit capax eius ipsius beneficij, quod inter omnia primum postea vacationem sui obtulerit, modo sub ipsuz expeditũ de collationis diem nihil officiat dictum capitulum ei cui. quũ vero beneficiorum species nonnulle exprimuntur, non deest q̃d culpe adscribatur postulatori, cur incapacitatem sui tacuerit quum videatur ad singula, que expressit, nempe sacerdotalia, ⁊ non sacerdotalia, vel curata, sese aptum, nec in idoneum asseruisse. quod quum ita non esset id temporis dum impetraret, mentitus est, atque ob id rescriptum quippe surreptitium, idoneitate post accedente, interim scilicet, dum vacationis, dumue collationis euentus est in expectatione, conualidari non potest dicto capitulo si eo tempore, de rescriptis, ⁊ capitulo non firmatur, de regulis iuris libro sexto. Quid multa? horsum videlicet tendit huiusce opinionis summa, vt edoceat q̃icquid est, quod impetrantis capacitatem, eiusque diiudicationem vocamus, id non alij, quam date literarum, siquidem rescriptum inexpiabili surreptionis a primordio cõtracte, macula conspurcatum fuerit, sin minus, id vacationis, collationisue tempori, vindicandum esse. Hinc Joannes andreas, ⁊ Abbas panormita. in dicto capitulo dilectus. secunda columna, secundo, extra de prebendis, Ludouicus romanus cõsilio. cccxxvij. cuius ita principium, iste sunt, versiculi. quinto quia videmus. Dominicus a sancto Geminiano in dicto capitulo si eo tempore, de rescriptis, libro sexto, Felynus in capitulo eam. decimaseptima columna, ⁊ item capitu. ad aures. quarta columna, eodem titulo in antiqu. hunc quasi cumulum, hoc veluti porisma eliciunt.
27 † Quum Papa suopte proprio motu in gratiam alicuius, qui vel etatis, vel alium hoc genus defectum patitur, rescribit, iubens, illi de beneficio cum cura, vel sacerdotali, alioue huiusce modi quopiam prouideri, quantumuis expressa speciei designatione, nihil quicquam interesse subsit ne capacitas tempore impetrationis, hoc est (vt dicere volebam) date literarum, an non subsistat, modo ante vacationem, collationemue superueniat,
28 nec iam capitulo si eo tempore, † quin potius capitu. ei cui. locum esse, rati nimirum id in causa esse, ꝙ surreptionem omnem vel ab ipso iam tum initio proprius motus excluserit, iuxta capitulum si motu proprio, de prebendis, libro sexto. ⁊ clementina si romanus, eodem titulo. Quod quia longioris dissertationis est, id ego nunc non excutio, nec ad exactius iudicium voco, sed vt alia pleraque, hoc quoque in medium relinquo, tum quod iniquis horarum spacijs excludor, tum ne materias confundam, neue, quem institui cursum huiusce disputationis, ductumque inoffenso tenore non retineam, proinde cui abunde ocij est, visat his repugnantes, Lapum, Joannem fantu. Archidiaconum, Joannem andr. Pet. ancharà. ⁊ item Philip. francuz, secunda columna, in dicto capitulo si eo tempore. de rescriptis, Lapum, Joannem ab imo. Petruz ancharano, Dominicum a sancto Geminiano, ⁊ Philippum franc. colũna tertia, in dicto capitulo ei cui. glo. secunda, Joannem and. Lap. Domini. Philip. franc. ⁊ Pet. anchara. in dicto capi. si motu. de preben. libro sexto, dominos a Rota nouarum decisio. cxj. cuius hoc caput est, licet motus proprius Pape, itez cxij. ita cuius principiuz, dicebant domini, ꝙ motus proprius. Feder. consi. ccxxvij. incip. casus talis est, monasterio, glo. super ver. validam, Anto. but. Guiliel. a monte laud. ⁊ Joan. ab imo. in dicta cle. si romanus, ⁊ glo. cle. per literas. super verb. directas. de preben. Alexand. ab imola in. l. quidam consulebant. iij. columna. ff. de re iudica. Cardina. in consilio. xcviij. in
29 cip. Papa vniuit quandam abbatiaz, in fronte. † Quibus hoc quidem in concesso est, proprium motum, ad id valere, vt omnem surreptionem tollat, ceterum illud in confesso est, non valere, vt inhabilitatem, si qua persone, cuius in gratiam scribitur, nocumento est, purget, vt etatis defectum, quem vocant, idest annorum penuriam expleat, vt natalibus restituat, vt diganie notam expiet, vt corporis maculam, vitiumque id genus aliud abstergat, eluatque, postremo, vt canonibus soluat, idest dispẽset, nisi adiumentum aliud sibi adiunctum habeat, per tex. indiscrete ac promiscue loquentem, in. c. eã te decet, ibi, nec aliqua occasione, vel ẽt literaꝝ nostraꝝ obtentu institui patiaris, que scientia, moribus, ⁊ etate, concilij non congruant institutis, cuz glos. super verbo, literarum, extra, de eta. ⁊ qual. Quanquam,

quam, vt ne hic controuersia fingatur, vbi concordia est, vt ne prelium inducatur, vbi pax est, videre mihi videor, quod modo dictum est, id ab eo non discrepare quod scribunt Jo an.andr. ⁊ Abba. panormi. in dicto capitulo. dilectus. ij. columna secunda de prebend. alijque ipsorum fautores, quippe qui non dicant, inhabilitatem penitus, quasi facta canonis gratia. i. dispensatione, aboleri, quum papa vitium ignorans, suopte instinctu proprioque motu rescribit, vt de beneficio cuȝ cura, vel sacerdotali, alio ve, cuipiam prouideatur, sed hoc tantum contendant, satis esse, nimirum deterso, exemptaque omni surreptione sub ipsum vacationis, collationis ve tempus adfore capacitatem, iuxta di. capitu. ei cui, quam alioqui sub datam literarum opus esset adesse dicto capitulo. si eo tempore. hic iam me transuersum rapi sentio. quocirca, super hoc auctario verbum non amplius addam, excutiant, qui volent, quibusq; per altissimum otium licebit quo ipse nunc destituor, tum ⁊ illud videant, ex spetie contraria. Nempe, quum mandatum pontificium proprio motu indultum, de animarum cura, vel alia id genus beneficij qualitate, mutum est, quodnam ex eo motu operepretium proueniat? qua de re multa, vel ad satietatem vsq; per Fely. quarta quinta, ⁊ sexta columna post Abba. panormi. ⁊ Andr. sicu. in capitu. ad aures. Item Maria. sozi. capitu. postulasti. xvj. colum. extra, de rescript. Domi. a rota. nouarum Decis. de prebend. iij. incip. licet motus proprius Pape, rursus, antiquarum, de rescript. lxix. nota, licet proprius. Dominic. a sanct. geminia. in dicto capitulo, ei cui columna prima. versicu. quero, pone post Joan. andre. in fronte, ibi. ex quo igitur non fecit, de prebend. libro sexto Petr. anchar. consil. cxxxij. incip. de natura ⁊ efficacia. Fely. in. c. causam. ij. col. iij. extra, de testib.

Hic ingeniose diluitur
Tertia solutio.

Jx me possum continere:

quin huius tertie solutioni, que fautores habet, Joan. andr. Fely. sand. ⁊ item delicium meum Abb. panormi. deus bone, quos viros, certe non proletarios scriptores, non capite censos, non diobolares, sed classicos, sed locupletes atq; assiduos bellum indicam, ⁊ odium sempiternuȝ.
30 etenim, per iouem, qua fronte, obsecro, qua fiducia, † qua ratione, quibus ex causis defendent isti, animarum curam beneficij speciem esse non genus, in capitulo si eo tempore, de rescript. libro sexto. at prebendam, genus esse, non speciem, in capitu. ei cui, de prebend. eodem libro, quippe subnitur hoc totum ex ijs, que scribunt edocenter admodum, ⁊ explanate glos. Barto. ⁊ Paul. a castro, quibus nemo non assentitur, in lege legato generaliter. ff. de legat. i. glos. Barto. ceteriq; in. §. si generaliter. institu. eodem titulo. nimirum in generis,
31 ac speciei definitionibus, nobis, tum ciuilia, † tum canonica, ciuilium quasi succentiua, ⁊ emula iura profitentibus, cum dialectis non conuenire. quod vt intelligas, euolue, quas dialectici greci, eisagogas, introductiones latini vocant, lege Porphirium, de communibus quinq; vocibus, abs quo velut edituo excipiendi sunt primum, quicunq; in Aristotelis adita recipi, ac penetrare desiderant, lege Aristotelem quo
32 que ipsum in libro Topicon quarto, † reperies genus illis esse, idq; de pluribus specie discrepantibus dicitur, speciem, que de pluribus tantum numero differentibus predicatur, Hanc M. Tullius lib. topicorum etiam formam appellat. Nobis autem, inquiunt, glo. Barto. ⁊ Paulus a castro, genus est id totum, quod illi genus, ac speciem vocant. Ut si querenti cuipiam, quid est animal, hominem, equum, bouem, asinum, respondeas, Est illis animal, genus, nec illis tantum, sed ⁊ nobis quoque, id enim negari non potest, ceterum homo, equus, bos, asinus, species quidem est illis, at nobis genus, quum permulti sint, ac prope infiniti homines, equi, boues, asini. l. menius. §. duobus, ver. non idem respondetur. ff. de legat. ij. lege si vnus. §. sed si generaliter. ff. de pact. l. cum incertus, cum glos. i. l. legato generaliter. l. huiusmodi. §. si cui homo, ⁊ lege si seruus legatus. §. quum homo, cum glos. i. ff. de lega. i. l. heredes. §. si incerto. ff. famil. ercisciund. l. ij. §. i. ff. de verbo. obligatio. §. preter ea. ij. institu. de act. l. cum is qui Pamphilum. §. qui hominem. ff. de condict. in. d. l. iij. cum gl. i. ff. qui ⁊ a quib. manumis. l. ij. ver. sed ⁊ homine. ff. de opt. legat. Sic, vt ad rem nostram redeamus, interrogāti, quid est ecclesiasticum beneficium, si prebendam, animarum curam, prioratum, abbathiam, episcopatum, respondeas, est illis beneficium, genus, nec illis duntaxat, sed nobis etiam. Porro, prebenda, animarum cura, prioratus, abbatia, episcopatus, quum beneficij nomen retineant, species quidem sunt illis, Nobis autem genus, quandoquidem multe sunt prebende multe animarum cure, multi episcopatus, multe abbatie, multi prioratus, ⁊ ij quidem diuerse sortis, nec eiusdem omnes qualitatis. vt per glos. nullius non suffragijs receptam, ⁊ ab ipsomet Joan. andr. compositam, in. c. cum de beneficio. ij. respon. super
33 verb. prioratu. de prebend. lib. vi. † Propius etiam accedam vrgeboque acrius. aut igitur nostrum. i. iurisprofessorum morem emulari voluere, Joan. andr. Abba. panormi. ⁊ Fely. aut dialecticorum. si nostrum, cur beneficium cum cura, vel sine cura, nam hoc verborum conceptu, hac forma vtitur tex. cui innituntur, nempe. c. si eo tempore. de rescript. libr. vj. speciem esse contendunt, qui prebendam, genus esse doceant, sicuti profecto est non speciem ex. c. ei cui. de prebend. eo. lib. neque enim hec duo inter se discrepant, quis non videt, vt que beneficium quod proculdubio genus est, in obnoxia cure animarum, ⁊ nō obnoxia, sic ⁊ in prebendas, ⁊ nō prebendas, itideȝ, vt in prioratus, ⁊ non prioratus, in Abbatias, ⁊ non Abbatias, in episcopatus, ⁊ non episcopatus, diuiditur. Sin dialectice discipline ritum, cur prebendam, in. d. c. ei cui. genus esse dicunt, qui curam, ⁊ non curam, ex. d. c. si eo tempore, non genus, sed specieȝ esse assenerent, quum prebenda, non secus atq; aiaruȝ cura, vel nō cura, de pluribus tantuȝ numero discrepantibus predicetur eiusq; dn̄ia, possit ad caput generis, ⁊ quasi fontē referri? quanq; vt hic iocer aliquantulum vereri certe nonnihil debebant Jo. and. Ab. panor. ⁊ Fely. sand. ne quisq; ex illa dialecticoꝝ schola, interdicto cum ipsis, aut sacro iusto contenderet, aut ex iure manu consertuȝ vocaret, ꝙ in alienas, vt inquit. M. Tullius possessiones, irruerent, neue ipsos nostratiuȝ quispiaȝ perduellionis reos perageret, ꝙ ab hac quam profiterentur, iurisprudentia, desciscerent, eiusq; receptam causam desererent, ac proderent. vides ergo, iam enim desino iocari, vt in vtraq; disiunctionis parte Joan. andr. Abb. panor. ⁊ Fely. eludantur.
34 † Porro videntur etiam toto errare celo, dum affirmant, hoc mandato, prouideatur de prebenda, cum huiuscemodi quapiā adiectione sacerdotali, vel non sacerdotali, speciem contineri, ⁊ locuȝ esse. c. si eo tempore, quasi prebenda quidem genus sit, eiusq; due sint forme. i. species, vna sacerdotalium, altera non sacerdotalium, que sui generis, hoc est prebende nomen retineant. opinor enim si vnquam alias, hic me ipsos iam captos tenere. nam si prebendā, ob id genus esse arbitrantur, ꝙ in sacerdotales, ac minime sacerdotales diuidatur, quidnam cause est, cur animarum curaȝ, non genus asserant, sed speciem esse,
35 † quum eius appellatio partim ad parrochialeȝ, partiȝ ad collegialem pertineat, iuxta. c. statutum, de elect. lib. vj. Host. Joan. Cal. ⁊ Abb. panor. in. c. quod dei timorem, extra de stat. mona. in antiq. Joan. monac. c. in generali. de reg. iur. libr. vj. Lap. Jo. a lign. Do. a sanc. gem. Pet. anch. ⁊ Phyli. fran. in. c. cum illis. ij. ⁊. iij. col. de preb. eo. lib. quod iteȝ contendūt, hoc genus adiectionē, sacerdotali, vel nō sacerdotali, speciem esse, falsum est, more nostro, qui genus appellamus id quoq; quod de pluribus numero tantum discrepantibus predicatur, quum sub sacerdotalium verbo prebende multe, sub non sacerdotalium pluscule contineantur. alioqui seruo legato, promisso ve qui incertus sit, vnus nimirum ex multis, species legata, promissaue videbitur, non genus, eadem ratione, quasi homo genus sit, eiusque sint species due, vna seruorum, altera liberorum, que sui generis hoc est, hominis, nomen retineant. quod si dixerint illi, reclamabunt statim ipsis, atque acerbuȝ, ⁊ acre conuicium facient, text. innumeri, ex quorum maximo veluti populo ij duo haud dubie luculenti suffecerint, tex. in. l. si heres generaliter. ff. de lega. i. ⁊ in. §. si generaliter. insti. de leget. ⁊ quod Abba. ipsemet panormit. scribit, in capitulo indicante, extra. de testamen. dum refert, ac sequitur, glos. l. legato generaliter. ff. de lega. i. quid hic igitur facient Joan. andr. Abbat. Panormit. ⁊ Fely. quo se vertent, qua techna elabentur, Ubi nam effugium reperient, illic, opinor, opoy oi elaphi ta kerata apoballoysin. Quid quod ⁊ hanc opinionem abunde, plus, quam satis est, duo textus, refellunt, quorum venus est, in capit. quuȝ de beneficio. ij. respon. ibi. quen

do vero scribitur, vt prouideatur de aliquo priorato cum glos. super verb. seculari, de prebend. libro sexto. cuius intellectum, priusquam hinc digrediamur deo aspirante elucidabimus. alter est, quante supra bifariam induximus in capitu. eam te de rescript. extra, in antiq. adde rationes aliquot, quibus ꝗ mox referemus ex Anto. butr. ⁊ Joan. ab imol. solutionem, pauxillum ab hac dissidentem, refutabimus.

¶ Quarta solutio.

q Uartus enodandi huiusce nodi, etiam Gordiano implicatioris, modus, extundi potest, haud inepte ni fallor, ex verbis, Antoni. butri. ⁊ Joan. ab imol. xiiij. ⁊ xv. colum. in clemen. fin. de
36 rescrip. ea sunt huiusmodi, † Quum inquiunt pontificium mandatum exprimit, ac describit nonnullas beneficij, quod in gratiam hominis cuiuspiam conferri iubet, qualitates, quarum alie certam impetrantis etatis tempestiuitatem, alie minorem desiderant, necesse est, sub ipsum date literarum tempus, hūc annorum numerum qui exigitur, plenum esse, sic tamen, vt que plus cui requirit qualitas, alteram que minori etate contenta est, iam tum impletam, non impediat. quod genus est, inquiunt rescriptum illud, prouideatur Petro de beneficio cū cura vel sine cura, rursum illud, prebenda sacerdotalis, vel non sacerdotalis Petro conferatur. nempe hoc illud esse aiunt, quod vult, capitu. si eo tempore, de rescript. libro sexto
37 neque id profecto est, inquiunt absqꝫ ratione. † Nam si tu petas beneficium vnum alterum ve, ipsumque sic designes, vt eius qualitatem exprimas, necdum illius tamen per etatis immaturitatem aliam ve quamuis inhabilitatem sis capax, tunc temporis, quum petis, rescriptum, quippe surrepticium, quo ad illud dumtaxat, quod tibi capere non licet, non item quoad alterum, si forte super duobus, pluribus ve concedatur, ipso iure nullum est, per text. in clemen. i. ibi. gratia veluti surrepticia nullius penitus est momenti, de prebend. c. ij. in calce. de filijs presbyt. libro sexto. capitu. si motu. ibi veluti surrepticiam vires nolumus obtinere, de prebend. eodem lib. c. ad aures, vbi innocen. ⁊ item Joan. ab imol. penulti. nota. capi. constitutus. c. ad audientiam. ij. vbi glo. innocen. Joan. And. Abba. panormi. ⁊ Fely. xv. ⁊ xvi. colum. de rescript. extra, in antiq. Mari. sozi. in repet. c. postulasti. lx. colum. versicu. viij. principali articulo. Joan. ab imol. in cap. ad hec, vlt. nota. eodem titu. idcirco conualidari non potest, cuiuscunqꝫ temporis tractu, ne si postea quidem impedimentum cesset, ac iusta plenaque idoneitas, antequam factum eatur collatio ipsa, superueniat, arg. c. non firmatur, de regul. iur. libro sexto. siquidē inquiunt predicto in loco Antoni. butr. ⁊ Joan. ab imola quoties exprimis qualitatem beneficij quod petis, atqꝫ ita ipsum designas, videris ea restatim, eius te capacem esse, tunc etiā quum petis, asseuerare. quod cum ita non habeat. mandatū veluti per mendacem, falsamque assertionem concessum pec-
38 cat surreptione. † Quod vitium, subsit ne an non, quoad validinem, vel inualitudinem rescripti. tempus date, hoc est impetrationis, non aliud, inspicitur, quum tunc tantum, vt ita loquar, surripiatur, vt scribit Abba. panormi. in capitulo, dilectus. ij. columna secunda de prebend. per capitu. constitutus, extra de rescript. Joan. Andr. Antoni. butri. ⁊ Joan. ab imol. in capi. ad aures, eod. titu. hunc in modum expli-
39 cant illi. capit. si eo tempore, de rescript. lib. vj. † ex quo velut obiter eliciunt, prefato in loco, Anton. butr. ⁊ Joan. ab imo. nempe, in clemen. fin. xiiij. colum. de rescrip. posse in partē valere mandatum apostolicum, ⁊ in partem non valere, nimirum surreptione in vno articulo commissa, alterum ab illo discretū separatumqꝫ non viciante, vt quum ita scribitur, Petro de beneficio cum cura, vel absqꝫ cura prouideatur. qua de re multa per Abb. panor. ⁊ Fely. in. c. sedes. extra, de rescript. Anto. butr. in. c. exhibita, in fi. extra, de iudic. Abb. panor in. ca. ad dissoluendum, de despons. impube. cap. ceterum. ij. colū. de rescript. Fely. in. c. ad audientiam. ij. vlt. col. eod. titu. Ab. panor. in. c. ex literis ad fi. de fide instru. ⁊ in cle. j. vers. iij. lectura, de prebend. Joan. andr. Dominic. a sanct. gem. ⁊ itē Philip. franc. plenissime, in. d. c. si eo tempore, de rescript. libr. vj. lap. ⁊ Joan. fantu. in. d. capitu. ei cui, de prebend. eodem lib.
40 † Quum vero mandatur de beneficio cuipiam prouideri, non designatis vllo modo qualitatibus, verbigratia hec in verba, titio, de prebenda prouideatur. negant Antoni. but. ⁊ Joan. ab imol. surreptionis quidpiam rescripto inesse, quum mendax, falsa ve narratio nulla intercesserit, quin istiusmodi mandatum, vt pote, simplex, atqꝫ absolutum ciuiliter intelligendum est, de illo videlicet beneficio, cuius, is ipse pro quo scribitur capax, ⁊ idoneus reperietur, id temporis, dum collatio explicabitur, sic exponunt. d. c. ei cui, de prebend. lib. vi. aiunt enim, quum subest incapacitatis vitium, non etiam surrepticꝫnis, tum videri eum, qui rescribit, eiusce inhabilitatis, aut contra, disputationem, in id tempus reijcere, quo beneficium persone ipsi honorate applicabitur. cuius rei comprobande causa, vtuntur illi sanequam apposite, hoc argumento. si per hec verba testatoris cuiuspiam in testamento ascripta, titio quantum plurimum per legem accipere potest, tantum dari volo, vel ista, titio quam maximam partem ei dare possum. i. cuius est capax. heres meus dare damnas esto, tametsi presens tempus designare, non in futurum contendere videantur prima fronte, debetur id tamen, quod legatum est titio, si quando cunque post testatoris mortem inueniatur capax, tantumque ipsi relictum videtur, quantum capere poterit, quum plurimum poterit, ⁊ si non tantum potuerit, quum testamentum conderetur. iuxta lege si ita quis. in fronte, ibi. vtiqꝫ tunc, quum quandoqꝫ capere poterit, videtur ei relictum. ff. de legat. ij. cur non itidem dicemus, apostolico mandato hec, aliaqꝫ hoc genus in verba concepto, prouideatur titio de prebēda, licet huiuscemodi quampiam conditionem, si non expressam, certe tacitam contineat, si modo is capax est, cuius in gratia rescribitur. c. cum adeo. iuncta glo. postrema, de rescript. prebendam nihilominus, quam vacare primam in posterum contigerit, debitum iri titio, si modo sub ipsum vacationis tempus capax reperietur, quamuis eo die non sit, quo mandatum scribitur, presertim quum is, vt ita dicam genius ecclesiasticorum, cuiusuis generis, beneficiorum sit, vt non prius, quam vacent, collationi subiaceant. c. i. ⁊. ij. extra, de concess. prebend. quid plura, nimirum solutionis huius hec summa est, designationem qualitatis, vnius aut alterius, pluriumue, qua liquet, quale beneficium Papa conferri iubet, vt puta, curatum ne an non curatum, regulare, an seculare, sacerdotale, an non sacerdotale, hanc vim habere, vt ab ipso statim initio reddat eatenus mandatum surrepticium, atque ob id nullum ipso iure, quatenus, tunc temporis, quum data subscribitur, deest impetranti capacitas, que qualitatibus expressis respondeat, neqꝫ quicquam prodesse, si postea superueniat. d. capitu. si eo tempore. j. ⁊. ij. respon. de rescript. libro sexto. contra, beneficij, de quo prouideri precipitur, qualitatum taciturnitatem, in hoc valere, vt arceat surreptionem, ⁊ impetrantis habilitatem, non nisi sub collationis explicande tempus, desideret. d. c. ei cui. vers. si nondum, de preben. eod. lib.

¶ Quarte solutionis refutamentum.

b Ec Anto. butr. ⁊ Joan. ab imol. solutio, eandem fere cantilenam, canit eodēqꝫ recidit, quo superior illa, Jo. and. Ab. panor. ⁊ Fely. sand. ꝗ proxime rettulimus, nisi, ꝙ illa speciem ac genus vocat inepte. quod hec consultius paulo, atqꝫ circunspectius qualitatum designationē, ac non designationē appellat, sed vtranqꝫ tamen diluunt ac refellunt. Joan. a ligna. in clem. fi. de rescrip. Joan. fantu. Philip. franc. ⁊ ipsemet Joan. ab imol. sui oblitus, in. d. c. ei cui, de preb. libro sexto. nimirū du-
41 plici potissimum ratione. † Prior est huiuscemodi. mandatum, iquiunt, apostolicum iubens impetranti cuipiam prouideri, de prebenda Ecclesie cuiusdam, in qua sunt sacerdotales pariter ac non sacerdotales prebende, quamuis de his qualitatibus verbū nullū ꝯtineat, equipollet tamen rescripto, cui inserta sit hec, alia ve id genus adiectio siue sacerdotalē, siue nō sacerdotalē, primo vacare ꝯtigerit. qđ ita esse vel illud abunde sat argumenti putant, ꝙ vtraque forma, ēt sacerdotalem comprehendat, non hec tantū, sed ⁊ illa quoque, modo ei, cuius in gratiam scribitur per annorum maturitatem sacerdotium inire liceat, per text. in. d. c. ei cui, a contrario sensu quem inibi Joan. and. Dominic. a sanct. gemi. lap. Joan. a ligna. Petr. ancha. Joan. ab imol. Phylip. fran. denique nulli non adnotant, de preb. li. vj. qđ igitur cause est, inquiunt, cur Ant. bu. Jo. ab imol. coꝝ qui assertores, expressis in mādato be

neficij

neficij qualitatibus hec in verba, prouideas titio de prebenda sacerdotali, vel non sacerdotali, capacitatem exigant, etiã sub initium ipsum, videlicet, quum data subscribitur, per.d.c.si eo tempore, de rescrip.lib.vj.non adiectis vero qualitatibus, satis esse arbitrentur, si tum adsit idoneitas, dum collatio explicanda est, per.d.c.ei cui, de preben.eod.lib. cur nõ hic quoq3 sub date literarum tempus, habilitatem desiderant, quorsum hec varietas, si vtraque forma ide3 pollet, vt modo edocuimus hoc est, si hec qualitates tacite insunt, atque ob id superuacua est earum designatio.l.hec verba.ff.de legat.i.l.non recte.C.de
42 fideiusso.⁊ quod nota in.c.ij.de elect.lib.vi. † altera item ratio est hunc in modum.illud in expedito est, inquiunt, surreptionem tum induci, quum id tacetur, cuius expressione fieret, ne tam leuis, tam prona, tam procliuis esset concessio.c.postulasti in verb.de leui.vbi Fely.ij.col.⁊ in.c.super literis.iij.colum. de rescrip.extra, in antiq.deinde contendunt, vero similius esse impetranti abnegatum iri rescriptum in ea forma, que sacerdotalem prebendam comprehendat ⁊ includat, cuiusmodi etiam illa est, que qualitatis huius non meminit, itidem prorsum, vt illa, que meminit, sicuti iam dictum est, si defectum etatis nondũ sacerdotio mature nõ celet, neque dissimulet.postremo ita concludũt, ergo mãdatũ, siue qualitatũ designationẽ ɔtineat, siue nõ ɔtineat, vtrocunque mõ, surreptitiũ est, nisi tunc temporis adsit habilitas, quum data subscribitur. quanquam haud me clam est Anton.butr.⁊ Joan.ab imol. in.d.cle.si.de rescrip. obnixe operam dare, vt has rationes subuertant, sed oleum, atque operam perdunt, vt inquit plautus, ⁊ omnia que inibi ad astruendam suam opinionem scribunt, frigida sunt supra modũ atque idonea, que Neronianas thermas, vt ille martialis rhetor, refrigerent.quibus adscribendis nunc, q2 in promptu sunt, supersedeo.quin ⁊ ego ipse libenter ab Anto.butr.⁊ Joan.ab imol.quesierim, quonam astu eludent cap. quum de beneficio. ij.resp.ibi.quando vero scribitur, de prebend.lib.vj.⁊ item.c. eam te, inductu3 supra duobus modis.extra, de rescrip.que impetrantis capacitatem sub id etiam tempus requirunt, quo rescribitur.i.quo literis data imprimitur, quamuis mandatum simpliciter atque absolute priorátum aliquem, sine vlla huiusce modi qualitatum, secularem, vel regularem, designatione, aut prebendam, conferri precipiat. equidem non video, quidnam comminisci possint apposite, quo hec argumenta declinent, ⁊ amoliantur. hic rursum ipsos hilariter rogauerim, numquid referre putent, prebendam ne, an beneficium prebendale, papa conferri iubeat. opinor, si sue ipsos solutionis nondum penitet, dicent hoc interesse, quod quum de prebenda, cuipia3 prouideri precipitur satis est, sub expediunde collationis tempus, capacem eum fore, cuius in gratiam precipitur, per.d.c.ei cui de prebend.lib.vj. quum vero iubetur beneficium prebendale conferri, necesse est, id temporis etiam, quum data rescripto apponitur, idoneitatem legitimam subesse, nimirum ob expressionem huiusce qualitatis, prebendale, vt quum illa, curatum, exprimitur.iuxta.d.c.si eo tempore. de rescript.eodem libro.sed hoc discrimen, vt reijciam, reprobemque, suadet optimus text. in capitu.dilectus.ij.extra de prebend. quippe qui prebendale beneficium vocet in calce, hoc ipsum, quod in fronte pariter atque in progressu, prebendam appellauerat, cui adde.c.capitulum sancte crucis, extra, de rescrip.possem ⁊ alia id genus multa huc adferre, quibus id abunde, nisi fallor, euincere3, sed victoriam quero, non victorie satietatem. quocirca nihil est, q2 iam dubites, quin hanc Antoni.butr.⁊ Joan.ab imol.solutionem, neque hanc dumtaxat, sed ⁊ illam quoq3, Joan.and.Ab. panormi.⁊ Feli.sand. nuper a nobis explicatam, que huic erroris ⁊ hallucinationis poculum propinauit quod omni cum modestia dictum velim ablegari, explodiq3 oporteat.

¶ Quinta solutio.

Est ⁊ alia nimirum quinta

dissentiende huius caliginis, quam Antinomiaista, errorum satrix, ac tenebrarum, plusquam cim-
43 merarium plena, circunfudit, ratio. † Hanc veluti consignatam reliquit flo.in scholijs, que edidit.in clemen.fin.de rescript.ea est huiuscemodi, quum Pape imperio conferri iubetur beneficium, cuius omnia, quotquot sunt, supposita, vt ipsius verbo vtar, in ea causa sunt, vt ne vnius quidem ex ipsis capax sit, cuius in gratiam scribitur, tunc temporis, quum data rescripto inseritur mandatum ab ipso statim initio nullum est prorsus, idcirco effectum sortiri non potest, ne si capacitas quide3 postea, temporis processu accesserit. hunc in modum intellexit flo.c.si eo tempore, de rescript.libro sexto.cuius ex priore responso, exemplum vnum proposuisse mihi visus est hoc sensu. si quis, quum nondum etatis annum vigesimum quintum ingressus sit, apostolicam super beneficio animarum cure obnoxio gratiam obtineat, non valet a principio gratia, nec spes vlla subesse potest, quantumuis longa diuturnitate ipsam confirmatum iri.quandoquidem cuncta que vocant, supposita, eiusce, quod impetratur, beneficij, nempe, omnes animaru3 cure, quotquot sunt vspiam gentium locorum ve, sub impetrationis tempus, eiuscemodi sunt, vt ea impetranti tunc capere non liceat ob annorum penuriam capitu.quum in cunctis. §.inferiora, de elect.in antiq. Nec dubito, quin ⁊ idem senserit flo. quum quis nondum etatem simplicibus beneficijs tempestiuam natus, impetrat simplex.i.minime curatum, eadem nimirum ratione, iuxta dicto capitulo si eo tempore, posteriore responso, ibi. beneficium autem sine cura, quum ad ipsum sufficientem tunc etatem haberes, licite poteris obtinere, a contrario sensu, de rescript.libro sexto. Tu, velim, hic perpendas, num ⁊ hoc exemplum, licet a flo. pretermissum, possit huc apposite torqueri ad astruendam flo. auctoritatem,
44 † si quis nondum exuto laicatu, necdum excepta tonsura, clericatus ve3 auspicatũ, põtificiũ mãdatũ in fauorẽ sui obtineat, q2 nullius oĩno, cuiusuis generis bñficij capax est, cũ lr̃is data interit, nihil iuuat idoneitas, nẽpe tõsure adeptio, que postea superueniat, per text.in capitu.ex literis ibi, nondum fuisse tonsuratum, quum literas istas obtinuit, vbi glo.fin.⁊ Abb. panormi.in.v.nota.⁊ item in calce, extra, de transact. Abb.panormi.andr.sicul.Dominic.⁊ Fely.sand.obtrectantes, ⁊ quidem iuste, compost.in.c.quum adeo, de rescript. Joan.and. ad not.in specul. titu.de actio.seu peti.§.super petitionibus. versic. sed nunquid scholaris, quo in loco specul. contra sententientem cum clemente Papa quarto, non inique taxat, ⁊ in transitu perstringit. Huc adde Abba.panormi. in extremo nota. ⁊ Cardi. atq3 item Fely.pene in frontispicio commentationum suarum in capit.dudum, extra, de presumpt.quum vero aliquis per apostolicum mandatum erigitur in spem habendi, potiundiq3 cuiuspiam beneficij, cuius ex suppositis aliqua eiusmodi sunt, vt ea tunc statim quum data subnotatur, impetranti, ob inhabilitatem, capere non liceat, alia in eo iure sunt, vt capi tunc etiam possint, gratia non est nulla, sed effectum sortiri potest, ⁊ consummari, non in eo tantum subiecto, quod vel a principio capi potuit, sed ⁊ in eo quoq3, quod tunc capi non potuit, modo nihil officiat, nihilue tum sit nocumento, quum consummatio ipsa.i.collatio explicatum ibitur.sic enucleat flo. predicto in loco.capit.ei cui prouideri.de prebend.libro sexto.nimirum motus arg.l.qui decem.§.stichũ versicu.sed ei qui hominem dari stipulatus est.ff.de solut. Hoc ego sic explico, ne quis habeat, quod desideret. cui per annorum inopiam, defectum ve, sacerdotalem prebendam capere non licet, quum tamen ipsi per etatis tempestiuitatem, non sacerdotalem, obtinere liceat si mandatum pontificium nanciscatur super aliqua prebenda, simpliciter atq3 absolute, valet huiusmodi rescriptum, ⁊ executioni mandari potest, non solum in prebenda non sacerdotali, que iam inde a primo impetrationis articulo capi potuit, sed in sacerdotali etiam, quamuis tunc capi non potuerit, modo ne tum adhuc persistat inhabilitas, quum ipsius collatio expedietur.d.ca. ei cui vers.si nondum, a contra.sensu.

¶ Quinte solutionis reprobatio.

Et hec ingeniosa quidem

non inficior, ⁊ subtilitatis plena, flo.solutio, sed absit hoc tamen, absit, vt ego ipsi me subscriba3. quippe non vera est.quod enim, amabo si quis etatem beneficio animar cure nõ experti immaturã, experti vero maturã idoneãq3 natus, ab apostolica sede mãdatũ impetret, sub hac distinctione, vt sibi de beneficio cũ cura, vel sine cura prouideat, nõne suppositor, vtar hoc vocabulo iurisperitis recentioribus arridenti, tantisper, dum melius inuenero, nonne inq3 suppositorum quedam eiusmodi sunt, vt ab impetrãte capi confestim queant, expleto nimir iam illo annor numero, quẽ requirunt, quedam

contra, vt nequeant, negari hoc certe non potest. atqui rescriptum tamen istiusmodi, nempe, prouideatur titio de cura, vel non cura, vim nullam habiturum est vnquam, quod ad id beneficium attinet, cuius is ipse, qui impetrat, capax tunc non est, quum impetrat, ne si postea quidem capax esse incipiat, quod autem ad illud pertinet, quod ab eo, cuius in gratiam scribitur, obtineri iam tum potest, quum literis data inseritur, effectum sortietur plene, quum occasio .i. vacatio sese obtulerit. hoc enim docet apertissime text. non satis, vt oportuit, excussus a Flo. nec sane intellectus. in. d. c. si eo tempore. ibi de beneficio cum cura, vel sine cura mandamus prouideri. iunct. i. ⁊ ij. respon. de rescript. libro sexto. atqꝫ ita suomet pugione iugulatur Flo. suopte inuento reuincitur. quid item si clerico cuiquaꝫ seculari mandatum pontificium spem adipiscendi cuiuspiaꝫ prioratus iniiciat. non ne is ipse, cui papa vult prouisum iri, secularis prioratus inoffense obtinendi, sub tempus impetrationis, habet protestatem, ceterum regularis non habet, nihil profecto verius capitu. possessiones. ij. resp. extra de reb. eccl. alienand. vel non in antiq. at enim gratia ista consummari non poterit vnquam in regulari prioratu, quippe quem impetratori tunc temporis, quum impetraret, cape non licuerit. c. quum de beneficio. ij. respon. ibi. quando vero scribitur. de prebend. libro sexto. quid est igitur, quod sibi vult Flo. in. d. clemen. fina. de rescript. dum explicare summa ope conatur. c. ei cui de preben. libro sexto. cuius interpretationi preter illa, que modo accinimus, vide num etiam negocium facessat text. a nobis iam superius bifariam inductus, nempe. c. eam te. de rescrip. extra. in antiq. quocirca nego bimembrem istam Flo. distinctionem posse defendi aut si posse contendis, cedo arbitrum quem uis eorum iuris interpretum quoruꝫ auctoritas velut irrefragabilis, ac prope dixerim sac. sanc. est.

¶ Sexta solutio.

q Uid quod ⁊ aliaꝫ euellendi huiusce scrupuli rationem, que sexta fuerit, docet Joan. andr. in. iij. glo. predicti. c. ei cui prouideri super verb. nondum, in. iij. solutione, nam tres ibidem adscribit, quarum iam duas explicui, de prebend. libro sexto. cui adstipulantur eodem in loco. Joan. monach. ⁊ item Pet. anch. aiunt enim subesse postulatoris capacitatem, sub date literaruꝫ tempus oportere, si modo ea res pontificiam gratiam non impediat, quin vel ex toto, vel saltem aliqua ex parte rata futura sit, ac non nihil valitura, veluti, quum sub hac disiunctione cū cura, vel sine cura beneficium cuipiam conferri precipitur, isqꝫ cuius in fauorem precipitur, curam animarum obire tunc non potest per etatem, sed non curam potest, quia futurum est quorsum tandem fluxerit, aut quocunqꝫ res ceciderit, vti mandatum, saltem in non cura effectum sortiatur aliquando, nec pereat. hanc ob causam inquiunt quicquid aut habilitatis, aut inhabililtatis, adest a primo impetrationis articulo, id vel profuturum, vel obfuturum est, qui postea cunqꝫ habitus contigerit. hunc in modum declarant. d. c. si eo tempore, de rescript. libro sexto. neqꝫ hinc abludit, vt mihi quidem videtur, quin appositissime concinit. c. quum de beneficio, versi. quando vero, de prebend. eod. lib. sin peritura omnino est gratia, si tam ad viuum reseces, quod aiunt vt impetratoris aptitudinem requiras, sub id temporis protinus quo rescriptum e cancellaria apostolica emititur, satis est, inquiunt ne mandatum penitus corruat, tunc demum adfore capacitatem, quum collatio explicabitur, atqꝫ ita intelligunt, ⁊ text. ⁊ exemplum. d. c. ei cui, de prebend. libro sexto.

¶ Sexte solutionis confutatio.

p Udet hic me profecto pudet, misere tqꝫ distinctionis huius ab Joan. andr. Joan. monac. ⁊ Petr. ancha. asserte, cui laqueum mandant, vt ait ille, ac medium vnguem ostendunt. Joan. fanti. Domini. a sanct. gemi. Philip. franc. ⁊ alij quoqꝫ, in. d. c. ei cui, neqꝫ id certe iniuria, quippe quum alicui prebenda simpliciter atqꝫ absolute conferri iubetur, iuxta formam in. d. c. ei cui, adscriptam, isqꝫ cuius in gratiam iubetur, eius etatis est, que nondum per pontificum decreta saderdotium admittit. futurum est hic quoqꝫ, si totam habilitatis disceptationem, in date tempus reijcias, vt rescriptum saltem in non sacerdotali prebenda effectum habeat itidem prorsum, vt quum sub hac disiunctione, cum cura, vel sine cura beneficium conferri precipitur, iuxta. d. c. si eo tempore. de rescript. libro sexto, quanquam Joan. andr. nuper allegatus, vt hunc veluti scrupulum amoueat, finge inquit, dum expendis thema, predicti capit. ei cui prebendas omnes, quotquot sunt, sacerdotales esse. ita ne vero, vt rescripti validitatem vel inualiditatem, hoc est, vim omnem, ⁊ omne robur, aut secus aduentitijs casibus metiamur. contra. l. Julianus. ver. nec enim aduentitij casus computandi sunt. ff. qui ⁊ a quib. manu. libe. non fiunt, apagesis istas ineptias. Apage istam varietatem, ab Joanne quidem Andrea primum inuentam, ⁊ ab Joan. mona. ⁊ Petr. ancha. receptaꝫ vt dixi, sed que tamen, quum alijs ex multis, tum ex ca. ex literis, de transact. ⁊ item. c. eam te, de rescrip. extra. subruitur.

¶ Septima solutio.

e At tibi alium recentem ac nouum, suaqꝫ palestra, suopte marte inuentū, Antinomie huius diluende modum, qui septimus fuerit, pollicetur, ac spondet, vltronea sponte Joan. a ligna. in. d. cap. ei cui, de prebend. libro sexto. qui, vt fidem suam liberet, ꝑ magni interest, inquit, mandatum ne generale, sit an disiunctiuum, ad species relatum. quandaquidem hac posteriore forma

45 videlicet, † Quum sub alternatione in literis species designantur hoc pacto, prouideas Petro de beneficio cum cura, vel sine cura, capacem esse illum, pro quo scribitur, ab ipso statim initio, nempe, sub date tempus necesse est, nec aliquantulum iuuat idoneitas, que postea interim dum vacatio, dum ve collatio est in expectatione, superuenerit, per. d. c. si eo tempore, de rescrip. libro sexto. illa vero priore forma, quum generale est rescriptum, verbigratia. in hunc modum, prouideas titio de prebenda, sine hac expressione, sacerdotali, vel non sacerdotali, alia ve id genus adiectione, non minus prodest aptitudo, vt ita loquar, ⁊ habilitas que post literarum datam, appetente iam, ac velut instante vacationis aut collationis articulo accesserit, quam que iam suberat tunc temporis, quum rescriptuꝫ esset adhuc sub incude, quod aiunt, necdum e cancellaria pontificia euolasset, per. d. c. ei cui, de preben. lib. vj. hanc sue opinionis summam, exemplo stipulationum, legatorum, pactionū

46 aliorum ve hoc genus contractuum defendit, ac tuetur. † quippe, inquit, nulli nō in expedito est, in omnibus vel inter viuos, vel non inter viuos, actionibus ⁊ commercijs, que sub alternatiuo rerum conceptu fiunt. i. sub disiunctione, hunc puta, in modum, illud aut illud do lego, illud aut illud promitto, quia species vtraqꝫ ab initio statim est obligatione, iuxta. l. illud aut illud, in verb. debuit. vbi glo. Bart. salice. Paul. a cast. ff. de cōstit. pecu. l. quum hereditas. §. fi. ibi, non sine stipulatoris fraude stichum manumisit, vbi gl. super verb. stipulatoris, atqꝫ iteꝫ ver. rescinditur. ff. qui ⁊ a quib. manumis. l. grece. §. si quis stichum, in ver. obligatione, ⁊ ibi glo. verbo. stichum, in fine. ff. de fideiusso. l. ⁊ si sine, in princip. ibi. duas res promiserit illam aut illam, cuꝫ gl. ff. de minorib. glo. in. l. ei apud quem. §. j. vers. ꝙ si de pluribus. ff. deposi. Bartol. ac fere omnes in. l. ij. §. j. ff. de verborum obligatio. quis alterutram, solui sufficiat. l. si quis seruum. §. si ita legetur, ⁊. l. si illud aut illud, ⁊ vtrobiqꝫ glos. Bartholus, Bald. ⁊ Paulus a castro. ff. de lega. ij. l. quum illud, inibiqꝫ glos. ⁊ Bartholus. ff. quando dies lega. ced. non aliud, quam contracte obligationis tempus in consideratione habendum esse, quo dignoscatur. sit ne tum stipulator, aut legatarius capax vtriusqꝫ speciei, que sibi legata, que ve promissa est, an nō, vt si alterius quidē, tūc tēporis capax sit alterius nō sit, ob id fortasse, ꝙ eiusdeꝫ rei dominiuꝫ iaꝫ tū habeat. iuxta. l. si rem meam. l. scire debemus. §. fina. ⁊. l. nemo rem suam. ff. de verbor. obligatio. hec ipsa, cuius capax non sit, obligatione nimirum in eam tunc non ꝯsistente, solui non possit, etiam si post id tempus, interea, dum solutio esset in expectatione, super adfuerit capacitas, vt qꝫ forte res ipsa stipulatoris, aut legatarij esse desierit lege si duo rei versicu. eadem ratione, vbi Bartolus, Baldus. Angel. Paul. a castro. ⁊ Alexand. ff. de verborum obligatio. lege qui decem. §. stichum primo respon. ⁊ ibi glos. Bartolus. Baldus, ⁊ Paul. a castro. ff. de solu. ⁊ liber. Barto. ⁊ Paul. a castro. Rapha. commens. Alexand. ⁊ Jaso. in

so.in.l.si stichum,in fronte.ff.de verbo.obliga.neqꝫ admodum hinc dissidet id quod habetur,in.l.eum qui ita.§.qui sibi, ad fin.⁊.l.si ita stipulatus fuero.§.grisogonus.versic.sed quod pa
47 trono.ff.eodem titulo.† Quin ⁊ illud itidem in cōfesso est apud omnes.inquit Joannes a ligna.ex omni vel testamento, vel cōtractu, quo genus continetur, absqꝫ vlla specierum enumeratione,hunc admodum puta, hominem do lego,hominem promitto,quum nulla quidem generis illius species ab initio ipso sit in obligatione, sed vna tantum aliqua insolutione sit que posteaquam soluta est, fingitur retro fuisse in obligatione, iuxta legē quum incertus, ⁊ ibi glo. Barto. Bald. Pau.a castro.Alexand.⁊ iaso.ff.de lega.i.iuncta.l.si vnus.§.sed si generaliter, cum glo.vbi Barto. Bald. Paul.a castro ⁊ Jaso.ff.de pact.Barto.⁊ omnes.in.d.l.ij.§.i.ff.de verbo. oblig. Pau.a castro.in.l.si is cui.ff.de legat.ij.glos.Barto. Paul. a castro.⁊ Jaso.in lege quum is qui pamphilum.§.fin.ff.de cōdict.indebi.§.preterea. vbi Nicol.a Neapo.inst.de actioni. Joan.fab.Nicol.a Neap.⁊ Jaso.in.§.in bonefidei.super gl. verbo.iure aperto. institu.eodem titulo. Paul.a castro.in.l. illud.ff.de const.pecu.vt ne dicam,id esse, quod sibi volunt.l. menius.§.duobus in hijs verb.hominis enim legatum orationis compendio singulos homines cōtinet,vt illic per gl. Bar. Bal.⁊ Pau.a castro.ff.de lega.ij.l.iij.in calce.ff.qui ⁊ a quib. manumis.⁊ item lege,⁊ per iusiurandum.§.si is qui hominem. in verbo.totam obligationem.ff.de acceptil.non aliud, quam expediunde solutionis tempus spectandum esse, quo diiudicetur. sic ne tum stipulator aut legatarius capax eius ipsius speciei,que solutum itur,vt generis legato stipulatione ve satisfaciet, an non,vt si eius quidem capax sit tunc temporis, nempe, quum solutio explicatur, recte hanc accipiat, eiqꝫ soluatur,etiam inuito, quamuis antea illius eiusdem capax non esset, tunc videlicet, quum legati verba, stipulationis ve conciperentur, ob id forte, quod eius speciei tunc esset dominus, postea esse desierit lege qui decem.§.stichum.ij.⁊.iij.resp. vbi glo. Barto. Bald.⁊ Paul.a castro.⁊.l.si quis duos,in princip.ff.de solut. quod minime inficiantur, ⁊ si moderationes aliquot adiiciant,dy.And.a pis.Petr.a bell.per Barto.in.ij. ⁊.iij.oppos.iij.part.Bald.⁊ Paul.a castro post glo.in.d.l. menius.§.duobus.per illum text.in versic.non idem respondetur.ff.de legat.ij.Barto.⁊ Pau.a castr.in.d.l.si duo rei,⁊ in.l.si stichum,vbi etiam Rapha.comens.⁊ Alexa.ff.de verb. obliga.hac ratione,frigidius quidem ab illo, sed a nobis tamen vberius,aliquanto,pleniusqꝫ,quoad licuit, ac potuimus, explicata,cōprobataqꝫ, satis existimat liquere Joan.a ligna. vir alioqui omnium in disputando acerrimus.atqꝫ aurem, vt inquit persius,mordaci lotus aceto,a contractibus, vel testamentis,mandata hec apostolica nihilo differre,quod ad hanc modo questionem atinet, quam nunc edisserimus nempe, vt quum illic, ab initio ipso contracte obligationis capacitas requiritur, hic a tempore date.i.impetrationis, quod omnium primum est,porro quū illic sub explicande solutionis tempus hic sub horam expediunde collationis, quam non absurde solutionem vocaueris, exigatur.hac velut industria sua, et animaduersione,putat,Joan.a ligna.c.si eo tempore.de rescript. ⁊.c.ei cui, de prebend.libro sexto.in gratiam reduxisse. quam ob rem,perinde quasi Babylonas ceperit,aut argiūclypeum detraxerit,abstuleritque, ita gestit,exultat, superbit, gloriatur,ac serio triumphat.

¶ Hic septima solutio
refellitur.

b Ic mihi obsecro perpende,num circa calumnie vitium fecero.citraqꝫ Sycophantice obseruationis crimen abs quo mea semper natura vehementer abhorruit, si Joan.a ligna. virum alioqui circunspectum exactumqꝫ interpretem, triplici nota aspersero. prima vanitatis,qui hanc solutionē pro recenti,nouaque ⁊ a se primum reperta,nullo preeunte magistro,exhibuerit,que olim iam luculenter ab alijs prescripta fuerit. Nam si hanc ipsam,de qua nunc agimus, Joan.a ligna.distinctionem sedulo contuleris cum illa, Joan.andr.Abb.panormi. ⁊ Fely.sand.quam pro tertia vt meminisse videmur,antinomie huius explicatione, supra rettulimus,inuenies, nihil prorsus alteram ab altera discrepare, nihil differre inuicem sed ambas eodem modulo tibiam inflare, quod aiunt,⁊ iisdem rhythmis ac numeris cantitare,vt non iam due videri debeant, sed vna, tametsi tuende fulciendeqꝫ ipsius causa diuersas rationes, alij alias,certatim pro se quisque conferant. Altera inconstantie, ac leuitatis, qui huiusce opinionis ab Joan.andr. primum,vt diximus,dein ab Abb.panormi.⁊ Feli.sand. asserte summaꝫ approbarit.in.d.c.ei cui,de prebend.libro sexto.quaꝫ ipse. in clemen.fin.de rescript.cum altera,item Anto. butr. superius recitata, ⁊ huic concinente,haud scio,an sui oblitus, quasique ab asino,vt dicitur,delapsus,an pertesus,sed tamen vel postea
tum subest defectus atq; inhabilitas persone stipulatricis, quum stipulatio ipsa concipitur, non valet, nec ab ipso quidez verborum conceptus initio, nec vnquam confirmabitur, & si nocumentum istud omne, habilitatis superuentu, tum euanuerit, quum adscripta conditio extiterit. atq; hoc quidem cõtendet probare textum expressissimum, in.l.vsufructus, vbi Barto. tum in vlt. nota. tum penul. oppo. & item Bald.ff.de stipul. seruo.glo.ij.in.l.existimo, vbi Barto. Angel. Joann. ab imol. & Paul. a castr.ff.de verbo. oblig. Barto. Ludoui. Roma. Paul. a castr. Alexan. ab imol. & ias. in.l.si rem meam.ff.eodem tit. Joan. fab. in.§.i. instit. de inutil. stipul. adde.
82 l.si minor. atque inibi. Bald.ff.de seruis export. † Quando quidem inquit.d.l.vsufructus, sub finem, ex tempore presenti vires accipere oportet stipulationem, & si ex ea petitio suspensa sit. Sin res ipsa, hoc est. beneficium, in causa est, quo minus possit ex mandato, cui voluit Papa, conferri pro re nata, nimirum ob aliquam sui qualitatem, concludet ille, idem prorsus in hac specie, scilicet, quum res impedimento est, dicendum fore, quod in illa, cuius modo meminimus, nẽpe quũ persona, cuius in gratiam mandatum rescribitur, nocumento est. quando & in stipulatione idem concludunt ij, quos nuper citauimus. quippe qui susq; deq; habeant, ne res in contractum deducta, an stipulatrix persona defectum aliquez patiatur, vt qui ab ipso statim principio nullus est contractus, eam ob causam, is nunquam postea conualidetur ne si obstaculum quidem omne, sub ipsum conditionis euentum longe facessiuerit per.l.inter stipulantem.§.sacraz.ff.de verbo. oblig.
83 † Neque enim nouum est apostolicas gratias, stipulationibus, alijsq; item contractibus equiparare, quum & Joan. a ligna. in cle. si. de rescrip. & alij deinceps permulti comparauerint. hunc in modum subruere aliquis distinctionez nostrã tentabit, quam vt odiosiorem faciat, clamabit (opinor) efficacissimum inter prima, omniumque valentissimum esse hoc argumenti genus, aut persona impedimento est, aut res, atque id esse scilicet quod dialectici greci appellant diaxeygmenon axioma nos (vt in atticis noctibus interpretatur gellius) disiũctum prologuium vocamus.

¶ Argumentum quintum.

b Uc item aderit & alius q[ui]spiam Areopagites, aut aristarchus, qui se mihi oblocutorem prestabit acerrimuz ibitque inficias, quam pertinacissime poterit, capacitatis, aut secus disputationem, qõnemque, ad eum ipsum pertinere, cuius in gratiã pontificiuz mandatum super beneficio aliquo indultum fuerit, nec vllaz in eo habilitatẽ requiret, vt nõ reliquis quidem temporibus, ita nec illis etiaz, quibus aut data rescripto subnotetur, aut vacatio incurrat, aut collatio factum eatur, nimirum quasi hunc papa canonibus soluisse, hoc est, dispensasse videatur. atq; huc quidẽ aduocabit extremaz illaz coronidez, nisi hoc in literis caueatur expresse, qua scilicet textus.c.quum de beneficio, de prebend. & dignitat. lib. vj. clauditur, quippe que preeunti vers. coniuncta, probet, mandato sub hac verboꝝ forma concepto, prouideatur titio seculari clerico de prioratu aliquo regulari, titiuz quamuis vtroque impetrationis pariter atque collationis, omnique etiam tempore secularẽ hominem, posse nihilominus prioratum regularem quamprimum vacatio sese obtulerit, plane adipisci.

b Js atque id genus alijs rationum mucronibus distinctionem meam (cur enim non meam appellabo, quam nullus ante me, quod sciam, ita contexuit,) sauciare, his tam crebris doctoralium authoritatum telis labefactare, his & huiuscemodi argumentorum, subtilitatumque missilibus confodere pulchre sibi videbuntur, qui rectum nihil esse putant, nisi quod ipsi faciunt, dicunt ve, quorum maxima turba est. quid hic agaz igitur? quo me vertam? quo astu eludam? qua vi repellam spicula ista, ne me sternant, & conficiant? An ego cum tam confertis simul & instructis, atque accinctis argumentoꝝ copijs aperto marte, instaque acie conflictabor? an ceu populabundus, aliquot agminis istius partes, nunc hac, nunc illac assiliens, incursionibus incessere aggrediar? Equidem spero, priusquam hinc discedam a vobis (o viri percelebres) fore vt imbellis ego, & ignauus miles, haud egre tamen copias omnes istas proculcem, omnes istas volitationes cassas, & languidas, atque innocuas reddam, omniaque istiusmodi iacula ita retundaz vt distinctionis mee iugulum consauciare non possint, aut si possint tumultu magisquam vulnere aliquo consaucient. ergo agedum (amabo) expende, si vacat, neque molestum est, id quod subsequitur.

¶ Argumenti primi confutatio.

i Am quod ad primũ illud
84 argumentum attinet, † cuius vis, & summa omnis, ex cle. si. de rescrip. desumitur, tantum abest, vt officiat sententie nostre, vt eam adiuuet etiam, & maximopere corroboret. hoc vt tibi persuadeas, finge mandatum e pontificia cancellaria exijsse sub eiuscemodi forma que tot verbis concepta sit, & ijs quidem talibus, aut certe non disparibus, quot qualiaq; habet tex.d.cle.si. nempe, conferatur titio beneficium vacaturum. vel ita, prouideatur de beneficio vacaturo. tum disce, sub tam absoluta sermonis breuitate, duo quedam esse, que singulariter ac per se consideranda sint, ac diiudicanda. Nec te lateat, eorum vnum esse quod subiectum (aut si mauis) substantiam quasiq; corpus beneficij appellãt, alterum quod subiecti qualitatem, cuiuscemodi est vacatio iam
85 iam creati beneficij. † Etenim sine hoc subiecto qualitas illa esse non potest. Nec te item fugiat participium illud, vacaturo, futurum tempus designans, non ad substantiam pertinere, sed ad qualitatez, verbaque adeo ista, prouideatur de beneficio vacaturo, perinde omnino esse vt illa, prouideatur de iam subsistente, iam nato, iam creato, si quod in futurum vacabit, vtrocunq; enim modo rescriptum texatur, siue hoc, siue illo, per hanc dictionem, vacaturo, aliam ve id genus consimilem, qualitas ipsa, que vacatio est, in postfuturum tempus rejicitur, substantia vero non rejicitur, neq; suspenditur, quin potius ex simplici, nec dilatoria oratione confertur in presentem diem, haud secus, ac si subiectum non esset vocabulum, quod est, vacaturo, aliud ve quoduis, neutiquam absimile, arg.l.si. §.qui indiuisam. vbi glo. super verb. communes.ff.de legat.ij. l.a filio.§.j.ff.de aliment. & ciba. lega.l.si quis legauerit.ff.de
86 auro & argen. legat. † Idcirco sub neutra forma comprehenditur beneficium, quod nusquam est, sub horam date literarum, licet postea creetur, & subsistentiam accipiat, sed id tantum continetur sub vtraque, quod iam super impetrationis diem natum est, si postmodum vacabit. Neq; enim vacare potest, nec in spe vacationis esse, quod nondum in rerum naturam productum est. quocirca scribit Anto. butr. in.d.clem. si. de rescrip. inserta mandato adiectione quapiam que suapte vi etiamnum demonstret, in futurum rescripti dispositionem reiectum suspensumq; iri, sed que tamen non ad qualitatẽ modo.i. vacationem ex accidenti contingentem referatur, sed ad ipsam quoque substantiam (que beneficij corpus est, vt dixi) pertineat, Nihil interesse, tunc ne, quum literis data subnotaretur, procreatum iam fuerit, an non fuerit, modo cedente illo ipso die, in quem voluntas Pape collata videatur, iam creatum idemque ipsum vacans reperiatur, vt ei debeatur ex mandato, cuius in gratiam scriptum est. Hinc liquet in hac etiam specie, itidem vt in alijs, que in postuenturum vacationis tempus rejciuntur, non date impresse articulum, sed explicande collationis momentum spectandum esse, quum huiuscemodi rescripto cedat id quoque beneficium quod post datam futurum, quod nasciturum quodque substantiam primigeniam ac
87 cepturum sit. † Ut verbi gratia, si pontificio mandato super expedienda beneficij cuiuspiam prouisione subiecta fuerit hec clausula, quum se facultas obtulerit, non id solum quod iam creatum est quum postulatur, sed id quoq; quod post impetrationis datam creabitur, gratie vindicandum est. Siquidẽ hec alia ve id genus adiectio, quum se facultas obtulerit, gratiam ipsam apostolicam confert rejcitq; in postfuturum tempus, idq; non qualitatis aut accidentis modo, sed ipsius etiam substantie respectu. quippe quum se facultas offerre possit, p creationem recentis ac noui beneficij, quod nondum substabat tũc temporis, quum gratia concederetur, itidem vt per antiqui vacationem, quod iam tum scilicet subsistebat, quum rescriptum indulgeretur, nec iam ad hoc thema pertinet text.d.

cle. fi. de rescrip. Neqꝫ id profecto visum est latuisse glo. extre
88 mam inibi adscriptam, quippe que sub finem contendit, † Ex-
pectanti prebendam aliquam iure collati iaꝫ sibi canonicatus,
iuxta. c. relatum. c. dilectus. ⁊. c. dilecto, de prebend. extra in
antiq. ⁊ cap. si clericus. ij. respon. de preben. libro sexto. debe-
ri eam quoqꝫ quam post huiuscemodi in canonicum collegiuꝫ
receptionem recenter ac de nouo creari contigerit, per aug-
mentum, puta, ⁊ incrementiam fructuum, ac redditutum exube
rantiam cap. cum, M. Ferrariensis, extra de constitu. quid
ita? quoniam canonico debetur prebenda non quidem simpli-
citer vacatura, sed (quod multo plus est, ac generalius. c. ac-
cedens, de conces. prebend.) quamprimum facultas ⁊ occa-
sio sese obtulerit. d. c. dilectus, vbi Panor. in calce notat, ex-
89 tra de prebend. ⁊. c. quum super. de concessio. prebend. † Im-
mo plus etiam Paul. a Leaza. homo impense doctus. ⁊ ap-
prime ingeniosus, in preaccita cleme. fi. de rescript. Si papa,
inquit, mandatum scribat, in eius ipsius, qui iam a capitulo in
canonicum consortium receptus ⁊ allectus est, gratiam, eiqꝫ
ob eam rem conferri prebendam iubeat, tametsi receptioneꝫ
istam authoritate sua, nimirum apostolica confirmet, debetur
nihilominus etiam prebenda post literarum datam creata, nec
interest, petatur ne ex mandato ipso, eiusque vi, an ex receptio
ne, quandoquidem (inquit Paul. a Leaza) rescriptum il-
lud interpretationeꝫ mutuatur, ac recipit a preeuntis obligatio
nis natura, que iam surrexit ex preambula in canonicam sor-
tem cooptatione, cuius exequende causa emittitur. quo fit. vt
mandatum pontificium, quod subsequitur, itidem vt obliga-
tio ipsa, que precedit, eo tendat, vt impetratori conferatur,
non dico, quum vacabit prebenda aliqua, sed quando se cumqꝫ
facultas, quouis modo, quauis occasione, non vacationis, tā-
90 tum, sed etiam (si dijs placet) noue creationis, obtulerit. † At
enim concedas, (ait Paul.) eiuscemodi receptionem Pa-
pali authoritate factam videri. c. quum aliquibus. de rescript.
lib. vj. hoc tamen, velis nolis, fateare necessum est, ius, quod
ad prebendam pretenditur, ab eo qui iam canonicus factus
est, non ex reseruatione, quam vocant, per apostolicam gra-
tiam destinata, sed ex receptione ipsa, ⁊ canonie collatione,
pretendi, atqꝫ ob id deberi eam quoqꝫ, que post datam crea-
ta fuerit, modo ne alia commode ⁊ opportune nata interim oc
91 casio anteuerterit. † Quin ⁊ illud itidem verum, atqꝫ expedi-
tum esse docet ipse idem Paul. in. d. clemen. fina. de rescrip.
cui Pontifex Maximus ex iustitie formula, ⁊ prescripto, pro
uideri preceperit, iuxta capitulum. cum secundū, extra. de pre-
bend. capitu. veniens. ad finem, ⁊ quod ibi Joa. and. ⁊ Abb.
Panormita. in. vj. not. extra de filijs presbyte. ⁊ capitulo ac-
cepimus, de etat. ⁊ qualita. in antiq. huic beneficium debe-
ri, etiam quod post rescripti datam in esse productum fuerit.
Neqꝫ enim sic ex literis debetur (inquit) vt ex precedente ad
ordines pro motione, qua factum est, vt obligatio inde quedaꝫ
oriretur, que promouentem promoto beneficium conferre adi-
gat, quamprimum facultas inciderit. quid quod ⁊ his omni-
bus, que dixi modo, adstipulatur, oppido quam libens. An
toni. butr. in. d. clemen. fin. de rescript. subijciens hoc quoqꝫ
post alia multa, non incallidum, nec aspernandum hoc esse
consilium, (multi cautelam vocant) quo text. ille eludatur, ab
eo, qui prebendam aliquam expectet, nempe, vt se primum in
canonicum recipi procuret, ac dein ex vi eiusdem receptionis
prebendam postea creatam petat. Sic enim fiet, vt eam con
sequatur, ⁊ obtineat, si non oblata prius, nataqꝫ occasio alia
rescripti effectum omnem exhauserit. Vides igitur, quantuꝫ
floccifaciam, vides, vt ne tantulum quidem me commoueat
primum illud argumentum, quamuis eoipso velut insigniter
arguto vtatur in hac etiam specie. glos. super verbo. post da-
tam, in. d. clemen. fin. de rescript, vt supra dictum est. quin ⁊ il-
lud vides, (opinor) quam probe his omnibus distinctio nostra
etiam fulciatur.

¶ Argumenti secundi reprobatio.

p Orro secundum illam ra
tionem, ⁊ si ab omnibus fere vnanimi conspiratio
ne approbetur (sicuti superius ostensum est) videor
mihi tamen habere, quo refellam. Si quidem cum pace, cum
qꝫ venia. glo. Guliel. a mont. Laudu. Antoni. butrij, Paul.
a Leaza. Zenzel. Joan. ab imol. ⁊ aliorum, si qui sunt, qui ho
rum authoritate capiuntur, dictum hoc peruelim, neutiquam
92 certe id verum est, quod ipsi affirmant. † Nempe, quum in
persona collatoris, eius videlicet, qui grauatur ex mandato
apostolico, certa quepiam qualitas exigitur sub adiectione ali
qua presens tempus designante, verbigratia, hunc in modum,
prouideatur de beneficio ad episcopi aureliani collatione spe-
ctante, satis esse, tunc affore qualitatem illam, idest, confe-
rendi ius potestatemqꝫ, quum vacationis, collationis ve dies
occurrerit. Neqꝫ quicquam referre, subsit ne an non subsit,
eo die quo literis data subscribitur, Quin potius contenderiꝫ
adesse tum etiam eiuscemodi qualitatem oportere, quum da-
te nota supponitur. proinde coniecturas, quibus adducor, in
medium adferam, que si cui videbuntur idonee, nostre subscri-
bet opinioni, Sin minus, veterem sententiam hoc iam obti-
nebit libentius, quod etiam in dubium vocata, vicerit. Pri-
mum igitur nego illis adstipulari textus. quos in sui patroci-
nium adsciscunt, Nempe, clemen. si de beneficio, de preben.
⁊ capitu. ei cui prouideri, de prebend. libro sexto. quum mihi
93 ipsi palam suffragentur. † Hic ergo vt curioso etiam lectori
faciam satis, verba. d. clemen. si de beneficio de prebend. ea-
tenus subscribam quatenus ad huius rei explanationem perti
nent. si de beneficio, (inquit inibi clemens quintus) ad cuius-
cunqꝫ episcopi collationem spectante alicui conferendo scri-
bamus, sibi illud conferre non poterit cuius collatio ex negli-
gentia ipsius episcopi ad eiusdem capitulum deuoluta existit.
glo. Guliel. a monte Laud. Antoni. butr. Paul. a Leaza.
Zenzel. ⁊ Joan. ab imol. tum ibi, tum in. d. fi. clemen. de re-
script. ad vocabula ista, deuoluta existit, subaudiunt huiusce-
modi adiectionem, tempore prouisionis, non date. Verum
hanc interpretationem morosam nimis ⁊ anxiam deniqꝫ non
veram esse, si aurem paulominus hebetem intenderis, facile
intelliges, atqꝫ vt hoc tibi persuadeam. cogita istud, deuolu-
ta existit, perinde omnino valere, ac si tu dicas, deuoluta est.
tum disce, quod scribit aulus gellius libro atticarum noctiuꝫ.
xvij. capite. vij. P. Nigidium ciuitatis Romane, (vt ipse in-
94 quit) doctissimum secutus. id est autem huiuscemodi. † Ver-
bum, est, ⁊ erit, quando per sese ponuntur, habent, atqꝫ retinēt
tempus suum, quum vero preterito iunguntur, vim temporis
sui amittunt, ⁊ in preteritum contendunt. nam quum dico, in
campo est, in comitio est, tempus instans significo. item quum
dico. in campo erit, in comitio erit, tempus futurum demon-
stro. at quum dico, factum est, scriptum est, subreptum est, de
uolutum est, quanquam, est, verbū temporis sit presentis, con
funditur tamen cum preterito, ⁊ presens esse desinit, item cum
dico, factum erit, scriptum erit, subreptum erit, deuolutū erit,
copulate scilicet, permixteque, non diuisim, separatimque:
tunc hoc verbo non minus preteritum tempus ostenditur, quā
futurum. huc pertinet text. in. l. verbum erit. ff. de verb. ⁊ reruꝫ
significa. quocirca non ab re. Q. Sceuolam dixisse olim refert
eodem in loco gellius patrem suum ⁊ brutum, ⁊ Manilium
viros apprime doctos, quesisse, dubitasseqꝫ, vtrum ne in postfa
cta modo furta lex vetus Atinia, cuius hec verba erant, quod
subreptum erit, eius rei eterna auctoritas esto valeret, an etiā
in antefacta, quoniam, quod subreptum erit, vtrumque tem-
pus videretur ostendere tam preteritum, quam postfuturum.
95 † Disce postremo clementem quintum, in. d. clemen. si de be-
neficio, de prebend. eo casu loqui, quo deuolutioni iam factus
est locus tunc temporis, quum mandatum ipsum rescribitur,
vt ex verbo illo, scribamus, presentis scriptionis designatorio
liquere potest, quumque collatio in futurum explicanda est. id
enim satis superque probat verbum illud, non poterit. post fu
turum tempus significans quod verbo, conferre, coniungitur,
ibi. conferre illud non poterit. Sensus ergo clemen. sic habet
quum de beneficio ad episcopi collationem pertinente, cui-
piam conferendo, rescribit papa, non videtur de illo sentire, cu
ius collatio, iam tum scilicet, quum rescribit, ob episcopi negle
ctum ad capitulu deuoluta est, idcirco non poterit postea id-
ipsum conferri pretextu eius mandati, quum dies collationis
eius occurrerit, illud autem poterit, cuius donandi ius ac po
testas, tum iam, quum scribitur, ob capituli, alterius ve cuius-
uis negligentiam ad episcopum ipsum peruenerit, atque is pro
fecto intellectus est. d. clemen. ij. respon. cuius hec verba sunt,
licet prouideri sibi possit, de illo etiam, cuius ad ipsum episco-
pum, ex sui capituli, vel alterius cuiuscunque negligentia col-
latio fuerit deuoluta. Quod si forte quispiam mihi obijciat,
id quod obiectare visus est iamdudum, Joan. ab imol. ibideꝫ.

xiij.col.nimirum fore, si hunc intellectum sequare. vt clemen. illa, nihil prorsum dubietatis habere videatur, vt que pontifex ipsemet oleum atque operam in re nulli non confessa perdiderit quorsum enim attinebat inquit Ioan. ab imol. clementem adeo sollicite nos edocere, id beneficium, cuius collatio ante mandati datam, ab episcopo ad capitulum, iam iam defecerat, cōferri non posse, quod inter omnes compertum et indubitatum erat, quippe quum sub apostolicarum literarum conceptu nunquam inclusum fuerit? Huic ego contra respondebo, non modo superuacuum ineptum ve hoc non esse, quod ibi nos clemens edocuit, sed vtilissimum adeo, et pontificia quoque authoritate quammaxime dignum, ac prope dixerim necessarium esse. vt enim concedam id proculdubio fuisse semper ac nunc etiam esse, mandato sub hac forma conscripto, prouideatur de beneficio ad episcopum aurelianum spectante, non comprehendi, quod ad eiusdem episcopi collationem neque pertinuerit vnquam, neque nunc pertineat, Hoc tamen haudquaquam improbabiliter ambigi et queri potuisse dico, an id quoque non comprehendatur, quod ad episcopi collationem spectauit quidem aliquando sed ante literarum datam per, occidens scilicet, neque in perpetuum, sed ad tempus, nimirum ex negligentia iure ad alium deuoluto, spectare desijt, vel quod minime olim pertinuit, nunc vero pertineat. nempe hoc ipsum posterius, tanquam dubium, a clemente quinto, in.d.clemē. deciditur. illud autem prius quasi iam notum, silentio pretermittitur. porro capitu.ei cui prouideri, de prebend.lib.vj. quod gl.extrema, in.d.c.fi.clemen.de rescrip.eiusque iuratissimi assecle, Antoni.butr. Guliel.a mont.laudu.et Ioann.ab imol.in sui defensionem accersiuere, quo pacto ad hanc de q̄ nunc agimus, questionem possit apposite torqueri, non video illic enim rescripti dispositio in futurum, hic in presens tempus confertur, ac reijcitur. quanquam ego certe non eo inficias, satis esse, ad Episcopi collationem spectare, tunc temporis, quum vacabit beneficium, si figas hanc esse formā mādati, prouideatur de beneficio sub episcopi Aureliani collatione vacaturo, suadente nimirum dictione ista, vacaturo, qua futurum tempus designatur. arg.d.c.ei cui prouideri, de prebend.lib.vj. Sed hoc tantum nego, quum ita rescribitur, prouideatur de beneficio ad episcopi Aureliani collationem pertinente, qua forma presens tempus demonstratur, satis esse, ad episcopi collationem tunc spectare, quum vacatio inciderit. quin affirmo pertinere iam sub ipsum date articulum oportere, id quod et Mathe. quoque in dicta clementina si de beneficio, de prebend. iubentius amplectitur, ceu verius, tantum abest, vt aspernetur, et fastidiat. quid quod et Guliel.in predicta, fin.clemen.de rescript. dum se communi sententie assensorem prebet, ita suspiciose, ita cunctāter, ita meticulose id agit, vt ad extremum disputare volentibus totum hoc expendendum ac dijudicandum relinquat.

¶ Argumenti tertij refutatio.

P

Roinde nihil est: quod distinctioni nostre vllam metuamus calumniam ab argumento illo tertio, cuius horsum tendebat summa,

96 † vt doceret, in mandatis apostolicis, quecunque simpliciter, ac sine vlla vel instantis, vel futuri temporis expressa demonstratione, conferri beneficium aliquod precipiunt, satis esse, sub ipsum vacationis, collationis ve diem, adesse, persone ipsi honorate capacitatem, que si non expresse, saltem tacite a rescripto exigitur, iuxta glos. postremam, in cap. quum adeo, et illic Abb. Panor. de rescrip.arg.c.causam que, de elect. itidem vt satis est, tum rei ipsius, hoc est, beneficij qualitatem, que nominatim desideratur, subesse, quum iam vacet, eiusque collatio immineat. Neque quicquam interesse, qualis tum fuerit persona, perinde vt res ipsa, quum literis data subscriberetur. Neque enim habetur apud me pro confessa opinio ista de beneficiorum qualitatibus, vacationis, collationis ve, non etiam date literarum tempori vindicandis, et si fautores multos atque assertores habeat, et eos quidem primi etiam nominis, primeque celebritatis, nempe glo. Ioannes Andr. Dominic.a Rota. Calde. Oldra. Ioann.fantu. Pet.anchar. Feli.sand. Andr.barbat. et item Maria.sozi. varijs in locis, quos supra veluti digito indicauimus. Porro Guliel.a mont.laud.in clemen.fi.de rescript.ad fi. super hac questione, an mandatum, vt de beneficio certi cuiusdam valoris cuipiam prouideatur, comprehendat id quod tunc quidem, quum impetraretur, pluris erat, aut minoris, nunc autem, quum vacat, tanti est, vel contra, nihil quicquam decidere voluit, ratus nimirum, vt arbitror, consultius esse, prudenter aliquando dubitare, quam fortiter asseuerare. quid q̄ Antoni. butr.in.d.fin.clement.de rescript. negat vsquequaque veram esse communem sententiam, nec illud argumentum leue existimat, quod si beneficium, cuius, in eo ipso die, quo impetratur rescriptum, substantia nusquam est, nondum videlicet nata, nondum creata, necdum in rerum naturam producta licet postea creetur, gratie tñ non subijcitur.d.clemen. fin.de rescript. consequens est, dictante nimirum pari ratione, beneficium, quod ab ipso statim initio expers omnino atque indignum est qualitatis eius que requiritur, quamuis illa post

97 accedat aut addatur, ex mandato tamen non deberi. † Quandoquidem, inquit, vt in alijs plerisque iuris articulis. ita hoc quoque, quod de substātia que totius instar obtinere videtur, scriptum legitur, id ad qualitatem, que veluti pars est, deflecti potest appositissime lege que de tota.ff.de rei vendica.capitu. pastoralis.§.i.de offic. delega. extra, in antiq. Quanquam haud me latet, Ioanni fantu.in dicta clemen.fi.captionem hanc magis lepidam, quam probum, aut simile argumētum videri, dum putat hec magnopere inuicem differre, atque ita diuersitatis assignat rationem. quum enim, inquit, a principio deest substantia ipsa, fit profecto, ne sit vllibi subiectum in quo mandatum iaciat fundamenta, cuiue affigatur. quamobrem, quod ad illud beneficium attinet, quod nusquam est, rescriptum, simul atque impetratum et indultum est, non valet ipso iure, idcirco superueniente noua creatione non conualidatur, arg.capitu. non firmatur, de reg.iur.libro sexto. quū vero adest quidem substantia per se ipsa subsistens licet absit qualitas que exigitur, negari certe non potest, quin subsit subiectum aliquod, nempe substantia ipsa, cui applicari rescriptum, cuiue accommodari valeat. quo fit, vt ab initio ipso deficiente prorsus qualitate, mandatum tamen non sit nullū ipso iure, quamuis interim langueat, interim cesset, vt verbo eius vtar, tantisper scilicet, dum qualitas accedat, eaque vbi iam accesserit, tum denique vires omnes suas exerceat, occurrente prima quaque occasione.

98 † Uerum enimuero hanc Ioan. fantu.rationem predicto in loco depellit Antoni. butr. hunc in modum. vt enim subiecti, quam substantiam, quasique corpus appellamus, penuria, stantiam, quasique corpus appellamus penuria reddit euanidam gratiam apostolicam, que subiectum ipsum concernit.d.clemen.fin.de rescript. ita defectus qualitatis, que requiritur, efficit, vt a subiectis, hoc est, beneficiorum corporibus eius qualitatis expertibus gratia item euanescat, ac veluti deficiat. citat hunc.l.si cognatis.ff.de reb.dubijs.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.actionib. et quod

99 nota.in.l.j.ff.de nego.gestis. † Iam, vt non sint alia, que doceant, tunc temporis quum data rescripto imprimitur, inesse iam beneficio ipsi qualitatem, que exigitur, oportere, nec ad modum iuuare illam, que postea superueniat, certe hoc satis superque docet (vt arbitror) quod scribunt, glo.super.verb. capituli. Paul.a leaza.et Ioan. ab imol.vi.col.in.clemen. si de beneficio.de prebend. Antoni.butr.et Ioan.ab imol.in cle

100 men.fin.xiij.col.de rescript. † Nempe mandato in hanc formam definito, prouideatur Nicolao de beneficio ad episcopi Aureliani, alterius ve cuiuspiam prelati collationem spectante, non includi, quod date quidem tempore non collatiuum erat, sed electiuum, vel aliuscemodi, quamuis etiam post illum diem, excussa, que dicitur, electiua qualitate, collatiuam acceperit. allegant.c.quum in illis.§.i.de prebe.lib. vi.et clemen.i.sub finem, eodem titulo.et si Zenzel.et La.in.d. clemen.si de beneficio, aliter sentire, subobscure tamen videatur. quocirca cōcludit Anton.butr.tali ratione permotus, in.d.clemen.fi.de rescrip.quum certam quandam inesse rei, hoc est, beneficio ipsi qualitatem, desiderat mandatum, nec diem prefinit tamen, quo eiuscemodi esse ipsum debeat, tunc iam subesse qualitatem illam oportere, quum data pontificijs literis adscribitur. quam quam et ipse tamen distinguendum putat, vtrum ne postea contingat, de non esse ad esse, an contra de esse, ad non esse, variato qualitatis, vt illo quidem priore modo, beneficium, cui sub datam literarum deficit, que requiritur, qualitas, etiam si tum adsit, quum incidit vacatio, quum ve collationis tempus appetit, non debeatur, arg.d.cle.

fin. de rescrip. ⁊ quod ait gl. super verb. capituli. in. d. clemen. si de beneficio, de preben. posteriore, cui tunc adfuit qualitas, quum data rescripto subderetur, Deinde sub ipsum vocationis, colationis ve tempus, desijt esse quod fuit, ⁊ a pristina natura defluxit, non debeatur. Quandoquidez, inquit Anto. but. rationem signans haud penitendaz, fuit hec proculdubio Pape intentio, is animus, ea voluntas, ne beneficium nisi eiusce prorsus, que nominata sit, qualitatis conferatur, argumen. capitu. cui de non sacerdotali. i. ij. ⁊. iij. respon. de preben. lib. vi. Quid quod ⁊ hanc Ant. butr. distinctionem libenter emulatur Joan. ab imol. in. d. clemen. fina. xiij. col. de rescrip. modo ne quid fraudis factum sit, vt qualitas ipsa desineret. Eia igitur, dic mihi pros ton moyson quum istam Anto. butr. ⁊ Joan. ab imol. opinionem, de beneficij qualitate, non collationis tantum, sed ⁊ impetrationis quoque, hoc est, date literaruz tempori vindicanda, tecum expendis, an non vides, mihi etiam suffragari omnino, qui persone mandatum Apostolicum simpliciter atque absolute postulantis capacitatem plenam iustamqꝫ sub vtrumque tam scilicet postulationis. i. date qꝫ explicande collationis tempus exigendaz censeam, per cap. si eo tempore, de rescript. lib. vj. alia que id genus non pauca, que iam in medium attuli.

¶ Argumenti quarti refutamentum.

n NEque itez verenduz est, ne distinctioni nostre negocium facessat, obstrepatqꝫ syllogismus ille, quez nos supra rettulimus quarto in loco, cuius hec prima ē protasis. Aut persona impedimento est, quominus tum possit ex mandato beneficium indipisci, ⁊ capere, quum vacatio inciderit, Aut res ipsa, id est beneficium, quonimus possit ob sui qualitatem conferri, quum res tulerit. Neqꝫ enim ratum id, neque iustum disiunctum esse contenderim, quando non necessarium alterum est ex duobus, que disiunguntur, quod in proloquio disiunctiuo necessum est. Quippe est tertium quoqꝫ inter duo ista, que disiunguntur, cuius rationem, prospectumqꝫ illic non habuimus. Id est autem huiuscemodi, aut vtrunqꝫ simul, nimirum res ac persona coniunctim commixtimque nocumento sunt. Verum autem ⁊ proprium postreme huius forme exemplum id est, de quo nunc edisserimus. quod vt intelligas, finge tibi curatum aliquod beneficium, prebendam ve aliquam sacerdotalem vacare modo, ⁊ collationi subiacere. Tum finge Nicolauz quempiam eius etatis esse, cui nondum per edicta pontificuz aut animarum curam, aut sacerdotuz inire liceat. hic semel atqꝫ iteruz appello conscientiam tuam, hic te rogo, dicas mihi, quum ista fingis, Ecquid in causa esse putas, cur hunc, quez diximus, Nicolaum vel a curato illo beneficio, vel ab hac sacerdotali prebenda procul arcere oporteat. an censes persone tantum incapacitatez, que ex annoruz penuria surgit, nocumento esse? Equidem non arbitror. quamborem? quia non eiuscemodi est Nicolaus, vt ab omni prorsus ecclesiastico beneficio repellendus videatur, quamqꝫ ijs indignus, que talia sunt qualia que diximus, curata videlicet aut sacerdotalia. an vero rem ipsam, hoc est Beneficij naturam, qualitatemqꝫ in causa esse existimas? neqꝫ id credo medius fidius cur ita? Quoniam, quod curatuz est, quod ve sacerdotale, non ob id statim conferri vetatur alij cuiqꝫ, qui non vt ille Nicolaus, etatis defectum patiatur, Immo certe opinor, putas, Id quod res est, vtrunqꝫ horum simul. i. personam ⁊ rem ipsam copulate, permixteqꝫ, impedimento esse. Age nunc igitur, expendamus, nisi molestum est, quidnaz
101 iurisperiti super hac ipsa specie scriptum reliquerint. † Et quidem communis omnium ferme consensus est, Stipulationem in futurum suspensam, puta, sub conditione aliqua contractā ex ipsa, tum persone, cui quidpiam promittitur, tum rei, que in stipulationem educitur, defectum (vt ita dicam) mixtura, tunc iā, quum celebratur is contractus, conflata confusaqꝫ, non vitiari, modo tum cesset id impedimentuz, quuz conditio eueniet, quasi non initium, sed euentum ac finem spectari oporteat. Pure cō tractam. i. in presens collatam statim viciari. Barto. Ange. Paul. a cast. Joan. ab imol. Alexan. ⁊ Jas. in. l. existimo, per illum text. ⁊. l. si rem meam, vbi preter hos etiam Ludo. roma. ff. de verbo. obliga. Joan. fab. in. §. j. institu. de inutil. stipula. Bar. in. l. vsufructus, penul. oppos. ff. de stipul. seruo. Si quis, verbi gratia, dominus quod suum est, id dari sibi stipuletur, aut emat, aut alio quouis commertio acquirat, siquidem sub conditione, valet quod agitur, modo sub emersum conditionis desinat suum esse, quod suum erat, quum verba contractus conciperentur. d. l. si rem meam, ⁊. l. existimo. ff. de verbo. obliga. l. cetera. §. sed si sub conditione. ff. de lega. i. l. existimo. ff. de contrahen. emptio. ⁊ venditio. l. mea res. ff. de conditio. ⁊ demonstra. Nec interest, sit ne intrinseca conditio, nempe, si res sua esse desierit, an etiam extrinseca, cuiusmodi est illa, si nauis ex Anglia venerit, aut ista, si Titius consul factus erit, vt per glo. Pau. a cast. Alex. ⁊ Jaso. in. d. l. si rem meaz, ⁊ gl. j. in. d. l. existimo. ff. de verbo. obliga. ⁊ si refragetur. glos. penul. in. d. l. vsufructus, quam in ibi reprobat Bartol. antepenul. oppos. ff. de stipulatio. seruo. Si autem pure, non valet, quod agitur, nec oliz valebit, tam ⁊ si postea res stipulatoris esse desierit. l. scire debemus. §. fina. l. nemo rem suam, ⁊. l. si duo rei. in fi. ff. de verbo. obligatio. l. qui decem. §. stichum. ff. de solutio. l. neqꝫ pignus. ff. de regulis iuris. Hic enim non res tantum ex vi sua impedimento est, quippe que non vetatur ipsa in stipulationem venire, modo alij, quā domino suo promittatur. Neqꝫ item stipulatoris persona per sese tantum in causa est, vt que non inhibeatur res alias, modo sue non sint, stipulari. Quid ergo? Vtrunque simul. i. persona cum reipsa commixta, nocumento est, Idcirco permagni refert, in presens ne cōferatur stipulatio, an in
102 futurū suspendatur, quemadmoduz supra edocuimus. † Quod si frequens est argumentum, quod astipulationibus torquetur ad Apostolica mandata, sicuti profecto frequens ac trituz est. vt ait Joan. a ligna. in clemen. fina. de rescript. Age, quid vetat, quominus dicamus, mandatum, cuius dispositio in futuruz tempus reiecta sit, hunc in modum scilicet, Prouideatur Nicolao de beneficio curato, vel sacerdotali proxime vacaturo, Vel ita, quum vacabit, ex ipsa tum persone, cuius in gratiam scribitur, tum rei, que conferri precipitur, hoc est Beneficij defectum mixtura, tunc iam, quum rescribitur, conflata simul, confusaqꝫ, non vitiari, modo tunc esset nocumentum huiuscemodi, quum vocationis, collationis ve dies aduenerit, contra quod simplex ac purum, aut saltem in presens tempus collatum sit, hec in verba, Prouideatur Nicolao de beneficio, sine hac adiectione, vacaturo, alia ve id genus, vel ita, prouideatur de beneficio nunc vacante, statim vitiari, Neqꝫ quicquam prodesse, ꝙ impedimentum istud ex re, pariter ac persona prosiliens, sicuti supra ostendimus, postea deficiat. Quanquam haud me fugit esse aliquem, qui contendat, etiam quum persone simul ⁊ rei deffectus permixti sunt, ab ipso statim initio vitiari, quod agitur, Neqꝫ quicquam iuuare, ꝙ ij postea deffectus ante conditionis aduentum euanuerint. Is autem, qui hoc affirmat, est Raphael cuma. in. d. l. si rem meam. ff. de verbo. obliga. mouetur ex. d. l. vsufructus. ff. de stipula. ser. quam in hac ipsa specie loqui existimat. Quandoquidem (inquit) quod illius. l. thema est, quum seruus hereditarius vsumfructum stipulatur sub conditione non serui tantum persona, per sese causa est, cur statim
103 stipulatio non valeat, † quippe quum seruus stipulari alias possit etiam iacenti hereditati. l. seruus hereditarius. ff. de stipulatio. seruo. neqꝫ item res tantum. i. vsufructus, vt quem nil vetat in stipulationem deduci, sed nocumento est vtrumqꝫ horum. Quod autem supra de domino rem suam stipulante dictuz est, fatetur id quidem Rapha. cuma. verum esse, atque adeo verissimum, sed aliam prorsus rationem subesse ait, nempe hanc, quia nihil commoditatis inde progigneretur non illaz quia persone, ac rei deffectus permixti sunt. Id quod nec Petrum etiā a bella perti. nostrum latuisse visum est in dicta lege si rez meaz. ff. de verboruz obligatio. Tum ⁊ illud addit Rapha. cuma. ex hac sua opinione solui questionem posse, quaz Petr. antea predicto in loco proposuerat, cuius nomen illiberaliter ab Raph.
104 cuma. supprimitur. † Ea est autem ad hunc modum. Si quum per statuta externis hominibus, quos forenses vocant, res immobiles comparare. sibi, ⁊ acquirere non liceret, externus quispiam immobile aliquid stipulatus fuerit sub ea conditione, si ciuis effectus erit, valeat ne statim stipulatio, an non? negat valere, quia permixti sunt, inquit, deffectus, tum persone nimirum externi hominis, tum rei, quippe immobilis, argumen. dicta. l. vsusfructus. verum enim hanc Rapha. cuma. sententiam refellit, ⁊ communem haud secus atqꝫ oraculum sequitur Alexan. in. d. l. si rem meam, additqꝫ rationem qua Barto. etiam, in. d. l. vsusfructus. j. colum. vsus est. atqꝫ ob id putat in questione illa, de externo rem immobilem contra statutum stipulante sub conditione, si ciuis effectus erit, stipulationem valere. per. l. in

tempus

tempus.ff.de hered.instit.ac per id, quod in alia questione scri
bunt, Petr.ac Cynus.in.d.l.si rem meam.ff.de verbo.oblig.
Vides itaq;, vt probe communis omnium fere scriptorum con
sensus, hac in parte, qua de mixtura deffectuum rei ac persone
agitur, mecum faciat. Quid quod nec illud expeditum est vsq;
quaq; quod supra dicebatur, per.l.inter stipulantes.§.sacram.
ff.de verbo.obligati.nempe, ex rei deffectu vitiari statim quod
agitur, neque id tantum, quod pure, sed id etiam, quod sub con
ditione agitur, atq; ita vitiari confestim vt spes nulla sit, confir
matum iri, ne si postea quidem is deffectus euanescat. Nam re-
pugnat, & obloquitur tex.in.l.cetera.§.j.ff.de legat.j. Ceterum
ne singula non excutiam, nego constanter, hoc argumenti ge-
nus, aut persona nocumento est, aut res ipsa, etiam si tertium ad
dideris, aut res, & persona simul, id esse, quod dialectici greci,
diexeygmenon axioma, nostri disiunctum proloquium appellãt.
Quin potius credo id esse, quod paradie xeynemon hoc est vi-
ciose disiunctum proloquium vocatur. Quod tunc facile iudica
bis (opinor) quum id ipsum, quod sequitur, ex aulo gellio edo-
ctus fueris. Nam vt sit diexeogmenon (inquit gellius) omnia
que disiunguntur, pugnantia esse inter sese oportet, eorumque
opposita, antikeimenon greci dicunt ea quoque ipsa inter sese
aduersa esse, ex omnibus que disiunguntur, vnum esse verum de
bet, cetera falsa. exemplum, aut malum est voluptas. aut bonum.
aut neq; bonum, neque malum est. Quod si aut nihil omnium
verum, aut omnia pluraue, quam vnum, vera erunt, aut que di
iuncta sunt, non pugnabunt, aut que opposita eorum sunt, con-
traria inter se non erunt, tunc id disiunctum mendacium est, vo
caturque paradiexeomenon sicuti hoc est, in quo que opposita,
non sunt contraria, aut curris, aut ambulas, aut stas, nam ipsa
quidẽ inter se aduersa sunt, sed opposita eorum non repugnant.
non ambulare enim, & non stare, & non currere, contraria inter
sese non sunt, quoniam contraria ea dicuntur, que simul vera es
se non queunt. Possis enim simul eodem que tempore, neque
ambulare, neque stare, neque currere. Expende igitur singula
hec diligenter in hac etiam specie, aut persona impedimento
est, aut res ipsa, aut res pariter, ac persona, dein amice iudica.

¶ Hic Argumentum Quintum refellitur.

Superest vt ad ca. quum
de beneficio.ij.respon. ibi quando vero scribit̃,
ad finẽ vsq;, de prebẽ.li.vi.rñdeã. Eius hec ver
ba sunt ipsissima, si qs forte desideret. Qñ vero
scribitur vt prouideat̃ de aliquo prioratu alicui clerico seculari
prouideri non potest de prioratu, qui per religiosos (iuxta mo
dum premissum) est solitus gubernari, nisi hoc in literis caue
tur expresse. hunc certe locũ indiligenter hactenus & quasi neg
lectim a scriptoribus omnibus expositum, si pressius excutias,
nec pendiculantibus (quod dicitur) oculis inspicias, reperies,
meo quidem iudicio, sub tam absoluta breuitate, quatuor thema
ta distingui, quam bene, quã male, age iã (si vacat) videamus.
105 †Sane primus interpretandi modus fuerit, quum dicemus tũc
demum versi.isti locum fore, quum fingemus concedi rescriptũ
apostolicum sub hac forma, prouideatur Titio clerico secula-
ri de aliquo prioratu. quo nil profecto verius nil congruentius
dici posse crediderim, quum ne verbum quidem vnum quãtum
uis pusillum minutũq; aut dematur e textu ipso aut adijciatur,
Porro hic tu mihi ante omnia perpende, hoc in mandato ge-
nus contineri, nempe prioratum aliquem, id enim negari non
potest, quum (vt ibidem ait ante penul.glo.cui nemo non suc-
106 cinit.) †prioratus vocabulum generale sit, quod & ad secularem,
& ad regularem quoque protendi potest, Rursum hic etiam cõ
sidera, nullam ex genere ipso, siue qualitatem, seu speciem ma-
nis appellare, designari, quum nec dictio ista seculari, nec item
illa, regulari, subdatur, nec alia queuis, que equipolleat. Quin
& illud animaduerte, post hec verba, de aliquo prioratu, nihil
quicquam subiungi, quod vel futurum vel instans vacationis
tps demonstret, non scilicet vocabulũ illud, vacaturo, nec istud
etiam, nunc vacante, neque item aliud quod eundem sensum pre
seferat. Porro expende, quidnam sibi velint verba ista, que ini
bi leguntur, clerico seculari, nempe, tunc etiam cap. illius dispo
sitioni locum esse, quum impetrantis persone qualitas illa ipsa,
que capacitatis & incapacitatis questionem parit, exprimitur
in mandato, atque ita exprimitur, vt ex ipsius contextu, ac teno
107 re dignoscatur. †Tum quid deinceps sequatur, aduerte dili-
genter ac neutiquam ociose, nimirum cuius in gratiam scriptum
sit, vt ipsi clerico seculari de prioratu aliquo prouideatur, huic
de prioratu per religiosos gubernari consueto, id est, regulari,
non posse prouideri. Iam vero id quoque mihi contemplare,
hoc in loco tanquam a re alienam preteriri, nec esse cure hanc
disputationem, is ne pro quo rescriptum est, ante vacationis oc
cursum e seculari regularis, ac velut ex indigno dignus, ex ido
neo aptus, ex incapaci capax effectus sit, an non, sed hoc tan-
tum in consideratione haberi, quod tum esset secularis clericus
quum impetraret. Hinc liquet (vt ne quid aliud dicam) euiden
ter satis & aperte hunc ipsum secularem clericum, quem dona-
ri prioratu aliquo Papa mandauerit, prioratum regularẽ nunc
primum vacantem, sub eius rescripti obtentu consequi non pos
se, tamet si religiosus ante vacationis, collationis ve diem effe-
ctus sit, quũ sub ipsum impetrationis.i.date literarũ tps, qd hic
spectandũ est secularis ob idq; ad prioratũ regularẽ inidoneus
fuerit. Atq; ita prorsus arbitrat̃ gl.sup verb.seculari (q pe.est)
in.d.c.quum de beneficio.ij.resp.de preb.li.vj.tum & glo.emu
lati, Archi.Ioan.and.Bal.Io.monach.Domini.a sanct.ge
mi.lap.Philip.franc.& omnes fere, arg.c.si eo tempore, de
108 rescrip.eo.lib.† Quin plus etiam dicunt eodem in loco Bal.
& Philip.franc.id quod non mediocri obseruatione dignum
censuerim, obstare illi religionem post impetrationis tempus
acceptam hoc est, mutationem secularis status in regularem,
atq; adeo esse impedimento, ne prioratum etiam secularem, q̃
primum vacauerit, nedum regularẽ possit obtinere, tantum ab
est, vt proficiat. quod si super hac re quispiam plenius cupiat,
edocere, legat is (inquiunt) & excutiat que nota.in.c.i.de cle-
ri.coniuga.lib.vi.& in cle.fi.de rescript. Hec (inquam) omnia
singulaque, si non oscitanter tecum estimaueris, facile pfecto
discedes in hanc sententiam, vt arbitreris distinctionem nostrã
magnopere adiuuari, confirmariq;.c.illo. quum de beneficio.ij.
resp.ibi qñ vero scribitur de preb.li.vi.nimirũ iuxta primũ hũc
sensum, quẽ nos illi mõ applicuimus, Quippe quo vel abũde do
ceat̃.et quũ p applicum mãdatũ genus, vt puta prioratus aliqs
conferri precipitur, tametsi nulle tũ eiusce generis qualitates
seu species expressim designentur, postulatoris capacitatem ab
ipso iam impetrationis articulo requiri, nec habilitatem quãdo
cunq; postea superuenientem prodesse, si modo pontificia gra
tia simpliciter, atq; absolute concepta fuerit, hunc in modum,
prouideat̃. Titio de prioratu aliquo, sine his, alijs ue id genus
subiunctionibus, regulari, seculari, vacaturo, vacante. si vaca-
bit, si vacat, dum vacabit. Addendum & illud, etiam si impetra-
toris qualitas, que idoneitatis, aut secus, disputationem produ
cit, nominatim rescripto interseratur hec in verba, prouideatur
Titio seculari clerico, aliaue idem pollentia, cuiusmodi exem-
plorum multum reperias. Qua vna scilicet ratione, mihi differ
re videtur predictum ca.quum de beneficio, de prebend.ab il-
109 lo cuius hoc initium. si eo tempore. de rescrip.lib.vj.† Porro
alterum thema fuerit. ex coronide.d.capi.quum de beneficio,
de prebend.lib.vi.quum fingemus indulgeri mandatũ sub hoc
verborum conceptu, prouideatur Titio seculari clerico, de prio
ratu aliquo regulari, vel si mauis ita, de prioratu aliquo per re-
ligiosos gubernari solito. deinde concludemus, Titium quam
uis secularem clericum posse, sub harum literarũ pretextu, prio
ratum etiam regularem nunc primum vacantem adipisci. & hic
certe non video quicquam pretexi posse, quin sensus hic verus
sit, quum textui quadret adamussim, nec ab eius verbis, vel tan
tillum dissideat. quod non inficiaberis, (credo) quum extremã
istam coronidem, nisi hoc in literis caueatur expresse, simul cũ
precedenti versiculo iunctam pensitaueris. Unde liquet (opi-
nor) satis superque, quum rescripto genus, atq; itẽ generis eius
dem qualitas aliqua exprimitur, hunc ad modum videlicet,
Prouideatur de prioratu aliquo regulari, cũ hac scilicet, alia-
ue non dissimili adiectione, regulari (que generis ipsius, nem
pe prioratus qualitas vna est) Non requiri capacitatem perso
ne, cuius in gratiam scriptum sit, nec sub impetrationis vel Da
te literarum diem, nec sub id etiam tempus, quo vel occurrit va
catio, vel collatio explicanda est, quum & is quoq;, qui tum secu
laris erat, quum regularem prioratum impetraret, obtinere pos
sit & regularem sibi ex Pontificio rescripto debitum, si vacet,
tametsi nondum secularis clericus esse desierit. Quod item dici
posse videtur, eandem nimirum vel maiori ratione, quum spe-
cies in mandato ipso describitur. Hoc quum ita habeat, neque
enim potest negari, quum amussatim textui conueniat, vt modo
dixi, nec ab ipsissimis etiam verbis capi. quum de beneficio.ij.

respon. de prebē. libro sexto abhoreat, videtur subuertere prorsus, & subruere nostrum illud axioma, quo supra conclusimus, mandatum simplex atque absolutum, sine vlla subiunctione, futurum vel presens vacationis tempus significante, complectens speciem certam, aut genus cum qualitatis cuiuspiam expressione, capacitatem eius, pro quo rescriptum sit, exigere ab ipso statim principio. i. quum rescripto data subijceretur. Videtur hoc item labefactare, quicquid hac de re, glo. quicquid Archidia. quicquid Joan. and. quicquid Innocen. quicquid Anto. butr. quicquid Abba. Panormi. quicquid Joan. a ligna. quicquid Lap. quicquid Joan. fan. quicquid Domini. a sanc. gemini. quicquid Joan. ab imol. quicquid Flo. quicquid Joan. mona. quicquid Petr. anchar. predictis in locis, Adde (si dijs placet) quicquid etiam summus ipse pontifex Bonifacius, in. d. capitu. si eo tempore, de rescrip. libro sexto. & capitu. Ei cui prouideri, de prebend. eod. lib. denique quicquid omnes vbique locorum super hac nostra questione tractant, & edisserunt. si quidem nemo est omnium, quotquot vnquam legerim scriptorum, qui non vel alterutrum tempus impetrationis videlicet aut collationis, vel vtrumqꝫ considerandum censeat, quo impetratoris capacitatem subesse oporteat text. autem. d. capitu. quum de beneficio, in extrema ista coronide, nisi hoc in literis caueatur expresse, iuxta secundum hoc thema, neutrum attendit tempus, nec in eius persona, cuius in fauorem rescriptum sit, idoneitatem vllam expostulat, quum certa species, aut genus cuꝫ qualitatis cuiusdam designatione, in mandatum deducitur, sed ad regularem Prioratum admittit hunc quoque, qui tum impetrationis & date, tum vacationis atque adeo etiam collationis die secularis est clericus. Quid hic igitur respondebo? Sane si proprius ac penitus calcem. d. capitu. quum de beneficio, excuties, reperies nihil esse. ibi. quod nos, nostramque distinctionem offendat. quandoquidem illic inuenies adscripta hec verba, Clerico seculari, que difficultatem omnem excludunt (nisi fallor) & amoliuntur. Illud enim verum esse contenderim, Idqꝫ facta etiam non ludicra, neque (vt nostrates loqui solent) triobolari sponsione, quum Papa non capaci cuipiam beneficiuꝫ conferri iubet, ipsam adeo impetratoris qualitatem, vnde capacitatis aut incapacitatis oritur disputatio, nec non & Beneficij quoque ipsius, nominatim designat in mandato, ad hunc modum scilicet, prouideatur Titio seculari clerico de beneficio quopiam regulari, iuxta. ij. resp. d. capitu. quum de beneficio, de prebend. libro sexto. videri eum illi ipsi statim, pro quo rescribit, Canonis gratiam facere, hoc est, dispensare, vt repulsam pati non possit, ob hoc ipsum, quod neque impetrationis, neque item vacationis, aut collationis die, sit capax, obstante forsan etatis intempestiuitate, alia ve quauis ratione negocium

110 facessente. † Nam Papa, Princepss ve, dum sciens inhabilem atque indignum quempiam promouet, soluit ea re ipsum tacite canonibus legibus ve. i. dispensat, per. l. quidam consulebant, in calce, vbi Angel. Paul. a cast. Joā. ab imol. & Alex. post Barto. in vlt. col. querentem duntaxat, sed nil decernentem. ff. de re iudica. l. idem vlpianus. §. fina. ibi ex rescripto Imperatoris scientis, vbi Barto. Bald. & Nicol. a Neapo. ff. de excus. tuto. l. barbarius. versi. sed & si scisset seruum esse liberuꝫ effecisset, atque inibi Bald. in lect. viij. nota. & item in repet. vij. col. & Jas. vlt. not. ff. de offi. preto. glo. i. Barto. & Paul. a cast. in. l. vniuersis. C. de precib. imper. offerend. Petr. a bella perti. in. l. bonorum. ij. arg. eiusdem text. in verb. sciens, ij. col. C. qui admi. ad bono. pos. glos. iij. l. ij. C. de diuer. offic. lib. xij. Bald. in. l. Imperialis. §. similes, per illum text. cum glo. C. de

30 su non lꝫ ꝯuenire. ¶ † Consuetudo que prebet cām malignandi ꝛ delinquendi non tꝫ.gl.xi.dis.in summa. Et iō non vꝫ cōsuetudo,ꝙ si vxor intra qnquenniū non peperit filios licite possint filij ex ꝯcubinis procreari. Non vꝫ ēt qđ homicida possit satis-

31 facere cū pecunia de quo dixi.s.in alphabeto in lr̄a S. ¶ † Si per abusum fructuū beneficij ecclesia passa sit detrimentū tenetur clericus oē dānū restituere ecclesie,ꝛ bona sua erunt hypotecata pro tali dāno.gl.no.in.c.ex lr̄is.de pigno.gl.in.c.similiter.xvi.q.j.de qua non fuit recordatus Bal.in.l.si qs presby

32 ter.C.de epis.ꝛ cleri.† Neqꝫ ꝯsuetudo aliqua vꝫ,vbi tractaret̃ de dāno ecclesie vel ēt de diminutione cultus diuini,puta q2 clericus ita dilapidaret fructus beneficij,qđ nō superesset sibi ad faciendū deseruiri ecclesie, talis cōsuetudo non excusaret clericū,ꝛ teneret̃ de patrimonio facere, ꝙ ecclesia haberet debitū.

33 tex.ꝛ Abb.in.c.pe.de cleri. non residen. † q2 consuetudo granosa ecclesijs ꝛ ꝯ̃ ecclesiasticā disciplinā non tꝫ.c.j.c.cū venerabilis.de ꝯsuetu. Jo.an.in regula nemo pōt.in mercu.nec dispēsatio ꝛ tolerantia pape hoc casu excusaret. Et nota text.xliiij. dist.in prin.ꝙ sacerdoti permissum est de altari viuere non luxuriari.quē tex.allegat Abb.in.c.fi.de pecu. cleri.ꝛ ibi adducit Archidia.dicentē ꝙ si clericus expendit de fructibus ecclesie voluptuose tenet̃ ad restitutionem. ꝛ hoc dictum ligent digito suo clerici. Addo ēt Abb.in.c.cum sm̄.de preben.

34 ¶ † Ex actibus iudicialibus inducit̃ cōsuetudo, qñ tot vicibus iudicatū est,quot cōpleta sit consuetudo.gl.in.l.nemo.C.de senten.ꝛ in dubio presumit̃ illud in notitiam populi peruenisse.l.j. .C.que sit lon.ꝯsuetu.l.ꝛ an in totū.C.de edifi.priua.l.cū de consuetudine,sm̄ vnā lecturā.ff.de legibus Bar.in.l.de quibus.ff. de legibus. Et qñ iudex dubitat de consuetudine seu stilo iudiciorum recipiat informationeꝫ a notario que coram eo scribit q diu in illo tribunali versatus est tex.notabi.vbi per Bart.in.l. iij.in fine.ff.de testi. Et adde Bal.in.l.j.C.de his qui desunt ad uoca.per Anto.de but.in.c.cū in tua.de sponsalibus. in.c.fi. de ꝯsuetudinibus.in pen.col. Cy.in.l.ij.C.que sit longa cōsue-

35 tudo. ¶ † Ad introducendū consuetudinē non sufficiunt singulares persone,sed requirit̃, vt multi conueniant in vnum vt vniuersitas.c.non est.§.ius vero.vj.distin.gl. in cap. frustra.viij. distin.q2 cū consuetudo obtineat viꝫ legis.l. de qbus.ff. de legi. Sicut singulares persone non habent auctoritatē legis condende.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iure. Jta ꝛ de consuetudine pari ratione est dōm Bar.in.d.l.de quibus. Et cum collegiuꝫ approbatum possit facere leges sm̄ Bart.in.l.oēs populi.ff.de iusti. ꝛ iure. Et collegiū possit ex tribus tm̄ constitui.gl.in.c.j.de ele

36 ctio.l.neratius.ff.de verbo.sig. ¶ † Per tres solos poterit cōsuetudo introduci,ꝛ ꝯsuetudo causata ꝛ in esse producta pōt cōseruari in paucis,qui manserunt in vniuersitate, ꝛ probat text. cū glo.in.d.c.non est.§.ius vero.vi.distin.adeo ꝙ ēt in vno cōseruari pōt, sicut ꝛ alia iura vniuersitatis, que redacta sunt ex multis in vnuꝫ, conseruant̃ in eo.per ea que notant̃ in.l.sicut.ff. quod cuiusqꝫ vniuer.nomi.gl.in.c.ij.de postula.prela.non tm̄ p vnum. Et si p vnum vniuersitas ius retineat,consuetudo posset de nouo introduci,q2 repugnaret nature ꝛ vocabulo consuetudinis,q2 consuetudo dicitur cōmunis asuetudo.

37 ¶ † Et an vbi dn̄ium est violentū vel tyrannicū possit introduci cōsuetudo. De iure enim est ꝙ gesta tpe tyrannidis non hn̄t iuris effectū,aut saltē debent reuocari,vt per Bal.in.l.decernimus.C.de sacrosan.eccle.ꝛ per Bar.in tractatu de tyrannide.ꝛ ꝯclude sic,ꝙ illa que per solū tyrānū exercent̃ vel p alios eius auctoritate, ꝛ illa veniūt cassanda.d.l.decernimus. Sed illa q populus q sub eo est gerit proprio suo iure,vt facere statuta vel inducere ꝯsuetudines q ad popolū spectant, ꝛ ista bn̄ valent,dūmodo propria voluntate in his gerendis, vtant̃.hoc vr̄ esse de mente Bal.in.d.l.decernimus.bn̄ facit qđ voluit Jnn. in.c.cū ex iniuncto.de no.ope.nun.non enim pp delictū ꝛ vio-

38 lentiā debent priuari iure suo ꝛ facultate eis a iure ꝯcessa † ꝛ p hoc facit ꝙ expulsus iniuste non perdit ius suum.cle.j.de foro compe.facit text.ꝙ ibi per Abb.in.c.ij.de arb. vbi si clericus exulat sine sui culpa non dꝫ priuari beneficio.ꝛ qđ hr̄ in.c.tanta.de excessi.prela.ꝛ ibi p Anto.de but. Domi.in.c.si episcopus.de supplen.negligen.prelato.in.vj.vbi loquitur de episcopo capto ꝙ possit constituere vicarium.

39 ¶ † Licet ꝯsuetudo sit preter ius, si tm̄ ledit̃ ius alterius ecclesie reqritur spaciū.xl.annorū. Doc.in.c.cū ecclesia sutrina.de

40 cā pos.ꝛ ppri.in.c.mos est.j.di. ¶ † Cōtra legē diuinā nō pōt induci aliqua ꝯsuetudo.c.in his.xj.di.c.ex pte.c.fi.de ꝯsuetu. imo hmōi ꝯsuetudo quāto est diuturnior tanto est deterior.d.c. fi. Sꝫ vbi dispositio legis diuine nō est certa, sꝫ dubitat̃ de eius intellectu posset ꝯsuetudo vires hr̄e,vt in.d.c.in his.ꝛ sic inter-

41 pretaret̃ legē diuinā.c.cū venerabilis.vbi per Abba. de ꝯsue. † Et adde Bar.in.l.oēs populi. in.iij.q.principali.ff.de iusti.ꝛ iur. ꝙ si ea que sunt statuta a iure diuino sunt spūalia, nec ppl's nec imperator pōt cōdere legē. Et not.vnū argumētum sm̄ doct.

42 in.d.c.in his.ꝙ laici de tpali iurisdictione ecclesie nō pn̄t facere statuta ꝯ̃ ius canonicum ꝙ est pulchrū. ¶ † Ubi lex phibet ꝯsuetudinē,ꝛ illā reprobat,nō pōt de nouo induci.l.eos.§.pen. C.de vsu.c.quāto de ꝯsue.c.messana.de elec. Moderni in.c.

43 ꝯsuetudinis.xj.di. ¶ Et no.dictū doctorꝫ in.d.c.ꝯsuetudinis. † ꝙ vbi ꝯsuetudo obuiat oī iuri,ita ꝙ nō tolerat̃ aliquo iure tūc indistincte succumbit ꝯsuetudo.vbi vero ꝯcordat iuri seu toleratur aliquo iure,ꝗuis alijs iuribus ꝯ̃dicere videatur,hmōi ꝯsuetudo vires obtinet. Uel sic pōt dici ꝙ qñ ꝯsuetudo obuiat oī iuri, quia ius penitus resistit, nec reperit̃ eodē iure aliquo casu limitatū,tūc indistincte ꝯsuetudo succūbit ꝛ non vꝫ pp bonū obe

44 dientie,ꝛ ꝯ̃riū faciēs peccat grauiter. ¶ † Nō vꝫ ꝯsue. ꝙ existēs in minoribus nō possit ꝯtrahere matrimoniū ad finē ꝙ ꝯtractū dirimat̃. Sed bene vꝫ ꝙ impediat ꝯtrahēdum,vt hr̄ per doct. in.c.placuit.xxxij.di.q2 ꝯsuetudo nō est tāte potentie, vt matrimonium ꝯtractū sm̄ legē dei possit dirimere ꝛ tex.in.c. sup eo. de cogna.spūa.intelligitur de separatione que fit ad tps quo ad mutuā seruitutē,nō aūt quo ad separationē perpetuam quo ad vinculū matrimonij.vel intellige illū tex.sm̄ aliū intellectū quē ibi ponūt doc. Et si queritur an ꝯsuetudo in matrimonio dispo-

45 nens valeat.ꝯclude sic aliquos casus.† Quorꝫ primus sit ꝙ si ꝯsuetudo disponit super ipso ꝯtractu matrimonij,talis ꝯsuetudo non vꝫ,ꝛ si nō seruat̃ ꝯsuetudo nihilominus matrimoniū vꝫ.

46 tex.est in.c.j.de spō.sm̄ vnum intellectū. † Scđs casus est,qñ cōsuetudo disponit circa solēnia matrimonij, ꝛ tunc cōsuetudo vꝫ tm̄ ꝗtum ad hoc,vꝫ q2 non seruātes tales ꝯsuetudines, vel solennitates a consuetudine introductas peccant, vt notatur. xxx.qō.v.c.aliter. ꝛ hoc maxime, quando omittuntur solennitates inducte ex consuetudine, quarum omissione matrimo-

nium reddit incertum, vt qđ fiat publice ꝛ pñtibus parentibus, vel filibus. Q̃tū aūt ad nullitatē inducēdā matrimonij ꝯsuetu-
47 do nō valeret. d.c.j. de spon. ꝛ ibi notāt doc. † Tertius casus est, qñ ꝯsuetudo disponit de penis, si illa pena fundat̃ sup fauore alicuius tertie ꝑsone, ꝛ tunc talis ꝯsuetudo valeret, vt pꝫ de penis scđarū nupt. fundatis sup fauore filiorū primi matrimonij. l. hac edictali. C. de scđis nup. Inno. in c. fi. de secun. nup.
48 † Quartus casus est, qñ ꝯsuetudo imponit penā fundādo eam sup matrimonio, ꝛ tūc est ꝯsiderādū, qđ auferat ꝯsuetudo, qꝛ si pena infligit dānū nō vꝫ, vt notat̃ in. d.c. fi. de secū. nup. ꝛ iō leges ꝛ ꝯsuetudines imponentes penā mulieribus ꝯtrahentibus secundas nup. intra annū luctus non valēt. † Et ex isto infert̃ ꝙ
49 si ꝯsuetudo vel statutū disponeret ꝙ non valeret matrimonium ꝯtractū sine ꝯsensu pr̃is, ꝛ ꝯtrahētes matrimoniū certā penā incurrerent, talis ꝯsuetudo vel statutū nō valeret. de quo p Ioā. an. in
50 c. statutū. de hr̃ti. in. vj. in nouella. † Quintus casus est qñ ꝯsuetudo imponit penā non ablatiuā rerū, sed priuat ꝯtrahētes matrimoniū lucris a ꝯsuetudine vel iure ciuili concessis, ēt in odiū matrimonij, ꝛ talis ꝯsuetudo vꝫ. gl. est no. in. c. cū ſm de heret. in. vj. Sed glo. tꝫ ꝯtrarium in. c. de puellis. xxxvi. q. ij. quam ap
51 probat Abb. in. c. j. de spon. † Sextus casus est. vꝫ ꝯsuetudo disponens circa accidentalia matrimonij, vt de dote lucranda.
52 c. Raynu. de testa. † Septimus casus est quod si consuetudo inhabilitaret existentes in. v. vel in. vj. gradu post. c. non dꝫ. de ꝯsang. ꝛ affi. talis ꝯsuetudo tanꝙ hñs colorē iuris antiqui valeret in loco vbi esset ꝛ seruanda esset, vt ꝓbat̃ in. d. c. placuit. xxxij. distin. Et est glo. nota. in. d. c. super eo. de cogna. spũa.
53 ¶ † Vbi lex ꝓhibet ꝯsuetudinē nō pōt noua ꝯsuetudo ꝯ legem illā induci nisi p papā specifice approbet̃ dictū est no. Hosti. p illū tex. in. c. qđ super his. de ꝯsangui. ꝛ affi. quē referunt moderni. in. d. c. placuit. ꝛ isto mō intelligat̃ gl. iiij. dis. §. leges.
54 ¶ † Non vꝫ ꝯsuetudo, vt inferior habeat iurisditionē in supiorē. c. inferior. xxj. dis. vbi p doc. in. c. cū inferior. de maio. ꝛ ob. qꝛ est oino irrationabilis, iō non vꝫ. c. fi. de ꝯsuetu. Nec obstat tex. in. c. dilectus. de appel. qꝛ intellige illū tex. vt ibi p doct. ꝛ in. d. c. inferior.
55 ¶ † Dānata ꝯsuetudine pp irrationabilitatē censet̃ dānata ēt illa de cuius initio non extat memoria. c. si ꝯsuetudinē, vbi per doc. viij. distin. ¶ Ad offīm iudicis spectat celerrime obuiare, ne mala ꝯsuetudo radices faciat. c. mala ꝯsuetudo. viij. distin. ¶ Et iō ista celeritas desiderat̃, qꝛ vbi diu praua ꝯsuetudo inualuit qđ amō est ꝯuersa in nām, nā ꝯsuetudo est altera nā. Et iō pp illā difficultatē in ea tollendā qñ est antiq̃ seruari dꝫ mo-
56 dus. de quo in. c. ꝯmessationes. xliiij. dis. † Et iste est casus, in quo archieps hꝫ iurisdi. in diocesi suffraganeoꝝ suorū. s. ad extirpādā malā ꝯsuetudinē q̃ est gñalis in ꝓuincia sua. text. no. in c. ex frequentibus. de institu. in. c. in tm̃. de simo. ꝛ est casus in quo inter laicos eps hꝫ iurisdi. vt a prauis ꝯsuetudinibus cohibeant̃. Abb. p illū tex. in. c. ad apostolicam. de simo.
57 ¶ † Consuetudo ꝯ ius auctoritate, ꝛ vtilitate non vꝫ nisi hēat expressum ꝯsensum principis vel ex certa sciētia tolleret̃ p principē. Io. an. in. c. fi. de censi. in. vj. Et si lex ꝯ quā inducit̃ consuetudo improbat ꝯsuetudinē, tunc reqrit̃ expressus consensus principis. Dictū est Io. an. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. ꝯpēdiose. ver. sed nunqd. Et ita pōt intelligi gl. in. §. leges.
58 iiij. di. † Et ꝯ reseruata principi non vꝫ ꝯsuetudo. glo. in. c. j. de cle. egro. in. vj. in. c. pe. de fil. presby. nisi esset consuetudo tanti tpis cuius initij memoria in contrariū non extaret. c. super quibusdam. §. preterea. de verbo. significa.
59 ¶ † Reprobat̃ gl. cōiter in. c. ꝛ si non sanctificat̃. de ꝯse. dist. iiij. que voluit valere ꝯsuetudinē baptizandi que addit formam baptismi. Ego te baptizo in noie patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti, ꝛ diaboli, qꝛ corrūpit fidē, quasi videat̃ virtutē baptizandi ponere non solū in trinitate, vt vere in illa est, sed ēt in creatura ꝛ dānata, vt est diabolus, hāc reprobāt doc. in. c. ꝯsuetudinē. xj. di.
60 ¶ † Si ecclesia hꝫ statuta vel ꝯsuetudines honorabiles ecclesie, ēt si eps ꝛ capitulū insimul ꝯueniant ꝛ vellēt illis renūtiare, vel ꝯ illa facere aliqua statuta nihil valeret qđ agerēt, imo oibus de ecclesia ꝯsentiētibus, vnus solus posset se opponere. ꝛ si nullus ꝯdiceret supior deberet statim illud reuocare. Inn. in c. accedētibus. ꝺ primi. referūt moderni. in. c. catholicā. xi. dis.
61 ¶ † Gl. in. d. c. catholica. xi. di. tāgit an illa q̃ pñt queri priuilegio tm̄ sint acqsibilia ꝯsuetudine. ꝛ ꝯcludit ꝙ particularis nō, sed exigit̃ ꝙ ꝯsuetudo sit vl̃is. Sed ſm doc. dicas ꝙ si ꝯsuetudo est obtēta de certa scia principis, q illā scit, ꝛ tolerat, ꝛ tunc q̃ri pñt talia. gl. in. c. pe. de fil. presby. ēt si sint talia, que possideri non pñt, ex quo pñt dari p priuilegiū, pñt ēt ꝯsuetudine induci quā princeps ex certa scia tolerat. dūmō non sit ꝯsuetudo irrōnabilis. Abb. in. c. fi. de ꝯsue. aut nō interuenit certa scia ꝑncipis, ꝛ sint talia q̃ de iure cōi possideri nō possint p volētē q̃rere ꝛ hec ꝯsuetudine nō q̃runt̃. gl. est in. c. illō. xciij. di. Io. an.
62 in. c. ij. de ꝑbē. in. vj. † Et si ꝯsuetudo tēdit ad tollēdū neruū ecclesiastice discipline ꝛ ꝯsuetudine q̃ri nō pōt. c. cū inter. de cōsuetu. ꝛ tñ priuilegio q̃ri pōt. c. vt priuilegia. de priuile. Sed si nō tēdit ad tollēdū neruū ecclesiastice discipline, ꝛ tūc si est tāti tpis de cuius initio nō extat memoria ꝛ q̃ri possunt. glo. in. c. sup q̄busdā. §. ꝑterea. de ver. sig. Aut nō est tāti tpis, ꝛ tūc si est ꝯsuetudo gñalis q̃ri pñt. secus si ē ꝑticularis. in. d. c. catholica.
63 ¶ † Et si aliqua ecclesia vult consuetudine querere ea que tendunt ad honorem, vt qꝛ vult inducere vt pre ceteris habeat aliquā preeminētiam, vt voluit archieps Rauēne. c. ꝯtra morē. c. di. hoc nō posset, qꝛ ecclesia nō pōt se alijs preferre, ꝛ sibi assumere honorē. c. in scripturis. viij. q. j. gl. in. d. c. ꝯtra morē. ꝛ intellige de illis, que tendūt ad honorē, que cōiter nō ꝯcedunt̃ ecclesijs sine priuilegio apostolico, vt esset vt ibi haberet canonicos Cardinales, vel vterent̃ insignibus epalibus, vel Cardinalatus, secus in illis, que lꝫ tendant ad honorem, tamē cōmuniter per inferiores ecclesias habentur per tex. in. c. cum olim. de cōsuetu. doc. in. d. c. catholica.
64 ¶ † Si ꝯsuetudo nō innititur rōni abolēda est ſm doc. in. c. frustra. viij. di. ꝛ iō dicūt ꝙ ꝯsuetudo nō pōt disponere, ꝙ quis retineat plura bñficia curata vel incōpatibilia ꝯ. c. de multa. de ꝑben. est enim ꝯtra cōem rōnem talis pluralitas beneficiorum ex fomite auaritie procedēs. ꝛ probat̃ in extrauaganti execrabilis de quo per Host. in. c. nōnulli. de cleri. nō residen. Io. an. in regula. que contra iura. in mercu.
65 ¶ † Qño aūt ꝯsuetudo dicatur irrōnabilis relinqnēdum est arbitrio iudicis ꝯsiderantis circūstātias loci, tēporis, vtilitate publica, ꝛ similibus. Archi. in §. leges. iiij. di. Doct. in. c. fi. de cōsuetu. Et in dubio nisi appareat irrationabilitas p̄sumit̃ rationabilis, vt probatur. c. illa. xij. disti.
66 ¶ † Vt inducat̃ ꝯsuetudo requiritur ꝙ res sit prescriptibilis. gl. in. c. frustra. viij. di. ꝛ pone exēplū in. c. cāꝫ q̃ de resc. Quātūcumqꝫ. n. longo tpe laici ꝯsueuerūt recipere decimas, nequaꝙ tñ sibi ex tali ꝯsuetudine vēdicare pñt decimas, intm̄ ꝙ ēt hoc casu pp incapacitatē eorū ēt prescriptio seu ꝯsuetudo de cuius initio ꝛc. illis non ꝓdesset. Io. an. ꝛ cōiter docto. in. c. ij. de preben. in. vj. in nouella. docto. in. d. c. frustra.
67 ¶ † Et lꝫ papa sciat ꝯsuetudinē induci ꝛ non ꝯdicat, tñ ꝯsuetudo impedit̃ pp sui irrationabilitatē. Nā rō est quasi cā formalis ipsius ꝯsuetudinis, ꝛ forma dat esse rei. c. qꝛ pp. de elec. Ad do ēt Abb. in. c. quanto. de consue. in notabilibus.
68 ¶ † Nō vꝫ ꝯsuetudo tāꝙ irrationabilis ꝙ tpe quadragesima li comedant̃ carnes, ꝛ alia ꝓhibita. c. deniqꝫ. iiij. disti. ꝛ ibi per doc. qđ limitat̃, nisi ex cā vt pp defectū piscīū. facit qđ habet̃ in c. lꝫ. de peni. ꝛ re. de quo p doc. in rub. de obserua. ieiunio. ꝛ ēt in obseruantia istius ieiunij non operat̃ ꝯsuetudo, quātū aūt ad alia ieiunia vide per docto. in dic. rubri.
69 ¶ † Lꝫ ꝯsuetudo hēat certa signa in ꝯtrahēdo matrimonium vel certā formā, si tñ illa non seruet̃ apparente ꝯsensu partiū vꝫ matrimoniū. gl. ꝛ doc. in. c. j. de sponsa. duorū. Et iō vbi esset ꝯsuetudo osculādi spōsam, vel bibēdi verba sufficerent, lꝫ hec signa non seruarent̃, tñ de se osculū nō est signū ꝯtracti matrimonij. tex. est notabi. vbi p Bal. in. l. si a spōso. C. de dona. ante nup.
70 ¶ † Lꝫ lex positiua ꝛ canon possint facere statutū, vel disponē sup matrimonio, tñ ꝯsuetudo illud facere non pōt ad illud inualidandū. gl. est in. c. j. de spōsa. duoꝝ. in ver. priori vxori.
71 ¶ † Consuetudo hꝫ ꝯstituere ꝓbabile dubium iuris ēt in his q̃ expressa sunt ꝛ clara in iure scripto. gl. est in. c. lꝫ. de spō. duoꝝ facit gl. in. c. cū venerabilis. de ꝯsue. in. c. vnico. de postu. pla. in. vi. ꝛ sic error iuris excusabit malā fidē, si paliet̃ ꝯsuetudine. Et iō dicit ibi Hosti. ꝙ ista ꝯsuetudo excusaret matrimonia retro ꝯtracta dūmō non fuissent ꝯtrahentes in mala fide, qꝛ scirent consuetudinem non valere.
72 ¶ † Lꝫ papa possit statuere in viā gñalis statuti, vel ēt disponere in viā particularis ꝯcessionis, vel inhibitionis sup matrimonio ꝯtracto, sed ꝯfirmato p copulā ꝛ nouū impedimētū inducere. c. ex publico. c. verū. de ꝯuer. ꝯiuga. tñ ꝯsuetudo hoc non pōt facere, qꝛ non pōt irritare matrimoniū ꝯtractū ēt non secuta copula. c. fi. c. lꝫ. de spō. duorū. Et rō est pp illā auctoritatem. quos deus ꝯiunxit hō non separet, ꝙ non ꝓcedit in papa, qꝛ cū sit vicarius Xp̄i hō nō separat, sed deus. ꝛ iō papa pōt facere, non consuetudo.

ꝯsuetudo ⁊ qꝛ ēt sup mr̄imonio nō spectat ad laicos disponere.
73 ¶ †Cōsuetudo. disponēs ꝙ scd̄m matrimoniū secuta copula p̄ualeat primo nō secuta copula nō valet. tex. glo. ⁊ doc. in. c. fin. de spon. duoꝝ. ¶ Cōsuetudo est stricti iuris ⁊ ad vnguē obseruāda. Bal. in. l. quicūqꝫ. C. de ser. fugi. Abb. in. c. ij. de cōsue. ⁊ ideo dicūt moder. in. c. j. qui clerici vel vouē. ꝙ si aliquod ē cōcessū ex cōsuetudine cardinalibus legatis de latere nō extēdit̄ ad alios legatos d̄ latere creatos nō cardinales.
74 ¶ †Cōsuetudo per quā inducit̄ separatio mr̄imonij vl' vt vxoꝛ nō teneatur sequi maritū, nō est seruāda ab ecclesia tanq̄ꝫ obuiās iuri diuino. tex. iūcta gl. in. c. j. de ꝯiug. lepro.
75 ¶ †Cōsuetudo p̄t facere legitimū ⁊ habilē ad ꝯhēdū ihabilē. gl. i. c. fi. de spō. duo. ⁊ ideo dicūt docto. ꝙ lꝫ illa ꝯsuetudo non valeret, tn̄ ex quo erat tollerata excusat matrimonia p̄cedētia an̄ illā reprobationē, ⁊ p̄lē susceptā ante, ⁊ sic p̄babilis erroꝛ iuris. i. causatus ex tollerata ꝯsuetudie ꝯ̄ ius, ⁊ qui nō vꝫ hꝫ excusare p̄lē ab illegitimitate sicut erroꝛ facti, ⁊ etiā hꝫ excusare mr̄imonia p̄hibita an̄ hāc
76 reprobationē sꝫ post illā decretalē secus. †Et no. ꝙ si ꝯstitutio est declaratoria rōnisque suberat d̄ antiquo, si hꝫ ꝯsuetudinē vl' cōem interp̄tationē in ꝯ̄riū, tūc gesta excusant̄, ⁊ sic non trahit̄ ad p̄terita. gl. in. c. j. in v̄bo. decreto. de postul. p̄la. in. vj. in. c. cū venerabilis. de ꝯsue. sed si ꝯstitutio nō solū ē declaratoria iuris antiqui vel rōnis de antiquo, sed ēt reprobat ꝯsuetudinē ꝯ̄riā, ⁊ tūc si declarat irrōnabilitatē ꝯsuetudinis cū ꝯsuetudo irrōnabilis sit poti⁹ coꝛruptela. c. fi. d̄ ꝯsuetudie, talis ꝯsuetudo nō excusat preterita, ⁊ iō ꝯstitutio ad ea trahit̄. d. c. cū venerabilis sed si aliter non declarat irrōnabilitatē ꝯsuetudinis, sed tantum eā reprobat, ⁊ tūc si d̄r de cetero vel simile clarum est ꝙ non trahit̄. d. c. fi. de sponsa duoꝝ, sed si non exprimit̄ tale v̄erbū cū trahit̄ ad preterita. gl. i cle. ij. in fi. de rebus eccle. non alie. Abb.
77 in. c. fi. de ꝯsti. ¶ †Si in aliquo loco eēt hodie ꝯsuetudo vt in q̄nto gradu non posset ꝯ̄hi matrimoniū, ⁊ ex ꝯ̄ctu generaret̄ scādalū non valeret matrimoniū, lꝫ in. c. non dꝫ de ꝯsan. ⁊ affini. p̄mittat̄ h̄ gl. not. in. c. sup eo. de cogna. sp̄ūali. Et rō est, qꝛ ꝯsuetudo ꝯcurrit cū oi iure antiquo, nec censet̄ sublata per nouū, ex quo non reprobat̄ illud ius ⁊ ꝯcurrit secū scandalū, lꝫ vbi a p̄ncipio nullū fuisset impedimentū solū scandalū superueniens nō pōt dissoluere matrimoniū, vt est gl. in. d. c. sup eo. qd̄ est nota.
78 ¶ †Cōsuetudo ligat incolas ēt solū inhabitantes in loco. c. qd̄ dilecto. de ꝯsangui. ⁊ affi. p qd̄ v̄r ꝙ non liget extraneos. d̄ quo
79 per doc. in rub. de ꝯsue. ¶ †Cōsuetudo inferēs grauamē ecclesie nō tꝫ. c. i. d̄ ꝯsue. qꝛ nō pōt eē rōnabilis cū sit ꝯ̄ religionē deo debitā ⁊ sanctis eius. vꝫ tn̄ p̄uilegiū eiusdē effectus. c. si pp. d̄ rescri. i. vj. c. ij. d̄ pe. ⁊ remi. i. vj. ⁊ p h̄ ifert Ab. i. c. j. ꝯ̄ q̊sdā rusticos nolētes soluere decias ecclesijs, nisi prius aliqd̄ munus tradat̄ a p̄sbitero. ⁊ allegant ꝯsuetudinē qd̄ est ꝯ̄ tex. i. c. decimas. xj. q. vij. Ur̄ tn̄ dōm ꝙ rustici p̄scriptione. xl. anno. non cū titulo vel sine titulo p̄scriptionis, cuius memoria extat in ꝯ̄riū tueri se possint vel si maioꝛ pars ecclesiarū ita seruat Fede. de se. ꝯsi.
80 clv. † vbi pōit an parrochiani vigore ꝯsuetudinis possint ꝯuenire plebanū, vt det candellas benedictas in festo purificationis, hoc tn̄ intelligit̄ qn̄ affert magnum grauamē, qꝛ ꝯsuetudo ꝯ̄ ecclesiam non reprobat̄ rōne cuiuscunqꝫ grauaminis facit tex. in. c. fi. de dona. in. c. frequens. de resti. spo. in. vj. in. l. scio. ff. de in integ. resti. gl. in. c. j. e. ti. in. vj. ¶ Et no. dictū notabile Inn. in
81 c. qd̄ sicut de elec. † vbi voluit ꝙ possit induci ꝯsuetudine vt ecclesia vacante canonici nō p̄cedāt ad electionē nisi prius morte prelati regi nuntiata ⁊ postulato assensu regio de procedēdo ad nouā electionē, qd̄ est nota. ꝺm Abb. in. d. c. j. ⁊ hoc dictū approbat ēt Abb. in. c. j. de elec. in. c. cum inter vniuersos. eo. ti. ⁊ ibi querit nunq̄d papa qui hodie prouidet ecclesijs cathedralibus teneat̄ requirere ꝯsensum regis in illis locis in q̄bus erat dicta ꝯsuetudo, ⁊ tꝫ ꝙ nō, ⁊ mouet̄, qꝛ cū papa p̄uideat iure suo non iure capituli, ⁊ illa ꝯsuetudo sit grauosa ecclesie non dꝫ extendi de persona ad personā. Sed aduerte qꝛ Abb. in. d. c. j. in fin. de ꝯsue. dixit ꝙ talis ꝯsuetudo nō affert magnū p̄iudicium ecclesie, nā si afferret nō valeret, nisi dicam⁹ ꝙ oino ē grauosa. Sed qꝛ non affert magnū grauamen vꝫ, ⁊ iō tanq̄ꝫ grauosa non dꝫ extendi, ⁊ istud dictū Inno. dixit singulare Roma. in singu-
82 laribus suis. ¶ †Ex ꝯsuetudine potest introduci actus siue solennitas, per quē sine app̄hensione reali transferat̄ possessio rei absentis. Casus est singularis ꝺm Abb. in. c. ex literis de ꝯsue. ⁊ facit ille tex. ad illam q̄ōnem vtrum statutū vel ꝯsuetudo possit transferre possessionem sine aliquo actu coꝛpoꝛali apprehensiuo seu figuratiuo possessionis apprehēse. Et adde tex. ⁊ bar. i l. raptoꝛes. C. de epis. ⁊ cleri. ⁊ tex. singularē in. l. q̄ꝫuis. ff. de bo.
83 auctoꝛi. indi. possidē. ¶ †Et vꝫ statutū ꝙ fingatur possessio cōtinuata in heredē. de quo p Alex. in. l. cū heredes. in prin. ff. de acqui. posses. ¶ Et lꝫ ex cōsuetudine possit acq̄ri iurisdictio. c. cum contingat. de foro ꝯpe. non tn̄ valet consuetudo vt sententia a non suo iudice lata teneat. Est. n. irrōnabile vt valeat sententia lata a non habente iurisdictionem. c. ad nostram. de cō-
84 suetu. ¶ †Consuetudo non pōt operari, vt clericus nō episcopus possit exercere ea, q̄ sunt reseruata oꝛdini episcopali. text. est no. in. c. quanto de consue. ⁊ intellige etiam de ꝯsuetudine vetustissima. Et ratio est, quia consuetudo non facit quem capacē ⁊ ideo Io. and. in. c. ij. de preben. in. vj. in nouella. dicit ꝙ quantocunqꝫ tempoꝛe longo laicus exercuerit actum spiritualē nunquam tamen illum potest prescribere, nam possessio tanti tempoꝛis cuius initij non est memoria habet vim tituli, quando dat̄ capacitas in exercente, alias non. qd̄ verbum dicit Abb. in. d. c. quāto ⁊ ꝯmendabis memoꝛie. Et hoc dictū Ioā. an. approbauit Abb. pro notabili in multis locis. in. c. nouit de indi. in ca. messana. in. c. sacrosancta. in. c. quisquis. de elec. in. c. cum instātia. de censi. in. c. quod autē. de iure patro. in. c. fi. de peniten. ⁊ remis. in. c. ad aures de prescrip. ⁊ est glo. in. c. nobis in versi.
85 de sua iurisdictione. de iure pat. ¶ †Non valet consuetudo per quam sententia interdicti violatur. c. cuꝫ inter. de consue. Et sic contra vires sententie censure non potest induci consuetudo nec contra ecclesiasticam disciplinam. Unde nulla est consuetudo contra honestatem. c. cū decoꝛem. de vita ⁊ honesta. cleri.
86 ¶ †Si hodie de nouo erigeretur studiuꝫ generale in aliquo loco deberet illa vniuersitas habere integra priuilegia. auc. habita. C. ne fi. pro pa. vt etiam in criminalibus haberent scholares iudices propꝛios non obstante gl. qd̄ ibi dicat ꝙ doctoꝛes ⁊ scholares renuntiauerūt illi auctentice in criminalibus per non vsum seu per consuetudinem. Consuetudo enim nocet duntaxat in his locis vbi viguit. Sed ex quo studium erigitur de nouo debet prius recurri ad ius cōmune, vt notabiliter declarat ab-
87 ba. in. c. cū oli. ad finē de consuetu. ¶ †Gerēs actū ꝯ̄ ius pretextu ꝯsuetudinis praue ex quo adhuc prauitas ꝯsuetudini non erat p ius declarata, nō dꝫ puniri tanq̄ꝫ legis transgressoꝛ. Sed dꝫ tolerari respectu ꝯsuetudinis. gl. est no. in. c. cū venerabilis. de ꝯsuetu. ⁊ est gl. in. c. deniqꝫ. iiij. di. q̄ dicit ꝙ lꝫ praua ꝯsuetudo excusat quo ad penā huius seculi, nō tn̄ quo ad deū. ꝙ ē nota. ꝺm Abba. in. d. c. cū venerabilis. ⁊ adde gl. in. c. ij. de tem-
88 po. oꝛdinā. ¶ †Et no. tex. in. d. c. cū venerabilis. ꝙ nō pōt induci ex ꝯsuetudine, ꝙ q̄s possit dimittere dignitatē sine sup̄ioris licētia, vel vt possit electus admistrare nō habita ꝯfirmatione a sup̄ioꝛe. ⁊ ob h̄ vt refert Abb. est cassata electio cuiusdam prioꝛis. s. crucis. p p̄uilegiū tn̄ h̄ qn̄qꝫ papa ꝯcedit, vt fratribus
89 carthusiēsibus. ¶ †Cōsuetudo est optima legū interpꝛes, ⁊ lege existēte dubia debem⁹ recurrere ad ꝯsuetudinem loci. ⁊ si de ea apparet nō est recedendū ab illo intellectu quē ꝯsuetudo tribuit. tex. ē in. c. cuꝫ dilectus. de ꝯsuetu. facit qd̄ h̄r in. l. minime
90 in. l. si de interpretatione. ff. de legibus. ¶ †Uicarius ep̄i dꝫ p̄ferri archidiacono, qꝛ facit idē tribunal cū ep̄o ⁊ hꝫ iurisditionē sup Archidiaconū. Nec vꝫ ꝯsuetudo in ꝯ̄riū tanq̄ꝫ sit ꝯ̄ honestū. Ita notabiliter ꝯsuluit Abba. in suo ꝯsilio. xxj. vel. xxij. in p̄mo li. ¶ Trāsgressoꝛ ꝯsuetudinis dꝫ puniri sicut transgressoꝛ legis. c. i his. xj. di. ꝙ intellige de ꝯsuetudine rationabili. nā cōsuetudo irrationabilis est extirpāda. c. quanto. c. cuꝫ venerabi-
91 lis. de ꝯsuetu. c. mala ꝯsuetudo. viij. di. ¶ †Nō vꝫ cōsuetudo inducēs p̄nitatē ad peccandū. c. ex p̄te. de ꝯsuetu. ¶ Et eodeꝫ mō dōꝫ est de statuto ꝺm Abb. ibi. Et rō est, qꝛ lex dꝫ esse rōnabilis scā ⁊ honesta. c. erit aūt lex. iiij. di. facit qd̄ voluit Ange. in. l. testi. ff. de testa. text. in. l. ꝯuenire. ff. de pact. dotali. in. l. si a reo. §. itē qd̄ vulgo. ff. de fideius. ⁊ qd̄ ibi p bar. in. l. j. cū glo. ff. de eo qd̄ certo loco. l. in ꝯmodato. in prin. ff. ꝯmo. ⁊ qd̄ voluit bart. in. l. cū lex. ff. de legib. bal. in. l. j. in. vj. col. C. de his q̄ pene noie. in. l. eā quā. in. xij. col. C. de fideicō. Et ibi dixit ꝙ nō pōt princēps legitimare nascituros ex aliquo q adhuc non sunt ꝯcepti.
92 ¶ †Pōt q̄s se defendere ꝯ̄ antiq̄ꝫ ꝯsuetudinē allegādo eius irrōnabilitatē ⁊ ꝙ nutriat p̄ctm̄, vt in. d. c. ex p̄te. ⁊ nō solū p̄t adiri iudex ecclesiasticus, sꝫ ēt secularis, qꝛ ēt ad iudicē secularem spectat obuiare peccato. ita Abb. in. d. c. ex p̄te. facit qd̄ voluit Bar. in. l. sub p̄textu. ff. de varijs ⁊ extraoꝛdi. crimi. vbi dixit ꝙ p̄tās ⁊ capitanei terraꝝ p̄nt videre statuta ⁊ oꝛdinamēta istoꝝ disciplinatoꝝ, ⁊ si repierint ibi aliq̄d qd̄ nō spectat ad religionē p̄nt illud collegiū dissoluere. ⁊ idē voluit Bal. in. c. j. §. cōuenticulā in ti. de pace iura. firmā. Ubi ēt dicit ꝙ cognūt isti edere sua statuta ep̄o, ⁊ ep̄i ꝯ̄ malas conuentiones habēt iurisdi-

ctionē a iure.d.§.conuenticulam. Adde etiam Bald.in.l.j.C.
de monopolis.in.l.collegiū.C.de here.insti. ¶ † Et quia dictuꝫ
ē.s̄.ꝙ nō vꝫ ꝯsuetudo vel statutū ꝙ homicida puniri dēat pena
pecuniaria,qꝛ iducit talis ꝯsuetudo ꝓuitatē peccādi. Addo ꝙ
idē voluit Abb.in.c.fi.d̄ ꝯsue.⁊ lꝫ allegeꝛ bar.ꝙ voluerit ꝯ̄riū
in.l.j.ff.qd̄ cuiuſcꝫ.iu.in.l.pen.§.ad crimē.ff.de pub.iudi.in.l.j.
ff.vi bo.rap.tñ ſp mihi viſuꝫ est ꝙ nō possit allegari ad hoc, qꝛ
lꝫ faciat mētionē de tali statuto ꝙ viget in aliqbus locis, tñ per
hoc nō ꝯcludit ꝙ tale statutum vel ꝯsuetudo valeat,qꝛ statuen
tes volunt ꝙ sua statuta seruent̄,siue valeāt siue nō. Nō.n.dicit
bar.decidēdo tale statutū valere. ¶ † Mala est ꝯsuetudo q̄ pu
nit totā parrochiā vel villā ꝓ d̄licto vnius,cū ceteri nō sint i cul
pa. Bal.in.c.fi.de ꝯsue. ¶ Qñ dicat̄ ꝯsuetudo rōnabilis vel
irrōnabilis relinquit̄ iudicis arbitrio.cōis est opi.in.c.fi.de cō
95 sue. Et adde gl.in.c.j.de ꝯsti.in.vj.in ꝟ.rōnabilia. ¶ † Oia iu
ra canonica dicūt,ꝙ ꝯsuetudo dꝫ eē ꝑscripta intellige.i.obtēta
ꝑ cursuꝫ tpis reqsiti ad ꝑscriptionē. Abb.in.d.c.fi.⁊ Bal.in.
l.de qbus.ff.d̄ legi.exponit ꝑscripta.i.roborata seu firmata. Et
dicit ꝙ ꝯsuetudo resultat ex cōi assuefactiōe totius vel maioris
96 ptis ppl'i. ¶ † Consuetudo nō pōt induci nisi ab hñtibus ptātē
legis ꝯdēde.l.de qbus.ff.d̄ legi. Et iō dixit no.bar.in.l.j.i.fi.ff.d̄
legi.ꝙ vsus ⁊ mores mulierū nō introducūt ꝯsuetudinē qꝛ non
pñt mulieres legē ꝯdere,vt in.l.j.ff.de legi.qd̄ est no.ſm Abb.
i.d.c.fi.de ꝯsue.⁊hoc dictū ꝓ singulari refert Ro.in suis dictis
singularibus,⁊ Bal.i.l.d̄ qbus.ff.de legi.d̄t ꝙ talis sit ppl's qui
97 possit statuere. † Nā si nō pōt in exꝑsso,nec i tacito,cū vtrobiqꝫ
reqrat̄ par potētia cāe efficientis ⁊ iō si statuto ciuitatis caueꝛ,
ꝙ sindici villarū teneant̄ denunciare maleficia,⁊ q̄dā villa stetit
ꝑ centū annos ꝙ in ea nō fuerūt denūciata maleficia,tñ ista cō
suetudo est inualida cū illi de illa villa nō habeant in ptātem sta
tuēdi,nisi ista ꝯsuetudo esset exꝑsse approbata per superiorem.
98 ¶ † Ubi ius reqrit antiquā ꝯsuetudinē reqrit̄ tp̄s de cuius ini-
tio nō est memoria.ita voluit Ant.de but.in.c.fi.de ꝯsue. Di-
cit tñ ibi Abb.ꝙ originaliter fuit dictū Jo.monachi.⁊ Arch.
in.c.gñali.de ele.in.vj.sed h̄ reprehēdit Abb.per tex.in.l.de q
bus.ff.de legi.vbi ꝯsuetudo dr̄ inueterata,lꝫ sit obtēta ꝑ tp̄s.x.
anno.qꝛ non importat plus antiqua q̄ꝫ inueterata, ⁊ lꝫ in apo-
stilla Abba.fiat vna distinctio ꝙ aut ista verba antiqua sicut
ab antiquo proferunt̄ simpliciter sine alio adiuncto, tunc im-
portāt tp̄s cuius nō extat memoria in ꝯ̄riū,secus si diceret̄ anti-
qua ꝯsuetudo,qꝛ in materia ꝯsuetudinis talia verba nō intelli-
gunt̄ ꝓ tpe de cuius initio non extat memoria in ꝯ̄riū.d.l.de q-
bus. Hoc vr̄ eē ꝯ̄ tex.⁊ gl.i.c.cū ꝯtigat.i.c.cū i tua.d̄ deci.vbi
hr̄ ꝙ dr̄ res ad aliqnē ptinere ab antiquo qñ illā ꝑscripsit,⁊ tñ
illud ꝟbū simpl'r ꝓfert̄ sine alio adiūcto. Et not. Abb.in.d.c.
99 cū ꝯtingat. ¶ † Ex actu iudiciario iducit̄ ꝯsuetudo, puta qꝛ iu-
dex iudicauit ꝯ̄ legē ppl'o sciente ⁊ nō ꝯ̄dicēte,vñ actus iudicia
lis sufficit ad ꝓbandū ꝯsuetudinē,nō vt actus iudiciarius, sꝫ qꝛ
ꝑ illū actū detegit̄ ꝯsensus ppl'i. Abb.i.d.c.fi.de ꝯsue.de quo
ēt ꝑ Abb.in.c.abba.de ver.sig. Si vnic⁹ actus hꝫ cām successi
nā sufficit ad inducendū ꝯsuetudinē,si habuit ꝯtinuationē ꝑ tp̄s
intra qd̄ iducit̄ ꝯsuetudo.tex.est sing.in.c.cū de bñficio de ꝓb.
in.vj.⁊ idē dic si edificaret̄ pōs in publico ⁊ hr̄et cām ꝑmanētē
100 ita Abb.in.d.c.fi. † sed bar.in.l.de qbus.ff.de legi.q̄rit nunqd
vnus actus multū notorius toti ppl'o sufficiat ad ꝯsuetudinē idu
cendā.⁊ concludit ꝙ nō,qꝛ ꝯsuetudo reqrit frequētiā actuū.l.j.
⁊.ij.C.q̄ sit lō.ꝯsue.l.sed an i totū.C.d̄ edifi.ꝑ.⁊ ea q̄ vno cāu cō
tingunt nō dr̄ frequēter fieri.l.ex his.l.nā ad ea.ff.de legi.vni
cus actus interueniens ꝯ̄ ꝯsuetudinē nō interrūpit ꝯsuetudineꝫ
ꝯpletā,sꝫ opꝫ ꝙ tollat̄ eo tpe ⁊ mō qbus fuit inducta, qꝛ iā lex ē
⁊ ideo dꝫ tolli tanq̄ꝫ lex,⁊ sufficit tp̄s.x.anno.ſm Abb.in.d.c.
fi.⁊ ita intellexit glo.no.in.l.nemo.§.tꝑales.ff.de regu.iuris.
101 ¶ † Principalis ⁊ fundamētalis dr̄ia inter ꝯsuetudinē ⁊ ꝑscri
ptionē ē ista,qꝛ ex ꝑscriptione acquirit̄ ius priuato,siue illud ius
trahatur ex publico siue ex priuato. ꝯsuetudine vero non acqui
rit̄ ius alicui priuato,sed in publico vndecunqꝫ causet̄ etiā si ius
trahat̄ ex priuato.l.vēditor.§.si ꝯstat.ff.cō.predio.nā ꝯsuetudo
est lex q̄ dꝫ esse cōis.c.erit aūt lex.iiij.dist.si ergo acquirit̄ pri-
uato nō pōt dici lex,qꝛ non est cōis. Itē in ꝑscriptione ꝯ̄ ius req
rit̄ titulus.c.j.de ꝑscrip.in.vj.secus in ꝯsuetudine.nā in ꝯsuetu
dine cū sit quedā lex inspicit̄ sola volūtas seu tacitus cōsensus.
Ista sunt ꝟba Abb.in.d.c.fi.qui dicit ꝙ sunt alie dr̄ie,sed iste
sunt fundamētales ⁊ ꝑstātiores. Et adde no.ꝑ Inn.i.c.dilecto
de offi.archi.ꝑ Bal.in.l.si qs ad declinādā.C.de epi.⁊ cleri.in
auc.quas actiōes.C.d̄ sac.san ec. Jo.an.in.c.iij.de cōsue.i.vj.
Abb.i ꝯsi.vj.ij.lib.alex.ꝯsi.lxxvij.lib.ij.⁊ in.l.more.ff.de iur.
102 om.iudi. ¶ † Nō vꝫ ꝯsuetudo ꝯ̄ ius naturale,qꝛ naturalia iu-
ra sunt imutabilia.§.sed naturalia.insti.de iure na.gē.⁊ ci.iō d̄t
Abb.in.c.fi.de ꝯsue.ꝙ si haberet ꝯsuetudo ꝙ filij nō educa-
rent̄ a parētibus nō valeret,qꝛ d̄ iure nāli sunt eis debita alimē
ta,facit qd̄ voluit bal.i.l.j.ff.de ꝯsti.prin.ꝙ ꝑnceps nō pōt face
re ꝙ alimēta nō dēant̄ ⁊ iō dixit Spe.i ti.q fi.sint legi.§.j.ꝟ.
sed pone ꝙ si filius fecit pcm̄ cū pr̄e ꝙ nō peteret alimēta non
obstā.pacto poterit petere,qꝛ hoc esset ꝯ̄ ius nāle.bar.i.l.si qs
a liberis.§.si vel parēs.ff.de libe.agno. Roma.in.l.alia.§.elegā
ter.ff.so.matri.in.l.j.in vlti.col.eo.tit.ꝙ nō vꝫ pactū ꝙ pr̄ non
103 teneat̄ dotare filiā. ¶ † Non vꝫ ꝯsuetudo ꝯ̄ vtilitatē publicā,si
cut non vꝫ lex.l.fi.C.si ꝯ̄ ius vel vti.pub.not. Abb.in.d.c.fi.de
ꝯsuetudi.qd̄ d̄t eē nota. ¶ Si ꝑcedit lex derogatoria ad ꝯsuetu
dinē nō vꝫ ꝯsuetudo sequēs ſm bar.in.l.d̄ qbus.ff.de legi.queꝫ
104 refert abb.i.d.c.fi.qd̄ d̄t eē notan. † ex hoc infert̄ ſm eū,ꝙ cō-
suetudo semel a lege reprobata nō p̄t amplius iduci. Limitat tñ
h̄,ꝙ si subesset rō noua,q̄ nō suberat tpe legis dānātis ꝯsuetudi
nē ꝙ tūc poterit d̄ nouo induci.d̄ q̄ ēt ꝑ Abb.i.c.ij.d̄ ꝓba. Et
addo qd̄ no.bar.i.l.cūctos ppl'os.i.vij.co.C.d̄ sum.tri.⁊ fi.ca.
Cy.i.l.ij.C.d̄ ꝯ̄hē.emp.gl.i.c.j.in ꝟ.exꝑsse.d̄ ꝯstitutio.in.vj.
lꝫ ꝙ qñ ius cōe resistit ꝯsuetudini ꝙ ꝯ̄ illud ius nō possit noua
ꝯsuetudo creari.⁊ ꝓ clariori ꝯcl'one in hac materia notabili tu
potes dicere ꝓut ex intētione multoꝝ ꝯcludit Domi.in.d.c.j.
105 Ex cuius dictis colligo istos casus quoꝝ ꝑmus ē. † Si ius cōe
resistit ꝯsuetudini declarādo ipsam irrōnabilē,vel ipsam impro
bando,tūc noua ꝯsuetudo ꝯ̄ illud ius induci nō pōt allegat gl.
fi.⁊ ibi doctores in cle.si vna de rebus ecc.nō alie. Inn.in.c.ex
ꝑte.de ꝯsue. Scōs casus ē si ius cōe resistit ꝯsuetudini tm̄ ad fi
nē vt preteritā ꝯsuetudinē tollat.⁊ h̄ ꝯstat, qꝛ nō facit mētioneꝫ
d̄ ꝯsuetudine, nisi vt illā tollat,q̄ nō tolleret̄ aliter,vt i.c.j.d̄ cō
sti.in.vj.⁊ tūc ꝯ̄ tale ius posset induci noua ꝯsuetudo.⁊ intelli-
gat̄ gl.in cle.statutū,de elec. Allegat Pe.de peru.in trac.de
cano.portio.circa fi.in.v.q.vbi lꝫ ꝙ ꝯ̄ cle.dudū.de sepul.pos-
sit induci noua ꝯsuetudo dicēs ꝙ illa cle.nō iprobat ꝯsuetudi-
nē,sꝫ de ea facit mētionē vt illā tollat, qꝛ aliter nō fuisset subla-
ta ꝯsuetudo. Tertius casus ē, Si ius cōe simpl'r tollit ꝯsuetudi
nē,nec appet de fine,q̄re lex illā tollat,⁊ lex disponat sup his,q̄
sunt reſuata in ꝑuilegiū principis.⁊ vr̄ tollere ꝯsuetudinē ēt de
nouo creādā.all'at gl.in.c.j.de cle.egro.in.vj. Quartus casus
ē. Si.l.nō disponit i his q̄ sunt reſuata prinicpi,tūc si iuuat̄ no
ua rōne seu vtilitate, vꝫ ꝯsuetudo.argu.tex.in.ca.j.de ꝯsti.in.
vj.sꝫ si nō iuuat̄ noua rōne ñ vꝫ, qꝛ ex quo hꝫ r̄pugnātiā iuris re
uocātis ꝯsuetudinē,in dubio presumit̄ irrationabilis.⁊ ita vo-
luit gl.in.d.c.j. Quintus casus ē. Si lex nō reuocat ꝯsuetudi-
dē,nec de ea facit aliq̄ꝫ mētionē,sꝫ reprobat quādā rōnē,⁊ tūc lꝫ
lex nō formaliter tollat ꝯsuetudinē, tñ ꝯ̄ illā legē nō posset no-
ua ꝯsuetudo creari, Allegat Paul.in cle.j.de elec.sup ꝟ.eli
gat̄.vbi lꝫ ꝙ ꝯ̄ illaꝫ cle.nō posset induci noua ꝯsuetudo ꝑ illum
tex.⁊ tñ ibi nulla fit mētio de ꝯsuetudine.⁊ pōt eē rō,qꝛ ex quo
lex iprobat rōnē,⁊ ꝯsuetudo irrationabilis nō valeat, sequitur,
ꝙ talis ꝯsuetudo tāq̄ꝫ rōne carēs postea eēt inualida.cuius di
ctū d̄t Domi.credo verū.nisi noua ꝯsuetudo alia rōne ꝓbabili
106 iuuaret̄.ꝓut dcm̄ est.s̄. ¶ † Si ciues faciūt statutū ꝯ̄ suā ꝯsue
tudinē tollit̄ ꝯsuetudo,lꝫ de ea nō faciāt mētionē, qꝛ ciues ꝑsu-
mūt̄ scire suā ꝯsuetudinē,⁊ sic cessat rō.c.j.d̄ ꝯsti.in.vj.ita Ab
ba.in.d.c.fi.in fi. ¶ Cōstitutio antiq iuris declaratoria trahit̄
ad ꝑterita,ēt dato ꝙ habeat in oppositū ꝯ̄riā ꝯsuetudinē obser
uatā,qñ declarat̄ ꝯsuetudinē fore irrationabilē.tex.in.c.j.d̄ cō
107 sue.in.vj.⁊ ibi ꝑ Domi. ¶ † Consuetudo ꝓ ſba reqrit rōnabi-
litatē.tex.vbi Do.in.c.nō putamus.d̄ ꝯsue.in.vj. ¶ Cū in cō
suetudine ppl's declaret suā volūtatē.l.de qbus.ff.de legi.ꝯstat,
ꝙ circa ius supioris nihil declarare pñt qbus manet necessitas
obsequēdi,nō imperādi auctoritas.tex.gl.⁊ doc.in.d.c.non pu
tamus.de ꝯsue.qd̄ tñ intellige,qñ talis ꝯsuetudo eēt ꝯ̄ substan-
tiam actus,vt in.d.c.non putamus. Sed si nō sit ꝯ̄ substantiaꝫ
actus ⁊ subsisteret patiētia superioris cui preiudicaretur,tūc va
leret ꝯsuetudo contra ius suū. Domi.in.d.c.non putamus.
¶ Quod pōt fieri per pactū potest etiam introduci consuetudi
ne ⁊ econuerso. Id quod non pōt fieri per pactū,non pōt intro-
duci consuetudine.glo.in.d.c.non putamus.quod intellige ſm
Domini.ibi.ꝙ istud argumentum procedit,quando ratio qua
re non valet pactum concludit ad consuetudinem,vbi vero non
concludit ad consuetudinem,vel econtra non procedit argu.de
quo ibi ꝑ eū. Et adde Bar.in.l.j.§.familie.ff.de publi.qd̄ p̄t fie
ri ꝑ pcm̄ p̄t fieri ꝑ statutū.alleg.no.in.l.nō ipossibile.ff.d̄ pac.i.
l.nec ex pretorio.ff.de reg.in.gl.in rub.C.de decre.decu.lib.x.⁊
in.d.l.

in.d.l.nec ex ꝑtorio,dicit ꝙ nõ põt fieri ꝑ pactũ rõne turpitudi
nis nõ ṗt fieri ꝑ statutũ. Si ãt nõ ṗt fieri ꝑ pcm̃,q꞉ ꝯ̃ publicã vti
litaté põt fieri ꝑ statutũ,q꞉ respublica põt derogare sue publice
vtilitati.de qua ꝑ bar.in.l.oẽs ppl'i.ff.de iusti.⁊ iu.in.l.nõ ipol'e
108 ff.ꝺ pac.¶ †Cõsuetudo an extẽdant̃ de casu vero ad fictũ.po
nũt doc.in.c.fi.de ꝯ̃sue.i.vj.Et ꝯclude,ꝙ si ꝯsuetudo ñ ẽ ꝯ̃ ius
sȝ ṗter,tũc extẽdit,sicut arguit̃ a ꝯ̃rio sẽsu.bar.i.d.l.oẽs ppl'i.se
cus si est ꝯ̃ ius. ¶ Lex ⁊ ꝯsuetudo differũt sicut instãtaneum,⁊
successiuũ,q꞉ statutũ vno instanti fieri põt. Sed ꝯsuetudo sil'is ẽ
hoi,q ñ ꝑficit̃ nisi tp̃is cursu ⁊ nisi sit,vt ita dixerȝ,ꝓuecte eta⸗
tis.lẽtiori igit̃ passu ꝓcedũt potius tacita q̃ȝ expꝑssa,q꞉ nõ sũt ita
certa neq; ita solẽnia ea q̃ ex ꝯiecturis veniũt,sicut ea q̃ expꝑs⸗
109 sa sunt ꝟba sunt Bal.in.l.ꝺ qbus.in.ij.col.ff.de legi. ¶ †Ubi
lex nõ ẽ oino lata ꝓcedimus i ꝯsuetudine vltra tenorẽ ꝯsuetudi
nis ꝑ sil'itudinẽ. Sed vbi lex ẽ i pluribus casib⁹ sil'ibus lata,⁊ ẽ i
vno casu ꝑ desuetudinẽ abrogata,tũc ꝯsuetudo nõ extẽdit ad al
terius casus correctionẽ.l.ṗcipimus.i fi.C.de appel.q꞉ legũ cor
110 rectio ẽ odiosa bal.i.d.l.de qbus. ¶ †Cõsuetudo q̃ est ꝯ̃ aucto
ritatẽ legis supioris nõ vȝ,q꞉ minor auctoritas non tollit maiorẽ
⁊ hoc ẽ vbicũq; supior h̃ ẽ iperator ꝓhibet ꝯsuetudinẽ.auc.na⸗
111 uigia.C.ꝺ fur.ꝯclusio ẽ bal.i.d.l.ꝺ qbus. ¶ †Bona ẽ ꝯsuetu⸗
do q̃ ꝯtinet bonũ honestũ vt nõ eat̃ ꝺ nocte,q꞉ male agẽs odit lu
cẽ.l.j.ff.de ven.inspi.Jtẽ bona ẽ ꝯsuetudo,q̃ ꝯtinet bonũ cõe.i.
vtile reipublice,⁊ iõ ẽ bona ꝯsuetudo,ꝙ in causis dotiũ ꝓcedat̃
summarie,⁊ ꝙ instr̃a mãdent̃ executiõi ⁊ sil'ia. Bona ẽ ẽt ꝯsue⸗
tudo,q̃ ꝯtinet bonũ honorabile,ꝙ doctorandi doctorent̃ publi⸗
ce nõ secrete,q꞉ ẽ honor publicus. Jtẽ ꝙ dẽant portare certum
112 habitũ,q꞉ habitus virũ ostẽdit. †Mala aũt ẽ ꝯsuetudo q̃ indu
cit malũ culpe,vt ꝯsuetudo ꝙ liceat fenerari ad duos denarios
ꝓ libra.q꞉ ordinat ad delicta,ergo ꝯsuetudo q̃ de vitijs facit mo
res,nõ vȝ,qm̃ inest sibi vitiũ a radice.male.n.adinuẽta maleq;
ꝯsuetudines,nec ex longo tp̃e,nec ex longa ꝯsuetudine ꝯfirmã
tur,⁊ ꝯsuetudo fouẽs malos mores ⁊ inducẽs pcm̃ nõ tollit le
gẽ. Jmꝑator.n.qñ dat ꝯsuetudinibus auctoritatẽ nõ itẽdit ꝓ h̃
eẽ auctor delictoꝝ.qꝺ.n.ipse nulla rõne ꝯcederet alijs ꝯmitte⸗
113 re nõ vr̃. †Et si ꝯsuetudo iducat malũ pene.i.penã q̃dã occasio
ne ṗtẽsã infligat innocẽti,si talis pena ṗt deduci in pactũ,vt pe⸗
na pecuniaria vȝ ꝯsuetudo. Aut nõ ṗt ꝺduci i pcm̃,vt pena cor
poralis nõ vȝ ꝯsuetudo. Jsta sunt pulchra ꝟba bal.i.d.l.de q⸗
114 bus. ¶ †Jn ꝯsuetudie reqrit̃ frequẽtia actuũ q꞉ tex.i.d.l.ꝺ q⸗
bus.loqt̃ i plurali morib⁹.§.ex ñ scripto.insti.⁊ iu.na.gẽ.⁊ ci.l.
i.C.q̃ sit lõ.ꝯsue.l.an i totũ.C.de edifi.ꝑua. Et an duo actus suffi
ciãt. Ꝑnt doc.ꝙ ꝺ nũero actuũ nõ ṗt dari certa rl'a. Ꝑnt.n.eẽ
act⁹ ml'tũ noiati i ppl'o.⁊ tũc sufficiũt duo act⁹ vallati tp̃is admi
nicl'o. Ꝑnt eẽ alij actus parũ sciti in ppl'o,⁊ tũc reqrunt̃ pluri
mi actus,ergo i causis grauibus q nõ dirimunt̃ sine magno stre
pitu ⁊ lõgo certamine sufficiũt due snie,q꞉ ꝑueniũt verisil'r i noti
tiaȝ gentiũ. Sȝ in causis leuibus ⁊ maxie viliũ ꝑsonarũ nõ reso
nat ita negotiũ nec efficit̃ notoriũ,⁊ iõ actus dẽnt eẽ sepissimi, ⁊
ꝑ ml'tas man⁹ iuisse, ita ꝙ sit verisil'e,ꝙ ppl's sciuerit ⁊ ratũ ha
buerit,⁊ ꝓbata publica fama ẽ satis ꝓbata scia ppl'i.bal.i.d.l.
115 de qbus. ¶ †Ad hoc ꝙ ꝯsuetudo iducat̃ nõ exigit̃ actuũ vali
ditas. Nã ẽt ꝑ actũ nullũ volũtas ꝯprobat̃.⁊ ꝟe ẽ de necessita
te,ꝙ ꝯsuetudo iducat̃ ex actibus nullis.nã vȝ ꝯsuetudo,ꝙ snia
ferat̃ stando,vel sine scriptura,vel ꝙ recitet̃ ꝑ aliũ,⁊ hoc nõ ṗt
fieri nisi ꝑ snias latas h̃ mõ q̃ nulle fuerũt a ṗncipio,nec roborã
tur ex supueniẽti robore ꝯsuetudinis,q꞉ ꝟtus ꝯsuetudinis non
116 fingit retro. Bal.in.d.l.ꝺ qbus. ¶ †Et actibus arbitroꝝ i⸗
ducit̃ cõsuetudo i eodẽ stilo.i.corã arbitris,sȝ illa ꝯsuetudo nõ
extẽdit̃ ad vera iudicia,qꝺ itellige ꝺ mõ ꝓcedẽdi,secus si actus
respiciũt facti rõnẽ,⁊ nãm,⁊ tũc vbiq; vȝ,vt si sepius est ꝓnũtia
tũ ꝑ arbitros,ꝙ ꝑmogenitus succedat.nã ꝯsensus firmat sniam
117 latã a prorsus priuatis Bal.in.d.l.qbus. ¶ †Si negatiua con
suetudo ṗt elici ex actibus ṗscribi ṗt,al's secus.ꝯclusio ẽ bal.in
d.l.de qbus. ¶ Ex actibus excõicatoꝝ ṗt introduci ꝯsuetudo,
q꞉ lȝ sint excõicati,hñt tñ ꝯsensum.ꝯclusio bal.in.d.l.de qbus.
118 ¶ Cõsuetudo ligat infantes ⁊ furiosos,q꞉ respublica ṗt ligare
vniuersos ⁊ singl'os,ẽt ifantes.l.si sine.§.lnti⁹.ff.de admi.tut.
Ad penã tñ nullã ꝯstitutio ligat nõ capaces delicti. Bal.i.d.
119 l.ꝺ qbus. ¶ †Cõsuetudo ligat abñtes sicut pñtes,q꞉ si ligat nõ
natos ⁊ pupillos,ergo ⁊ abñtes.bal.in.d.l.de qbus. Cõsuetu
do ꝑmissiua extẽdit virtutẽ suã ad oẽs forenses,q꞉ vtẽdo ꝯsuetu
dine consentiunt in ipsa, sed si consuetudo est compulsiua pro⸗
hibitiua vel penalis,nõ ligat imediate,sȝ mediãte aliquo facto,
vel delicto itra territoriũ ꝯmisso tñc ligat,q꞉ ꝯsentire vr̃ q delin
120 quit.ista ẽ ꝯcl'o bal.i.d.l.de qbus. ¶ †Si ẽ ꝯsuetudo ꝙ instr̃a
mandent̃ executioni,nisi sint elapsi decẽ anni ṗt ecclesia ⁊ cleri⸗
cus vti bñficio ꝯsuetudinis,dũ tñ nõ sint elapsi.x.anni,q꞉ ñ pñt
formã ꝯsuetudinis mutare.ꝯclusio bal.i.d.l.ꝺ qbus. ¶ Si cõ
suetudo iaȝ erat ṗscripta nihil opat̃ actus ꝯ̃rius.si ãt erat ṗscri
benda tũc ẽ iterrupta si talis ẽ publicus ⁊ notorius.gl.no.in.l.
nemo.§.tpales.ff.ꝺ reg.iur.⁊ sic actuũ diffoꝛmitas reddit cõ⸗
suetudinẽ ipꝛescriptibilẽ,q꞉ varia reꝝ obꝟuãtia ñ dr̃ ꝯsuetudo.
121 ꝯclusio.bal.d.l.ꝺ qbus. ¶ †Põt iduci ꝑ ꝯsuetudinẽ ꝙ ñ va⸗
leat ꝯsuetudo ꝺ ṗterito,ꝺ futuro nõ,q꞉ tacita nõ pñt hr̃e cl'am ꝺ
rogatoriã,⁊ in dubio ṗsumẽdũ ẽ ꝯsuetudinẽ ex iusta cã ꝓcessis⸗
se.ꝯcl'o bal.d.l.ꝺ qbus. ¶ Dicit testis,ꝙ ita ẽ ꝯsuetudo, iter⸗
rogatus de cã scie ꝺt,ꝙ ita audiuit,⁊ vidit obseruari,practicari,
⁊ fieri in palatio cõis ⁊ ppl'i publice,⁊ notorie,lõgo tp̃e i multis
litibus,⁊ causis,⁊ i oibus,qbus ipse iterfuit,interrogatus si po
tuisset eẽ,⁊ fieri ꝯ̃riũ eo nesciẽte.rñdet ꝙ sic.h̃ testis reddit bo⸗
nã rõnẽ.bal.i.d.l.de qb⁹,⁊ si hȝ ꝯtestẽ ꝓbat,ẽt si vterq; reddit
eũdẽ sermonẽ,q꞉ ẽ ꝟmo iuris necessarius ꝓlatiõi. Nõ obstat ꝙ
si dixit se nescire ꝯ̃rium,q꞉ nõ ṗsumit̃ ꝯ̃riũ,si ergo testis assertio
ẽ sufficiẽs,illa adiectio non vitiat,q꞉ id qꝺ est possibile non ṗsu⸗
122 mitur verũ ꝟm Bal. ¶ †Ex nõ actibus põt ꝓbari ꝯsuetudo,
q꞉ ille q contẽnit, aliqd facere videt̃,ꝓbat̃ ãt ꝯtẽptus,vl' q꞉ ex⸗
presse ꝯtẽnit̃,vel q꞉ monitionẽ hois vel legis certũ terminũ as⸗
signantis nunq̃; paritũ est,sȝ si oia silẽt lex,⁊ hõ nõ fit ꝯsuetudo
nec iductiua de nouo,nec derogatoria legis ãtique, q꞉ deroga⸗
tio nõ fit nisi ex ꝯ̃rijs. Jtẽ si ꝯsuetudo excluderet formã vel or⸗
dinem legis ex tali abusu fit ꝯsuetudo.l.rẽ nõ nouã.C.de iudi.
q꞉ negligẽtia forme in actibus exercitis est dissuetudo, Bal.in
123 d.l.de quibus. ¶ †Libellus ẽ q ꝯ̃ ꝯsuetudinẽ põt lacerari per
iudicẽ.sicut si esset ꝯ̃tra legẽ scriptã.gl.habes notab.in.d.l.de
quibus.qꝺ Bal.ibi dicit esse no. ¶ Sicut consuetudo iterpre⸗
tat̃ legẽ sic lex interpretat̃ ꝯsuetudinẽ.tex.est not.in.c.cũ dile⸗
ctus.de ꝯsuetu.ꝟm Bal.in.l.si de interpretatione.ff.de legi.
124 ¶ †Quero an ꝓ oi grauamie debeat succurri ecclesie ꝯ̃ ꝯsue⸗
tudinẽ.⁊ rñdeo ꝙ solũ pro magno ⁊ nõ ꝓ modico, q꞉ ex quo in
ducta est ꝯsuetudo,lȝ in aliquo grauet ecclesiã,standũ est ei, vt
notant docto.in.c.j.de ꝯsuetudine.vbi gl.⁊ hoc ꝑꝑ auctoritatẽ
ꝯsuetudinis tenet̃ ecclesia tollerare incõmoda nõ multũ leden
tia,ex quo infert cardinalis in.d.c.j.ꝙ si est ꝯsuetudo, ꝙ pre⸗
sbyteri teneantur suis parochianis in paschate dare agnũ pas⸗
chaleȝ.vel qd aliud.si est tale qd ꝑꝑ qꝺ multũ ecclesia grauat̃
nõ vȝ.alias secus. ¶ Sȝ an illud qꝺ dr̃ de ꝯsuetudine grauãte
ecclesias habeat ẽt locũ in clericis.⁊ dicas ꝙ sic ꝟm Hostiẽ.⁊
125 Card.in.d.c.j. ¶ †Si ex ꝯsuetudine nõ lȝ coniugato dicere,
tu es bonus hõ, põt agi actione iniuriaꝝ, q꞉ ꝑ hoc significatur
126 ꝙ vxor eius sit adultera.Car.in.c.ex lr̃is.de ꝯsuetu. ¶ †Que
ro quot sunt spẽs ꝯsuetudinis,⁊ rñdeo quatuor gñalissima, exẽ
plũ qñ est inter oẽs catholicos vt orare ꝟsus oriẽtẽ.c.ecclesia⸗
sticaꝝ.xj.dist. Gñal' est,q̃; nõ solũ ciuitas,sȝ tota ꝓuincia ꝟuat
c.ex tuaꝝ.de auc.⁊ vsup.c.cũ ecclesia.de elec. Special' autẽȝ
est,q̃ in vna ciuitate locũ obtinet.l.venditor.§.si ꝯstat.ff.cõia ṗ⸗
dioꝝ. Spãlissima ꝟo est, vt pr̃familias.l.vel vniuersoꝝ.ff.de
pigñ.actio.l.qui semisses.ff.de vsu.⁊ hec inducit ṗsumptionem,
cui stat̃ donec ꝓbet̃ ꝯ̃riũ ꝟȝ Hosti.quẽ allegat Car.in.c.cũ di⸗
127 lectus.de consue. ¶ †Quero an valeat ꝯsuetudo, q̃ est in qui
busdã locis ꝙ vxor succedat in bonis mobilibus, ẽt si relinque⸗
ret filios.⁊ rota qꝺ sic,vt refert cardi.in.ca.ex pte.de consue.
¶ Consuetudo nõ derogat legi,qñ est expꝛesse reprobata a le⸗
ge.põt.n.reprobari tãq̃; minus rationabilis.⁊ dr̃ reprobari eo
ipso ꝙ in.l.canonica vel ciuili dr̃ nõ obstãte ꝯsuetudine.⁊ licet
gl.in cle.statutũ de elec.velit ꝙ tollat̃ tm̃ ꝯsuetudo ṗcedens,
tñ Cardinalis ibi.⁊ in.c.fi.de consue.tȝ ꝯ̃riũ.q꞉ lex est semper
in viridi obseruantia.l.arriani.C.de here.⁊ semꝑ loqt̃ ⁊ concer
128 nit futura. †Dicit tñ Cardi.in.d.c.fi.ꝙ si ꝯstat ꝺ scia ⁊ tacita
patiẽtia principis stabl't̃ ꝯsuetudini nõ rõnabili.vr̃ ei approba
re,ex quo nõ reprobat.nõ.n.posset sine ꝑiculo tollerari, nisi
approbaret,q꞉ obseruantes eaȝ essent in peccato.nec obstat.c.
cũ iãdudum.de ṗben.q꞉ loqt̃ de patiẽtia.nõ ita longeua.nã ma
la qñq; tollerant̃ ad tp̃s.h̃ tñ dcm̃ Cardi.non vr̃ ꝓcedere sine
129 dubio ꝑ ea q̃ iam dicta sunt. ¶ †Si ꝯsuetudo est ꝯ̃ bonos mo
res ꝯsensus ṗncipis nullum robur tribuit, vt notabiliter voluit
Jnno.in.c.ad nr̃am.de proba.qꝺ est sing.ꝟm Cardi.in.d.c.fi.
¶ Cõsuetudo est ius moribus illius istitutũ q auctoritate pub⸗
lica ius ꝯdere põt. Jo.an.in.c.fi.de ꝯsue.⁊ ex hoc infert̃ ꝙ ex
moribus vnius hois puta principis põt induci ꝯsuetudo.⁊ idẽ
in alio qui posset ꝯdere ius. Hic dr̃ ꝙ mos pape quem seruat
in curia sua facit ius.c.ex literis.de ꝯsti.cõiter tñ cũ de ꝯsuetu

dine loquimur attēdimus eam q̄ causat̄ a tacito consensu alicuius vniuersitatis totius vl̄ maioris p̄tis itelligēdoq; sit vniuersitas q̄
130 possit in loco ɔdere ius. ¶ †Si q̄rit̄ in quo differt ɔsuetudo ab vsu. Dr̄ q; ɔsuetudo sonat i ius, vsus i factū. Vn̄ qn̄ dr̄ ɔsuetudinis vsusq; lōgeui. exponit̄. i. ɔsuetudinis introducte p̄ vsū lōgeuū. ¶ In quo differat ɔsuetudo a stilo. dicit Pet. de bel. p̄tica, q; stillus ē ius nō scriptū vsibus introductū ab vno iudice stilatū. ⁊ in hoc differt a ɔsuetudine, q̄ ē ius introductū vsibus plurīū vt a pp̄lo. ⁊ de stilo exemplificat in eo, q; lex dicit, q; libellus in scriptis dʒ edi nisi in breuioribus litibus, ⁊ qui tales sint lex nō ðterminat. Vn̄ si index vsus ē i causis. xx. solidoꝝ nō exigē libellū talis dr̄ stil⁹, Sʒ Jo. an. d̄t q; stil⁹ ē ɔsuetudo vel vsus i scribēdo tm̄. c. quā graui. ð cri. fal. vn̄ dr̄ a stilo quo scribit̄ i cera vl̄ tabula. Bal. in. l. de quibus. ff. de legi. dicit ɔsuetudo est ducis venetoꝝ, q; litere sue sint bullate bulla plūbea, certe non seruata bulla nō valent litere. q: quotiēs stillus infringit̄ nō vʒ qđ agit̄. l. sacri affatus. C. de diuer. rescriptis. Nota tn̄ dicit Bal. q; illa non est ꝓprie ɔsuetudo, sed stilus, q: dux sicut ep̄s nō facit corpus vniuersitatis q: non est pluralis nec pōt ei addi significatio que ex vniuersis sumit̄, nimirum ergo si nō inducit̄ ɔsuetudo q: non est cōe preceptū seu vl̄e volitū id est voluntas vniuersoꝝ.
131 ¶ †Que dicat̄ ɔsuetudo rōnabilis. Et r̄ndetur q; si cōsuetudo non est contra legem diuinam seu gentium. seu positiuam eoipso censenda est rationabilis, q; non apparet irrationabilis, nam consuetudinis magna est auctoritas. l. ij. C. que sit lon. ɔsue. surgit. n. eius auctoritas ex quadā tacita ɔuētione coꝝ inter quos est ɔsuetudo. c. illa. xij. di. ⁊ ibi gl. quā intellige q; loquat̄ de cōsuetudine preter ius. ⁊ qui hoc casu d̄t irrōnabileʒ hoc probet. si autē ɔsuetudo est ɔ̄ legē. tunc eoipso dr̄ irrōnabilis non. n. d̄nt inferiores ꝓpria volūtate venire ɔ̄ id quod a superiore statutuʒ est. xj. dist. c. ɔ̄sis. ⁊ c. sequenti. Et hoc vult tex. in. d. c. fi. cū dicit q; ɔsuetudo non p̄iudicat iuri positiuo, nisi sit rōnabilis quasi prima facie presumatur irrationabilis. nā arguit̄ temeritas coꝝ q ɔ̄ ius inducunt ɔsuetudinē. c. q̄to. de ɔsue. in ver. p̄sumat. c. q. ɔ̄. viij. dis. cū seq. alleganti ergo ɔsuetudinē incūbit ꝓbatio q; sit rōnabilis ⁊ poterit eē rōnabilis dato q; sit ɔ̄ ius, vt q: ex aliq̄ rōne particulari fuit inducta pp̄ quā verisimile ē q; princeps cō
Sententia contra consuetudinem an valeat.
142 Instrumentum non valet si in eo solennitates requisite non interueniant.
Constitutiones religionis consuetudinem tollere possunt.
143 Consuetudo plus potest q̄ principis aut pape gratia.
Consuetudine an introduci possit id, quod per priuilegium induci potest.
Consuetudo alteram naturam inducit.
144 Iudex spernere debet libellum contra consuetudinem formatum, sicut contra ius.
145 Consuetudo iudicis arbitrium restringit in pene impositione.
146 Consuetudo etiam in foro conscientie seruanda est.
147 Consuetudini sicut matri reuerentia debetur.
Consuetudo plus potest q̄ prescriptio.
Cõsuetudo veritati, pacto, ⁊ priuilegio equipollet.
148 Consuetudo iuri positiuo preualet, maxime quando per eam ad ius commune reducitur.
Consuetudo valet, ꝙ abbas non sit sacerdos.
149 Consuetudo valet ꝙ in iudicio non requiratur libellus nec alius ordo iudiciarius.
Consuetudo valet, ꝙ iudex acta coram se scribat.
150 Consuetudo valet vt sententia per alium recitetur, dummodo ipse iudex dicat condemno vel absoluo.
151 Consuetudo valet vt literis episcopi vel officialis in negotijs alienis ab officio suo fides prestetur.
Consuetudo valet, vt sigillo episcopi sine eius literis credatur.
152 Consuetudo valet, ꝙ actor forum rei sequi non teneatur.
153 Consuetudo valet, ꝙ debito non soluto ad diem statutum debitor ad petitionem creditoris carcerari possit, donec debitum soluatur.
154 Consuetudo valet, vt quis delegare posset qui alias nõ posset.
Consuetudo valet vt procurator dicatur habere speciale mandatum ad iurandum de calumnia.
155 Consuetudo valet, ꝙ in paruis vniuersitatibus non requiratur ꝙ in earum instrumentis nomina singulorũ non describant.
156 Consuetudo valet, vt delinquens ad locum delicti non remittatur.
157 Consuetudo valet, vt quis plures compatres in baptismo habere possit.
158 Consuetudo valet contra solennitatem in instrumentis requisitam.
Consuetudo valet ꝙ scripture non auctentice fides adhibeat.
159 Consuetudo valet, ꝙ in criminalibus criminum tenor inserat.
Consuetudo valet per q̄ minor numerus testium q̄ alias in testamento requiratur ⁊ econtra ꝙ minor numerus requirat.
160 Consuetudo priuate persone iurisdictionem tribuens valet.
161 Consuetudo valet, quod delegatus ab ordinario subdelegare possit.
162 Consuetudo aliquem nobilem ⁊ ignobilem facere potest.
163 Consuetudo iurisdictionem augens vel minuens valet.
164 Consuetudo valet, ꝙ sacerdos simplex excommunicare possit.
165 Consuetudo valet, ꝙ sacerdos simplex excõmunicare possit.
166 Consuetudo valet, ꝙ a iudice seculari ad papam appelletur.
167 Consuetudo valet, per quam inducitur modus ꝙ possessio sine corporali apprehensione in aliquem transferatur.
168 Consuetudo in actu vel instrumento consuetudinem inducere potest.
169 Consuetudo valet, ꝙ quis pro parte testatus, ⁊ pro parte intestatus, ⁊ cum pluribus testamentis decedat.
170 Consuetudo inducere potest vt pupillus sine tutoris auctoritate obligari possit.
Consuetudo valet, ꝙ forenses ad munera personalia teneant.
171 Consuetudo valet, ꝙ libris canonicorum super concessione in emphiteosim, ⁊ pensionis solutione credatur.
Consuetudo valet vt emphitheota teneatur ad solutionem canonis in casu in quo remissio fieri deberet.
172 Consuetudo vocem in electione imperatoris alicui tribuere potest.
173 Cõsuetudo generalis valet, ꝙ non puniatur affectus, nisi sequatur effectus.
174 Consuetudo irrationabilis quando attendatur sententia contra ius lata valet, de quo probabiliter dubitari potest.
175 Consuetudo irrationabilis a pena temporali excusat.
Consuetudo sicut valet contra ius positiuum, an ita valeat contra supremam potestatem principis.
176 Ius humanum appellatur ius positiuum.
177 Sermones nostri secundũ sensum sensatum interpretari debẽt.
178 Consuetudo mala corruptela dici potest.
Consuetudo mala mores corrumpit.
179 Consuetudo mala quandoq; abusus appellatur.
Testamenta falsa abusiue testamenta dicuntur.
180 Precepta mistica an per Christi aduentum mutata sint.
181 Ius naturale an inmutabile sit.

182 Ius

182 Ius naturale in totum tolli non potest, sed in aliquibus sic.
183 Preceptum decimarum est de moralibus.
Preceptum, ꝙ in ore duorum vel trium stet omne verbum, est morale.
Precepta moralia que dicantur.
184 Transgressio iuris diuini an peccatum inducat.
185 Dispensatio non dicitur nisi ob causam publicam fiat.
186 Consuetudo ex causa ius diuinum limitare ⁊ distinguere pōt.
187 Consuetudo humanorum ⁊ diuinarum legum interpres est.
188 Consuetudo contra ius naturale ⁊ diuinum quando ratio naturalis id suadet disponere potest.
Causa legitima dispensandi contra ius diuinum est publica vtilitas.
189 Consuetudo valet, ꝙ vni testi in aliqua causa credatur.
190 Consuetudo vel statutum non valet ꝙ pro homicidio pena pecuniaria imponatur.
191 Opinio que distinguit in dubio tenenda est.
192 Pecunia ⁊ bona improprie dicuntur vita hominis.
193 Consuetudo non valet, vt patris interfectorem occidere liceat.
194 Consuetudo vel statutum non valet permittens consanguineis consanguineorum mortem vindicare.
195 Pater licet occidere possit adulterum ⁊ filiam, tamen occidēdo peccat.
196 Consuetudo vel statutum valet, ꝙ bannitus impune occidi possit.
197 Bannitum proditorie occidens statuto an iuuatur.
198 Bannitum occidens se deffendendo an comprehēdatur in statuto permittente bannitum occidi.
Bannitum occidens pretextu inimicitie an in statuto cōprehendatur.
199 Bannitum occidentis dicto standū est an id fecerit causa odij vel amore reipublice.
200 Consuetudinis appellatione que comprehendatur.
201 Lex intelligi debet, vt casum dubium decidat.
Lex ob necessitatem edita esse debet.
202 Intellectus ille non est bonus, qui auctoritatem eandem diuersimode intelligit.
203 Res eadem diuerso iure censeri non debet.
204 Consuetudo rationabilis que dicatur.
205 Consuetudo bona que sit.
206 Consuetudo canonibus inimica, nisi sit tanti temporis cuius initij memoria non sit in contrarium, irrationabilis presumitur.
207 Consuetudo disponens id quod ius antiquum correctum disponebat rationabilis presumitur.
208 Argumentum a vi verbi bonum est, vbi diffinitio vel auctoritas non repugnat.
209 Consuetudo sufficit, ꝙ sit rationabilis vt in pluribus, licet non in singulis.
Rationabilitas que in consuetudine requiritur, solum in ea consuetudine, que est contra ius requiritur.
210 Consuetudo sine ratione contra ius positiuum valet.
211 Consuetudo augens vel minuens tempus .x. dierū ad appellandum valet.
212 Ius positiuum nullum est, quod consuetudine tolli non possit.
213 Consuetudinis rationabilitas tres qualitates comites habet.
214 Consuetudo tanti temporis cuius initij memoria non sit in contrarium nō requiritur ꝙ sit rationabilis.
215 Rationabilitas in consuetudine inducenda solum consideranda est.
Consuetudo tanquā irrationabilis non valet, ꝙ inferiores prelati indulgentias concedere non possint.
216 Consuetudo valet, ꝙ mercatores diuidant lucra, quando vnus posuit personam alius pecuniam.
Consuetudo valet ꝙ arbiter pronunciet iurisperitus consulet.
217 Consuetudo valet, ꝙ vxor succedat marito in bonis mobilibus etiam stantibus filijs.
218 Consuetudo qua VENETI ⁊ Genuenses sibi ducem elligunt rationabilis est.
Consuetudo valet ꝙ in loco tormentorum rei examinentur.
219 Consuetudo valet, ꝙ femine in feudis seu dignitatibus regalibus succedant.
220 Consuetudo valet, ꝙ res delate per fraudantem gabellas indistincte confiscentur, non considerato cuius sint res.
221 Consuetudo non valet ꝙ antequam aliquis in canonicum recipiatur, ꝙ prius renuntiet beneficijs, que obtinet.
Consuetudo non valet, vt quis in eadem ecclesia sit episcopus, ⁊ canonicus.
222 Consuetudo non valet, ꝙ homines disparis professionis, ⁊ habitus simul in eodem monasterio socientur.
224 Consuetudo valet, vt consiliarij ciuitatis torqueantur ⁊ suspendantur.
225 Consuetudo non valet, ꝙ minor dignitate vel tempore vel ordine maiori preferatur, nisi ex causa legitima sit inducta.
Consuetudo ecclesie non valet, vt quis possit honorem assumere, qui ille ecclesie communiter non conceditur.
226 Consuetudo, ꝙ bigamus a laico non puniatur non valet.
227 Consuetudo valet, ꝙ mitius puniatur aggressor, q̄ ille qui facinus ad finem produxit.
Consuetudo non valet, ꝙ vir vxorem dotare teneatur.
228 Consuetudo non valet, ꝙ sententia a nō suo iudice lata teneat.
229 Consuetudo non valet, ꝙ a vicario episcopi ad episcopum appelletur.
230 Consuetudo contra substantiam impossibilitatem continet.
231 Substantia, forma, ⁊ solēnitas in quo inter se differant.
232 Consuetudo contra actus substantiam non valet.
Consuetudo solennitates tollere potest.
233 Consuetudo accidentalia appellationis tollens valet.
Consuetudo tollens in testamento testium solennitatem valet.
234 Consuetudo non valet, ꝙ precarium ad beneplacitum reuocari non possit.
Consuetudo non reuocandi procuratorem non valet.
235 Consuetudo de non reuocando testamentum non valet.
236 Consuetudo valet, ꝙ rector ecclesie possit ad modicū tempus in ecclesia deseruire per vicarium.
237 Lex referens consuetudinem, si illam non improbat, eam approbare videtur.
238 Contraria duo diuersis respectibus concurrere possunt.
239 Verbum idem ad diuersas personas relatum quandoq; diuersimode intelligi potest.
240 Consuetudo irrationabilis tollerari potest, quando scandalum immineret.
241 Consuetudo rationabilis esse debet etiā quod principe sciente inducatur.
242 Consuetudo que est ꝯtra ius ciuile an rationabilis esse debeat.
243 Statutum irrationabile de iure ciuili non tenet.
244 Consuetudinis probatio difficilis est.
245 Consuetudo vt valeat prescripta esse debet.
Consuetudo similis est homini, qui nisi temporis cursu non perficitur.
246 Consuetudo quando dicatur prescripta.
247 Consuetudo quare de iure canonico prescripta esse debet, ⁊ nō de iure ciuili.
248 Consuetudo vt sit prescripta .xl. anni requiruntur.
249 Mos vel vsus per aliquos actus sine temporis cursu inducitur.
250 Consuetudo interpretatiua, vel obseruantia, vel stilus curie nō requiritur ꝙ sit prescripta.
251 Consuetudinis appellatione an de prescripta intelligatur.
252 Consuetudo antequam sit prescripta non dicitur consuetudo.
253 Consuetudo contra canones quare per clericos induci potest ⁊ non sic statutum.
254 Papa contra finem eternum nihil potest.
255 Papa a Deo potestatem habet.
Laici quare contra canones possunt ⁊ non clerici.
256 Cōsuetudo clericorum contra canones ⁊ non statutum quare valeat.
257 Clerici quare contra consuetudinem statuere possunt.
258 Statutum contra canones quando per episcopum vel alios inferiores fieri possit, ⁊ ī. nu. 261. ⁊ 262.
259 Episcopus ex causa vrgenti penitentiam per papam impositā relaxare potest.
Sacerdos ex magna contritione hominis absq; alia penitentia illum absoluere potest.
Potestas ex causa alicui potest dare licentiam portandi arma contra statuta.
260 Capitaneus contra mandata preliando, licet vincat, decapitari debet.
263 Iudex testibus fidem adhibere nollens cām exprimere debet.

264 Episcopus an statuere possit cōtra canones respectu iuris que rendi ipsi vel ecclesie, ⁊ .j. nu. 266. ⁊ seq.
265 Prelatus in querendis ecclesie preiudicare potest, ⁊ non in q̄sitis, vide tamen .j. nu. 268.
267 Statutum preferens in successionem vnum agnatum alteri proximiori non valet.
269 Statutum inferiorū contra canones an valeat quando res ad terminos iuris communis reduceretur.
270 Canonici statutum facere possunt per quod tollatur aliud statutum confirmatum per superiorem quando eo sublato res ad ius commune reducitur.
271 Episcopus tollere non potest dispositionem .c. non debet de cōsanguinita. ⁊ affinita.
272 Res quando de facili ad suam naturam non reducitur.
273 Episcopus contra canones statuere potest quando tale statutum a subditis acceptaretur.
Episcopus cum consensu cleri statuere potest ꝙ nullus in acolitum ordinetur nisi bonis renuntiet, ⁊ castitatem promittat.
274 Statutum per papam confirmatum fauorem canonicorū principaliter concernens per eos tolli potest.
Confirmatio pape operatur, ꝙ eius constitutio dicatur.
275 Statutum episcopi contra canones valet quando ante canonē editum est.
276 Statutum episcopi contra ius consuetudinarium valet.
277 Episcopus dispensando pōt ꝯ canones dispensare in casibus in quibus dispensare potest.
Episcopus an possit statuere detrahendo aliquid iuri canonico.
278 Statutum episcopi ⁊ clericorum valet, quando iuri communi aliquid addit.
279 Clerici possunt statuere circa aliquod iuris dubium.
280 Statutum episcopi contra ius commune conforme consuetudini ex viribus consuetudinis valet.
281 Consuetudo vt inducatur de iure ciuili, tempus .x. annorum requiritur.
282 Consuetudo incipit a primo actu, ⁊ ex illo inchoata, ⁊ iterata cum temporis diuturnitate insurgit.
283 Prescriptio inter absentes quare requirat .xx. anno. inter presentes .x.
284 Consuetudo ficta vno momento inducitur.
285 Consuetudo contra ius irrationabilis in foro ciuili tēpus .xxx. annorum requirit.
286 Consuetudo preter ius de iure canonico tempore .x. annorum inducitur.
Prescriptio contra ecclesiam vel clericos tempus .xl. annorū requirit.
Limita vt in nu. 90. ⁊. 92.
287 Consuetudo optandi prebendas an per .x. annos inducatur, ⁊ infra nu. 294.
288 Consuetudo de oblationibus fiendis tempore decem annorum inducitur.
289 Consuetudo quare tempus requirat ⁊ non mos, nec obseruantia, nec stilus.
290 Consuetudo detrahens iuri ecclesie tempus .xl. annorum requiritur.
Consuetudo quando inducitur respectu iuris indiuisibilis inter ecclesiam ⁊ laicos tempus quadraginta annorum requirit.
291 Consuetudo iuri clericorum derogans tempus .xl. annorum requirit.
293 Consuetudo contra ius vt inducatur de iure canonico tempus .xl. annorum requirit.
295 Ecclesie res vt dicatur consueta in emphiteosim dari tempus .xl. annorum requirit.
296 Consuetudo contra rationem canonis tempus .xl. annorum requirit.
297 Consuetudo contra ius veniens contra ea que sunt principi reseruata vt inducitur tempus, cuius initij memoria non est requirit.
298 Consuetudo non valet ꝙ laici elligant prelatos, vel beneficia conferant.
299 Clerici in patrimonialibus priuilegio clericali nō gaudent, nisi in quibusdam casibus expressis, ⁊ .j. nu. 659.
300 Consuetudo contra ius concurrens cum scientia superioris tēpus .x. anno. requirit.
301 Consuetudo obseruata sciente eo qui priuilegiare potest, vim priuilegij habet.
302 Consuetudo contra ius requirit solum .x. annos quando Papa ea vsus est.
303 Consuetudo contra canonem nunq̄ in obseruantia habitum solum .x. ann. requirit. ⁊ induci possit.
304 Consuetudo per clericos inducta contra eorū statuta .x. annorum tempus solum requirit.
305 Consuetudo inducta contra ecclesiam romanam tempus centum annorum requirit.
306 Consuetudinem .x. annorum an induci possit, vt nulla consuetudo inducatur nisi per spatium .xl. annorum.
307 Consuetudo ad tollendā priorem consuetudinē tempus .x. annorum solum requirit.
308 Consuetudo ex certa scientia, ⁊ non per errorem inducta esse debet.
309 Consuetudo si inducta sit ꝙ frumentum de ciuitate non extrahatur populo credente qđ illud de iure sit, valet.
310 Consuetudo ad similes casus regulariter extēditur, ⁊ .j. nu. seq.
312 Consuetudo exorbitans non extenditur.
Consuetudo an ad similes casus ex rationis identitate extendi possit.
313 Consuetudo feudorum ad emphitheosim non extenditur.
314 Consuetudo ⁊ statutum a pari procedunt.
315 Consuetudo vbi deficit, simile consuetudinis attēdendum est.
316 Consuetudo secūdū ius vel preter ius extenditur.
317 Consuetudo onerosa non extenditur.
318 Concessio ⁊ dispositio sine alterius preiudicio intelligi debet.
319 Consuetudinis simile in casu non deciso an attendatur an simile legis.
320 Judex ecclesiasticus iure canonico deficiente potius secūdum ius ciuile q̄ʒ secūdū ꝯsuetudinē iudicare debet.
321 Consuetudo contra ius non extenditur.
Consuetudo est stricti iuris, ⁊ ad vngem obseruanda.
322 Consuetudo contra ius que est in vna ecclesia ad aliam non extenditur.
223 Consuetudo admittens filias ad successionem feudi ad filios filiarum non extenditur.
324 Consuetudo ꝙ canonici optare possint ad prelatos illius ecclesie vel ad dignitates non extenditur.
325 Consuetudo ꝙ episcopus diceba habere certam mensurā grani qđ ad vrbem portatur in farina locū non habet.
326 Consuetudo appellandi a seculari ad episcopū, non extendit̄, vt ad papam omisso medio appellari possit.
327 Consuetudo preferens primogenitū ad filium primogeniti ante patrem mortui non extenditur.
328 Consuetudine stante in ecclesia ꝙ antiquior optare possit si primus in data sit secūdo receptus an preferat̄ secūdo in data qui sit in primo receptus.
329 Consuetudo diuidendi feuda inter consortes non extēditur ad modū prelegandi.
Consuetudo ꝙ filia dotata non succedat extantibus fratribus an extendat̄ ad aliam filiam que non fuit dotata.
330 Consuetudo excludens filiam stantibus masculis ad neptem extendetur.
331 Consuetudo vel statutum disponens ꝙ filius masculus feminā excludat ad nepotem masculū extenditur.
332 Extensio in correctorijs fit quando in dispositione corrigenti ratio est expressa.
333 Consuetudo tribuēs fratribus sancti Antonij curam animarū curialium comprehendit etiam Cardinales, ⁊ eorum familiares.
Consuetudo vel statutum ꝙ fratres defuncti matrem excludāt ad auiam maternam extenditur.
Consuetudo que habet quod si maritus relinquat vxorem dominam ⁊ vsufructuariam verificatur in alimentis tantū procedit etiam econtra.
336 Consuetudo in vno ex equiparatis ad aliud extenditur.
337 Extensio passiua in materia non extendibili non excludit̄.
Consuetudo in vno quod ad instar alterius mensurat̄ ad aliud extenditur.
338 Consuetudo in vno ex parificatis ad aliud extenditur.
339 Consuetudo in vno ex ꝯsecutiuis ad alterū ꝯsecutiuū extēdit̄.

Etas

Et ideo si in dignitate restringatur etiam in ordine ei annexo restringitur.
340 Consuetudo tribuens mulieribus potestatem iudicandi tribuere etiam censetur arbitrium suscipiendi.
Dispensatio ad consecutiva trahitur.
341 Consuetudo ciuitatis ad oppida subiecta non habentia propriã consuetudinem extenditur.
342 Cõsuetudinis ad esse sufficit ꝙ probentur tot actus, ex quibus tacitus consensus populi inducatur.
343 Consuetudo vnius curie in alia etiam seruatur.
Consuetudo vrbis Rome an vbiqꝫ seruanda sit.
344 Consuetudo mercatorum an in alio foro seruanda sit.
345 Consuetudo penalis de similibus ad similia an extenditur.
346 Extensio fit in penalibus quando ratio est scripta.
347 Consuetudo penalis in maleficijs an extendatur.
348 Consuetudo fauorabilis extenditur.
Statutum de compromissis inter agnatos fiendis ad agnatos impropríos extenditur.
349 Consuetudo interpretari potest ex commune ipsius consuetudinis, si dubium circa eã oriatur.
350 Consuetudo extenditur ad casum ab ea ommissum, quando eadem militat ratio.
351 Consuetudo requirit ꝙ inducta sit sciente illo qui ius condere potest.
352 Consuetudo non valet, ꝙ sine scientia.
Imperatoris feuda imperialia diuidantur.
353 Consuetudo in sacramentalibus vt valeat, principis scientia requiritur.
354 Consuetudo vt inducatur contra principi reseruata, eius scientia requiritur.
355 Consuetudo quando per legem reprobatur tunc contraria cõsuetudo non valet.
356 Consuetudinis antique appellatione que veniát.
357 Vetustas proprie que dicatur.
358 Quando aliquid de antiquo dicatur.
359 Consuetudo vt inducatur, requiritur, ꝙ illud ius, quod acquiritur, sit tale, quod acquiri possit.
360 Consuetudo percipiendi decimas per laicos sciente papa an induci possit.
361 Consuetudo ad hoc vt inducatur, an requiratur, ꝙ in contradictorio iudicio obtenta sit.
362 Consuetudo per actus etiam extraiudiciales inducitur.
363 Consuetudo ex actu iudiciario inducitur, ⁊ .j. nu. 582.
Consuetudo vt inducatur, quot sententie requirantur.
364 Consuetudo vt inducatur, requiritur ꝙ homines animo cõsuetudinem introducendi, varijs vicibus consuetudine vsi sint.
365 Consuetudo non inducitur per actus quos quis ob necessitatem gerit.
366 Consuetudo ex actibus mere facultatis non inducitur.
367 Consuetudo vt inducatur, quot actus requirantur, ⁊ .j. sub numero. 582.
368 Consuetudo ex actibus negatiuis inducitur.
Consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non extat an actus probationem requirat, ⁊ quomodo probetur.
369 Consuetudo vt inducatur, requirit, ꝙ actus interpollati sint.
Consuetudo non induci ex mille actibus eodem tpe factis.
370 Consuetudo vnius hominis ius non facit.
Assuefactio hominis ex duabus vicibus inducitur.
371 Consuetudo ex vno actu momentaneo non inducitur.
Frequenter illud fieri dicitur, quod bis fit.
Dictio plurimi in tribus verificatur.
372 Consuetudo ex vnico actu successiuo inducitur.
373 Consuetudo quando, ⁊ ex quot sententijs inducatur.
374 Consuetudo an inducatur ex actibus violẽtis vel meticulosis.
375 Consuetudo ex sententijs non executis, ⁊ que sunt nulle an inducatur.
376 Consuetudo an ex actibus excommunicatorum inducatur.
Res an dicatur consueta in emphiteosim dari per inuestituram nullam.
377 Consuetudo vt inducatur, requiritur ꝙ maior pars populi illa vtatur.
378 Consuetudo vt inducatur, populi consensus tacitus exigitur.
379 Consuetudo an per vnam personam induci possit, populi vel maioris partis consensu non accedente.
Mos pape, quem curia seruat, ius facit.
380 Stilus principis idem operatur, ꝙ consuetudo populi.
Consuetudo proprie nõ dicitur, que a priuato homine inducit.
381 Consuetudo vt inducatur maior pars duarum partium populi non sufficit.
Consuetudo in aliquo collegio vt inducatur, que requirantur.
382 Consuetudo ex consensibus separatis induci potest.
383 Consuetudo per notarios in conficiendis instrumentis contra ius induci non potest.
Stilus preter ius per notarios induci potest.
384 Cõsuetudine in inducenda an minores in numero computent.
385 Consuetudine in inducenda an minores computentur.
386 Consuetudine in inducenda an mulieres computentur.
387 Canonici in spectantibus ad eos sine episcopo statuere pñt.
Consuetudo per rusticos in spectantibus ad eos induci potest.
388 Consuetudo per moniales, que faciunt collegium induci põt.
Cõsuetudo per populum tacite approbata ꝑ mulieres inducit.
389 Consuetudine in inducenda an forenses computentur.
390 Consuetudo an a populo in preiudicium singularium personarum induci possit.
Constitutio vel statutum in odium particularis persone factũ non valet.
391 Consuetudo an per regentes ciuitatem induci possit.
392 Consuetudo an per vnam partem ciuitatis induci possit.
Consuetudo induci non potest per partem guelpham vel gebelinam.
393 Consuetudo an per vnam familiam induci possit ⁊ .j. nu. 396.
394 Consuetudo per collegia pistorum ⁊ cerdonum induci potest.
395 Consuetudo valet inter mulieres ꝙ primogenita succedat populo contradicente, ⁊ .j. nu. 399.
397 Consuetudo familie non valet, ꝙ femine non succedant.
398 Parochia vna vniuersitatem non facit.
400 Consuetudine in inducenda quomodo probatur ꝙ maior pars populi consenserit.
401 Consuetudine in inducenda requiritur sciẽtia populi licet non congregati.
402 Consuetudo non completa an per vnum actum populi contrarium interrumpatur.
403 Consuetudo prima quando interrumpitur ad ius commune reducimur, ⁊ .j. nume. sequen.
404 Consuetudo non impeditur ex diuersitate actuum se ad inuicẽ non compatientium.
405 Consuetudo completa per vnum actum contrarium non tollitur, sed eo modo quo fuit inducta tollitur.
Consuetudine in tollenda tantum tempus requiritur, quantum in inducenda.
406 Consuetudo vltima an attendatur, quando consuetudines diuerse probantur ⁊ numeris sequen.
407 L. cum de consuetudine. ff. de legib. quomodo loquatur.
408 Cap. ex parte de censib. quomodo intelligatur.
409 Consuetudine in tollenda tempus .x. annorum sufficit.
410 Consuetudo per non vsum non tollitur nisi vsum cõtrarium implicitum habeat.
411 Consuetudo per non vsum non tollitur, nec per actus negatiuos etiam per mille annos.
412 Facultati actum faciendi per non vsum non preiudicatur.
413 Consuetudo non inducitur per abstinentiam ab actu, quẽ quis ad libitum potest facere ⁊ non facere.
Consuetudini in possessorio per vnum actum ei contrarium preiudicatur.
415 Consuetudo per aliquos inducta tollitur per eos facientes scienter vnum actum collegialiter illi consuetudini contrariũ.
416 Consuetudo patrisfamilias per vnum actũ contrariũ tollitur.
Consuetudo secunda recens priorem tollit.
417 Solitum vltimum ⁊ tempora vltima spectantur.
Emphiteota an canonem soluerit vltimi tres anni spectantur.
418 Doctor conductus ad lecturam cum suo solito salario intelligitur cum salario vltima vice solito.
Fama vltima inspicitur.
419 Electio vltima attenditur ad quasi iuris colligendi possessionem acquirendam.
420 Consuetudo tollitur per actum successiuum contrarium.
421 Probatio contra consuetudinem admittitur.
422 Consuetudo titulum vel causam non requirit.
423 Consuetudo in quo a prescriptione differat, ⁊ .j. nu. 425.
424 Consuetudo inducitur ex sententia nulla que in populi notitiam deuenit.
426 Consuetudo quando prescriptionis naturam assumat.

427 Prescriptio & non consuetudo dicitur si collegium aliquod ius per vsum acquirat.
428 Consuetudo quot virtutes habet, & quas, & i. sub nu. seq.
429 Consuetudo secundum ius potius imitatiua quam dispositiua legis dicitur.
430 Consuetudini interpretatiue standū est.
Ex consuetudine patrisfami. eius actus interpretatur.
431 Consuetudinis preter ius exempla.
432 Beneficium principis preter ius dicitur.
433 Consuetudo secundum ius, dicitur consuetudo imitatiua.
434 Consuetudo legi conformis lege sublata tollitur.
435 Consuetudo an valeat per quam Romani sacerdotes mediolanum accedentes more Romano in ecclesijs ambrosianis celebrant.
536 Consuetudo non valet, q filij a parentibus non alantur.
437 Consuetudo vel statutum filio legitimam tollere non potest.
438 Consuetudo valet q vxor viro succedat in mobilibus filijs extantibus.
439 Consuetudo non valet, q matres filios non lactent.
440 Consuetudo vel prohibitio non aucupandi vel piscandi non valet.
441 Consuetudo non valet q vnus pro alio pena corporali puniat.
442 Consuetudo an valeat, q in causa criminali, in qua pena mortis ingeritur, fideiussor accedat.
Consuetudo an valeat, vt quis pro alio pecunialiter puniatur, & i. nume. 451.
443 Consuetudo ius naturale ex causa limitare, & restringere pōt.
444 Insgentium potentius est quam principatus.
445 Consuetudo non valet contra ius positiuum in ratione naturali fundatum.
446 Princeps dispensare non potest sine causa contra ius positiuum in ratione diuina vel naturali fundatum.
447 Consuetudo non valet per quam dominus admisso extraneo excluderetur.
448 Cōsuetudo vel statutum non valet, q quis dominio rerum suarum sine causa priuaretur.
549 Consuetudo concernens ius publicum, contra ius gentium valet.
Precium an illi solui debeat, qui re sua priuatur.
450 Consuetudo nō valet, per quam princeps a subditis pecunias auferat, nisi illas restituat.
452 Consuetudo modicum preiuditiū contra ius diuinum inferens valet.
Princeps aliquem modice ledere potest.
Dominus alicuius loci talem locū inuitis hominibus loci alienare potest.
453 Consuetudo contra ecclesiasticam libertatem non valet.
Consuetudo contra ecclesiā inducta non valet, licet ɔtra ecclesie libertatem non sit.
454 Statutum iura ecclesie auferens, vel ei onera imponens cōtra ecclesie libertatem non dicitur.
455 Statutum contra libertatem ecclesiasticam altero de tribus modis dicitur.
456 Statutum vel consuetudo clericis prohibens ea que eis iure canonico vel diuino prohibita non sunt, contra ecclesie libertatem esse dicūtur.
457 Statutum vel consuetudo contra ecclesie libertatem esse dicū tur, quando etiam, contra libertatem vnius ecclesie sunt.
458 Statuta & consuetudines cōtra ecclesie libertatem inducte hodie de iure ciuili nulle sunt.
459 Statutum vel consuetudo que contra ecclesie libertatem principaliter non est, sed secūdario, an valeat.
460 Consuetudo que nō sit sed esse possit ecclesie onerosa nō valet.
461 Consuetudo non valet, q rustici non teneantur soluere decimas, nisi curatus certum quid parochianis soluat.
462 Consuetudo an dicatur multum vel modicum preiudicialis iudicis arbitrio statur.
463 Consuetudo remittens solennitates a iure canonico requisitas in alienationibus ecclesiarum non valet & i. nu. 465.
464 Consuetudo non valet, q episcopus vniat ecclesias sine capituli consensu.
466 Res ecclesie quando venditur ante debet in publico preponi, & plus offerenti dari, & i. nu. 468.
467 Conductor ecclesie expelli non debet licet alter meliorem offerat conditionem.
468 Ommissio solennitatis a consuetudine introducta actū vitiat.
469 Consuetudo potest remittere aliquam solennitatem in alienatione rerum minoris.
570 Cōsuetudo valet, q stetur assertioni notarij scribentis cause cognitionem in alienatione minoris interuenisse.
471 Consuetudo valet, vt pupillus sine tutoris auctoritate obliget.
472 Consuetudo non valet q quis in absentia fructus beneficiorū recipiat vicario non dimisso.
273 Consuetudo non valet, q clericus possit omnia bona mobilia, etiam intuitu ecclesie acquisita consanguineis relinquere.
474 Consuetudo non valet, q clericus a iudice seculari iudicetur.
Consuetudo non valet, q laici cognoscant de causis iuri spirituali annexis.
475 Cōsuetudo nō valet, q ignobiles in canonicos non recipiant.
476 Consuetudo non valet q due partes vniuersitatis debeant concordare in agendis in vniuersitatem.
Consuetudo non valet contra censuras ecclesie.
Consuetudo non valet, q quis confessorem eligere possit sine superioris licentia.
477 Consuetudo non valet, q bona relicta religioso intuitu persone possit retinere, quoad vixerit sine superioris licentia.
478 Consuetudo non valet q mendicantes vel carmelite annuos redditus possideant.
Consuetudo non valet, q professus testari possit.
479 Consuetudo non valet, q prior manualis sine causa reuocari non possit.
Cōsuetudo valet, q translatus ad aliud monasterium bona mobilia secum portet.
480 Consuetudo non valet, vt ordinario visitanti procuratio non debeatur.
481 Consuetudo non valet, q habens beneficium cui ordo est annexus possit dare vocem, licet infra annū permotus nō fuerit.
482 Consuetudo non valet, q non residentes distributiones quotidianas percipiant.
483 Consuetudo non valet vt electus in ecclesia ante confirmationem administret.
484 Dispositio non valet, per quam consuetudo ecclesijs vtilis tolleretur.
485 Consuetudo non valet, q quis in vna ecclesia duas prebendas, vel duas quotidianas distributiones habeat.
Consuetudo valet, q distributiones certis horis diuidantur.
486 Consuetudo non valet, q laici, beneficia ecclesiastica ɔferant.
487 Consuetudo non valet, q inferior episcopo vicarium in ecclesia curata ad tempus instituat.
488 Consuetudo non valet, q parochiani in precipuis festiuitatibus missas in parochia aliena audiant.
Consuetudo non valet q beneficia clericis in beneficium conferantur.
489 Consuetudo nimiū ecclesie preiudicialis valet.
Consuetudo valet, vt ad modicum tempus in ecclesia per vicarium deseruiatur.
Consuetudo valet, q prelatus de rebus ecclesie donare possit.
490 Consuetudo valet, vt mors prelati principi nuncietur, & ab eo prelatum eligendi licentia prestetur.
Princeps contra prelatum promouendum opponere potest, si eum verisimiliter suspectum habeat.
491 Consuetudo valet, q in episcopi aduentu vnum canonicum ipse creare possit.
492 Consuetudo valet, q in electione prelati absentes nō vocent.
493 Electio episcopi capitulo spectans de consuetudine ad alios spectare potest.
494 Consuetudine induci potest, vt consensus regius post electionem ante confirmationem petatur.
495 Consuetudo valet, q res feudalis vel emphiteotica ecclesie domino irrequisito saluo iure directi dominij alienari possit.
496 Consuetudo valet disponens super vtili dominio ecclesie laicis spectante.
Questio seu causa inter ecclesie emphiteotas coram iudice seculari tractari debet.
Emphiteota ecclesie per principem ad onera cogi potest.
497 Consuetudo vel statutum valet super rebus emphiteoticis vel feudalibus quatenus de preiudicio laicorum agitur.
498 Consuetudo contra formam capitu. quia propter de electio. valet.
499 Consuetudo valet, quod ecclesia non concurrat in iure patronatus cum laico construente & dotante capellam in ipsa ecclesia.

500 Consuetudo

500 Consuetudo valet, ꝙ canonicus vel alius beneficiatus nõ teneatur ad residentiam, nisi multum ecclesie sit preiudicialis.
Consuetudo valet, ꝙ in vna ecclesia quis duo beneficia simplicia, dummodo prebende non sint, habere possit.
501 Consuetudo valet, ꝙ clerici ad decimas capiendas ad domus laicorum eant.
Consuetudo valet, locandi res ecclesie vltra triennium.
502 Consuetudo valet, ꝙ emphiteosis ecclesie ad heredes extraneos transeat.
503 Consuetudo valet, ꝙ clerici coniugati priuilegijs clericalibus gaudeant.
504 Consuetudo valet, ꝙ si beneficiatus de mense maij moriatur eius heredes in bladis grossis succedãt, si de mense septembris omnes fructus habeant.
505 Consuetudo valet, ꝙ clericus de bonis mobilibus modicis testari possit.
Cõsuetudo valet, ꝙ prelatus ad aliud monasterium translatus secum portet fructus relicto ibi tantum ꝙ sufficiat ad victum eorum ꝙ ibi manent.
506 Consuetudo valet in preiudicium patrimonialium bonorum clerici.
Consuetudo valet, in preiudicium iurium canonicorum ꝛ capi.
Iudicandum in dubio est contra clericos vbi agitur de exactione temporali per eos fienda.
507 Consuetudo valet, ꝙ clericus possit testari de fructibus prebẽde post vsq; ad annum percipiendis.
508 Cõsuetudo valet, ꝙ emphiteota ecclesie non cadat a iure suo, sed solum pensio petatur.
509 Consuetudo tanti temporis cuius initij ꝛc. valet, licet ecclesie multum preiudicialis sit.
Consuetudo tanti temporis cuius initij, ꝛc. valet, ꝙ prelatus visitans vltra procurationem pecunias exigat.
510 Consuetudo non valet, ꝙ laici in clericos iurisditionẽ habeãt.
Consuetudo tanti temporis ꝛc. valet, ꝙ diuisio, ꝛ vnio ecclesiarum per episcopum sine capituli consensu fieri possit.
511 Consuetudo valet, que opinionem contra ecclesiam obseruat.
512 Consuetudo contra clericos, ꝛ ecclesiam valet quando per eã ad ius commune reducuntur.
Consuetudo valeret ꝙ ius clericis in foro seculari reddatur, ꝛ e contra.
513 Consuetudo onerosa ecclesijs de loco ad locum, de persona ad personam extendi non debet.
514 Administrans in ecclesia ante confirmationem vigore consuetudinis beneficio non priuatur.
515 Consuetudo contra publicam vtilitatem non valet, nisi princeps consentiat vt.i.nu.518.
Consuetudo, ꝙ primogenitus succedat, non valet, quando primogenitus insufficiens est.
516 Consuetudo nõ valet admittẽs minores ad decurionatum.
Consuetudo non valet, ꝙ pueri vocem in capitulo dent.
Cõsuetudo valet, ꝙ priuati domos super muris ciuitatis habere possint.
517 Consuetudo valet, ꝙ quis pontes super viam publicam habere liceat.
518 Res bona regni alienare non potest quando regnum nimium lederetur.
519 Reges ex consuetudine in castris, ꝛ villis plenariam iurisdictionem concedere possunt.
520 Consuetudo non valet contra legem consuetudini derogantẽ.
521 Lex consuetudinem reprobans etiam futuram reprobare censetur.
Consuetudo ob suam iniquitatem reprobata amplius introduci non potest.
522 Consuetudo an sit fortior lege.
523 Consuetudo contra legem prohibitiuam non valet quando in ea clausula decreti inserta est.
Consuetudo cõtra legem causam prohibitionis perpetuam habentem non valet.
524 Consuetudo contra legem in concilio generali edictam quare non valeat, ꝛ.i.nume.546.
525 Consuetudo cuius initij, ꝛc. non valet contra legem consuetudinem improbantem.
526 Condemnatus simpliciter ad vincula perpetuo in vinculis stare debet.
527 Clausula nulla prescriptione non obst. ad prescriptionem centum annorum non trahitur.
528 Consuetudo contra legem valet, quando ex noua ratione inducitur, que legis tempore non erat.
Consuetudo contra legem valet, quando vtilitas publica legis reuocationem suadeat.
529 Consuetudo contra.l.valet quando in ea principis expressus consensus interuenit.
530 Consuetudo valet contra legem simpliciter consuetudinem introductam tollentem.
Consuetudo irrationabilis in preteritum prohibita, ꝛ in futurum prohibita, censetur.
Consuetudo valet contra legem non obseruatam.
531 Dispositione aliqua corruente, omnes clausule in ea inserte corruunt.
532 Consuetudo derogat legi precedenti clausulam ad consuetudinem derogatoriam non habenti.
533 Contractus an perfectus dicatur, si post conclusionem contrahentes dicant cras faciemus instrumentum.
534 Legi vel statutis contrauenìens peccat.
535 Populus consuetudinem inducens non delinquit.
536 Consuetudo contra rationem an valeat.
537 Consuetudo tollit legem nedum in ciuitate vbi est sed etiam in oppidis subiectis.
538 Consuetudo contra ius an ad loca particularia extendatur.
Castra consuetudinem statuto sue ciuitatis contrariam habere non possunt.
539 Consuetudo specialis alicuius loci subditi ciuitati consuetudini ciuitatis ꝙ preferatur quomodo intelligatur.
540 Consuetudo si in aliquo loco particulari non sit, que seruanda sit.
541 Consuetudo Romana an ab omnibus obseruanda sit.
542 Stilus curie Romane ius facit, ꝛ quando in causarum decisionibus allegari possit.
543 Consuetudo Romane ecclesie circa fidei articulos vbiq; seruanda est.
544 Consuetudo quando est contra legem irrationabilis presumitur, ꝛ nume. sequen.
547 Legi per non vsum non derogatur.
548 Consuetudo legi non derogat, quando cum iure communi concordare potest.
549 Instrumenta contraria ex interuallo etiam facta concordari debent.
Opiniones doctorum concordande sunt.
550 Consuetudo precedens an per legem sequentem tollatur.
551 Ordo vbi non est, ibi confusio est.
552 Consuetudo qualiter in iudicio proponatur, ꝛ nu. sequentibus.
553 Consuetudo quam actionem pariat.
554 Actio in libello exprimenda non est.
555 In consuetudine se fundans nõ debet dicere quõ eã proponat.
556 Libellus in consuetudine quomodo formari debeat.
557 Consuetudo vbi est dubiũ an teneat, sine ordine iudiciario decidi debet.
558 Consuetudo an in libello alleganda sit.
559 Libellus presumptiue saltem concludere debet.
560 Iudex an in consuetudine notoria supplere possit.
561 Notorium quando allegari debeat.
562 Consuetudo que non est, si in libello allegata sit, sed adsit statutum, an libellus procedat.
563 Libelli verba, vt sustineatur, large, ꝛ improprie intelligi debẽt.
564 Compromissum si in aliquem fiat, consuetudo etiã attenditur.
Consuetudo, ꝛ statutum quomodo inter se differant.
565 Cõsuetudo ꝛ statutum iuris appellatione continentur.
566 Consuetudinis appellatione statutum non comprehenditur, nec econtra.
567 Consuetudinem alleganti prescriptionem probare sufficit.
568 Consuetudo per quot testes probetur.
569 Doctori de consuetudine attestanti an credatur.
570 Doctoris auctoritas in his que iuris sunt ꝛ non facti probabilis est.
571 Consuetudo difficilis probationis est.
Cõsuetudo modo est alba, modo est nigra.
572 Consuetudo cum sit ius an probatione indigeat.
573 Positioni consuetudinis respondendum est.
574 Consuetudo qualiter probanda sit.
575 Res inter alios acta quando alijs non preiudicet.
576 Consuetudo ex hoc non probatur ꝙ sit in contradictorio iudicio obtenta, ꝛ nume. sequen.

578 Consuetudo non inducitur sed inducta probatur per sententiā in ea latam.
579 Consuetudo an ex hoc probetur, si due producantur sententie circa aliquid, si in eis scriptum non sit, ꝙ talis sit cōsuetudo, ⁊ j. nume. 581.
580 Consiliarij presumūtur scire que in cōmuni, ⁊ in palatio agunt.
583 Consuetudo non inducitur ex pluribus actibus de modica re inter ribaldos factis.
584 Consuetudo per extraiudicialia acta probatur, ⁊ nu. seq.
586 Consuetudo an ex hoc probata sit, si inuenta producantur ad probandum, ꝙ consuetudo est, ꝙ inuentaria cum tali solennitate fiant.
Consensus populi tacitus per quot instrumenta verisimiliter colligatur.
587 Cōsuetudo notariorum quando est diuersa, iuri communi standum est.
588 Consuetudo ordinis iudicij summarie probatur.
589 Consuetudo litis decisionem respiciens plene probari debet, ⁊ j. nume. 591.
590 Capitula ad probandā consuetudinem quomodo fieri debeāt.
592 Consuetudinem allegans causam probare debet.
593 Consuetudine in probanda quomodo testes deponant ⁊ j. nu. sequen. ⁊ nume. 595. nu. 598. 599. 600. ⁊ 601.
Consuetudo lucrande dotis quomodo probetur.
596 Testis est fatuus, qui deponit, ita est consuetudo ⁊ j. nu. 616.
597 Testis interrogatus in causa scientie consuetudinis quomodo respondere debeat.
602 Consuetudo inducitur per eum qui animo consuetudinem inducendi facit actum pro iure suo credens se ius habere, ⁊ in posterum id faciat.
Actum ꝙ quis faciat ꝓ iure suo vel ex gratia vel amicitia quomodo probetur.
603 Consuetudo tanti temporis cuius initij, ⁊c. quomodo per testes probetur.
604 Testes quomodo deponere debeant ad probandum memoriā vel famam extare vel non extare.
605 Testes super notorio quomodo deponere debeant.
606 Litere potestatis vel consulum attestantes de consuetudine an fidem faciant.
607 Testes qualiter deponere debeant in probando vsum populi vel maioris partis, ⁊ nu. seq. 609. ⁊ nu. 610.
611 Testes testamentarij si omnes deponant de testamento ⁊ sunt concordes, licet interrogati de presentibus dicant non recordari probant.
612 Testis peritus dicens talem esse cōsuetudinem bene deponit.
613 Consensus maioris partis populi an sit probatus si dicant vidisse fieri aliquem actum cētum hominibus presentibus, alia vice presentibus ducentuꝫ, ⁊ alia vice presentibus tercētum, si mille sint homines in ciuitate.
614 Testis bene probans consuetudinem si interrogatus si posset esse ꝙ esset contrarium eo nesciente, respondeat ꝙ sic eius dictum non corruit.
615 Testis super consuetudines deponens si non interrogetur, an respondere debeat de causa scientie.
616 Probatio angustanda non est.
Testis simpliciter dicens, talis est consuetudo, non probat.
618 Testis deponens super fama licet rationē non assignet ꝓbat.
619 Testis dictum debet intelligi prout ad sensum corporis refert.
620 Consuetudo an probetur per testes de diuersis actibus deponentes.
621 Testes singulares sufficiunt ad aliquid in genere probandum puta iurisdictionem vel heresim.
623 Testis depones super consuetudine si interrogatus quid sit cōsuetudo respondere nesciat an probet, ⁊ nu. seq.
624 Testis deponens super possessione si interrogatus quid sit possessio respondeat se nescire an probet.
625 Testes super consuetudine per eundem sermonem deponentes probant.
626 Communis vsus loquendi difficile probatur.
627 Communis vsus loquendi quomodo capitulari debeat.
628 Communis vsus vtendi quomodo capitulari debeat.
629 Communis vsus intelligendi quomodo capitulari debeat.
630 Equo vendito de consuetudine an sella vendita censeatur.
931 Equo vendito ornamenta venditoris arma habentia vendita non censentur.
632 Probatio legitima est si probetur ꝙ talis se pro emancipato gessit.
633 Communis vsus loquēdi probatio quomodo cōcludere debet.
634 Communis vsus intelligendi videtur esse consuetudo interpretatiua.
635 Uerba pape in bullis secundum quem communem vsum loquendi intelligantur.
636 Communis vsus loquendi, siue intelligendi siue vtendi an tempus. x. an. requirat.
637 Testis deponens super communi vsu loquendi ꝙ sit communiter dicitur, an probet, ⁊ an probet si dicat interrogatus nescire a quo audiuit.
638 Testis super fama deponens, si dicat, ꝙ sic publice dicitur, non probat.
639 Testis interrogatus super communi vsu loquendi a quibus audiuit, si respondeat se nescire, an eius dictum corruat, ⁊ j. sub nume. 642.
640 Testis interrogatus quot personas vidit vti, si respondeat a mille, licet de nominibus non recordetur, probat.
641 Testis deponens de communi vsu loquēdi an debeat aliquas personas nominare.
642 Testis, quando deponit super fama habente ortum aliunde ꝙ̄ a personis, non est necesse, ꝙ aliquem nominet.
643 Judex an possit se informare de consuetudine absqꝫ eo ꝙ per partes probetur.
644 Probatio semiplena sufficit in his que ad litis ordinationem spectant ⁊ j. nu. seq.
Consuetudo an plene probari debeat, ⁊ nu. seq.
645 Judex reicit libellum contra stilum ⁊ consuetudinem formatū.
646 Stilus curie vel iudicij si non obseruetur iudiciū corruit.
Citatio habens verba inconsueta non comparentem excusat.
647 Consuetudo populi est ius ciuile, stilus fori est ius pretorium.
648 Consuetudo an principem liget.
649 Donatio principis sine solennitatibus valet.
Rex est lex animata in regno suo.
650 Princeps etiam de honestate ciuitatis statuta seruare non tenetur.
651 Consuetudo naturalis principem ligat.
Jus naturale principatu potentius est.
652 Consuetudo an liget ciuitatem ipsam in qua est.
Statutum episcopi ipsum non ligat.
653 Consuetudo laicorum an clericos vel ecclesias liget ⁊ j. in discursu ⁊ nu. 667. ⁊ 668.
654 Clerici non subiacent statutis vel consuetudinibus patrie.
655 Statutum laicorum debet ad instantiam episcopi declarari clericos non ligare.
656 Ecclesia restitui in integrum potest aduersus locationem etiaꝫ ante nouēniū, si timeat ꝙ pensio exigi nō possit a ꝯductore.
657 Cōsuetudo laicorum res ecclesie non comprehendit.
658 Consuetudo laicorum patrimonium clericorum non comprehendit nec ligat.
660 Consuetudo laicorum non ligat clericos in minoribus, nec coniugatos.
661 Consuetudo laicorum quo ad decisionem coram seculari clericum litigantem cum laico non ligat.
662 Etiā si causa promoueretur principaliter contra laicum ⁊ incidenter contra clericum.
Consuetudo laicorum pro clerico contra clericum inducta non ligat.
663 Consuetudo laicorum laicos habentes cum clerico ius indiuiduum non ligat.
664 Consuetudo laicorum, ꝙ alienatio in forenses fieri non possit, ecclesias non ligat.
665 Consuetudo laicorum in fauore clericorum non ligat laicos litigantes cum clericis in foro seculari.
666 Consuetudo laicorum vt libris mercatorum credatur non seruatur in foro ecclesiastico contra laicum, etiam in fauorem clerici.
667 Consuetudo mixta clericorum ⁊ laicorum clericos ligat.
669 Consuetudo vel lex fori in quo litigatur etiam clericos ligat in ordinatiuis, ⁊ j. nu. 760.
670 Clericus litigans coram iudice seculari ante sententiam, nisi in casibus a iure expressis appellare non potest.
671 Consuetudo laicorum vel statutum ꝙ fiat cōpromissum in clericum in foro seculari litigantem ligat.
672 Compromittere ex necessitate statuti vel consuetudinis est de ordine litis.

673 Statutum

Statutum de compromissis etiam minores comprehendit 7.j. nume. 750.
Consuetudo etiam non natos ligat.
752 Consuetudo loci an iudeos ibi habitantes liget 7.j.nu. 754.
Iudei possunt esse procuratores christianorum 7 contra christianos.
753 Iudei officia publica et administrationes habere non possunt.
755 Pena iudeo imposita per legem mosaicam alie pene prefert.
756 Consuetudo inter hebreos, quod periti legis hebree possint scribere testamenta valet.
757 Iudex quam consuetudinem sequi debeat an loci litigantium an loci iudicij, 7 nu. seq. 7 nu. 760.
558 Locus litigantium quis esse dicatur.
759 Consuetudo loci in qua procedit in concernentibus processum seruari debet etiam respectu feriarum vt.j.nu.seq. etiam si agatur causa ecclesie coram seculari vt.j.nu. 762. si l. canonica daret certum modum procedendi vt.j.nu. 763. 7 limit. vt.j.nu. 775. 776. 777. 779. 7. 780.
764 Ius canonicum in terris ecclesie in foro seculari seruandum est.
765 Consuetudo loci iudicij in causis clericorum quando non seruetur.
766 Consuetudo loci iudicij seruanda non est quod non obseruantia ordinis peccatum induceretur.
767 Episcopus expulsus cognoscens in aliena diocesi consuetudines sue diocesis seruare debet 7.j. sub nu. 774.
769 Consuetudines, statuta, 7 leges litigantium que esse dicantur.
770 Consuetudo loci vbi persona oriunda est inspicienda est, quando de habilitate vel inhabilitate persone ageretur.
771 Consuetudines particulares vel statuta hominum alicuius professionis in eorum causis decidendis seruanda sunt.
772 Contractus si in aliquo loco celebratus sit, in quo per statutum contra instrumentum non potest opponi aliqua exceptio, statutum illud seruari debet.
773 Consuetudo si sit quod credatur libris mercatorum, stabitur in illo iudicio in quo producentur, licet ibi talis non sit consuetudo.
Scriptura in aliquo loco facta, loci illius priuilegium vbique seruat.
774 Instrumenta facta a notario creato ab inferiore a principe vbique fidem faciunt, licet vbique instrumenta facere non possit.
Instrumentum an faciat fidem, locus celebrati instrumenti attenditur.
778 Leges quando a canonibus discordant canonibus etiam inter laicos in causa feudali standum est.
781 Consuetudinis vel statuti vinculum ex fori sortiti regula consideratur.
782 Consuetudo loci in ieiunijs obseruanda est.
Consuetudo loci extra fidei articulos consuetudini Romane ecclesie prefertur.
783 Iudex in exequendo quam consuetudinem seruare debeat.



Onsuetudinis materia quam sit, celebris, subtilis, 7 quotidiana, nemo est qui nesciat, vt iurisconsulti Vlpiani verbo vtar in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. Ideo rubri. de consuetudine. 7 capi. cum tanto. quod est capi. fina. quod ceteris est celebrius ad communem vtilitatem, Rector magnifice, viri patres reuerendi, 7 vos fratres ornatissimi, vtiliter commentare decreui, prius tamen redemptoris nostri ac virginis sacratissime presidio ex corde inuocato. Procedam itaque accuratissime quantum ingenij mei vires patientur ordinem Abbatis Panor. secundum morem nostrum sequendo 7 ea maxime que ipse attingit discutiendo. Quibus discussis plures questiones prout ex alto mihi concessum fuerit, pulchro ordine absoluam. Et licet plerique summi canonum ac legum vertices quorum calciamenta soluere non essem dignus, materiam ipsam tractauerint, ausim tamen affirmare has meas lucubrationes vobis, ac ceteris studiosis plurimum profuturas, 7 id re ipsa indies percipietis.

¶ Continuatur hec rubrica ad precedentes per summistas, 7 per Abba. hic post alios in hunc modum. Visum est. s. de iure scripto, quod consistit in constitutionibus 7 rescriptis, merito subijcitur de iure non scripto quod consistit in consuetudinibus, 7 ab hac continuatione nemo discrepat.

53 ¶ † Quarto facit, quia si fiat commissio de iure ⁊ consuetudine si consuetudo derogabit iuri attenditur ipsa consuetudo, ita Bald.hic in princip. ⁊ est bonus tex.in capitulo tertio. de eo qui mit.in possess.causa rei seruande. Alias rationes, ⁊ fundamenta multa ac alias auctoritates dictam conclusionem comprobantes vide per Felyn.in dicto capitu.ius generale prima distinctione in capitu.primo de sponsalibus.in secundo notabili. ⁊ in capitu.licet causam.de probatio. vbi etiam Abba. ⁊ posteriores tradunt. ⁊ dicit Fely.in.d.capitu.ius generale.q; hec est communis opinio.idem dicit communis preceptor dominus Iason in lege prescriptione.C.si contra ius vel vti. pub. vbi plene loquitur, ⁊ in lege de quibus. columna antepenultima.ff.de legibus. ⁊ plenissime in.l.omnes populi.ff.de insti. ⁊ iure columna.v. ⁊ tribus sequentibus, ⁊ ex dictis rationibus satis pʒ solu.ad tex.in.§.quoties.insti.de iu.natu. qui in cõtrariũ allegat.ibi enim dr̃ q; appellatione iuris intelligimus de iure communi, sed dicas id non procedere, vbi cõsuetudo vl statutũ

adest derogans ipsi iuri cōmuni, vel responde vt rñdet abb. h.
54 ¶ † Tenendo igitur premissam conclusionem amplia eam, vt maxime procedat, quando in casu circa quem fieret compromissum esset consuetudo generalis totius orbis, qꝛ ius commune appellatur, ita inquit Bald. decidens pulchrum casum de consuetudine Martini in. l. secunda. C. de bonis q̄ liberis. ⁊ refert ⁊ sequitur Barba. in capitu. j. s. de constitu. col. ij.
55 ¶ † Si tamen disputando volueris tenere partem contrariā vcȝ, φ si fiat compromissum de iure non possit pronunciari secūdum consuetudinem, potes illam fundare ex tex. hic adducto per Abba. in capitu. tertio de eo qui mit. non pos. causa rei seruan. inducendo hoc modo. nam ibi fuit facta commissio de iure ⁊ de consuetudine, ⁊ sententia eo casu lata non valuit, qꝛ non fuit seruata consuetudo, ergo presupponitur quod si fuisset facta commissio de iure, non habita mentione consuetudinis, qđ consuetudo non debuisset obseruari, ⁊ hanc opinio. etiam plene defendit Barba. hic, licet postea distinguat vt. s. retuli, ⁊ disputando satis posset hec opi. sustineri ⁊ ad cōtraria posset respondéri, vt infra.
¶ Non obstant igitur adducta pro opi. communi per Abba. hic, ⁊ in primis non obstat dum dicit Abba. hic quod consuetudo est ius. §. constat. insti. de iur. natu. cum simi. quia id non negatur, sed dicitur qđ appellatione iuris in dubio intelligim⁹ de iure communi. §. quoties. insti. de iure nat.
56 ¶ † Non obstat etiam dum dicitur, quod genus debet verificari in qualibet specie, ergo tale compromissum factum de iure comprehendit etiam consuetudinem. c. sciscitatus. d. rescrip. qꝛ respondetur id verum esse, nisi ratio suadeat, quod in altera specie verificetur, prout in casu isto, vbi altera species, vcȝ ius commune est dignius, tunc enim de digniori intelligimus dicto. §. sed quoties. ¶ Non obstat modo tertium fundamentum dum dicitur quod iura mandant iudicari secundum consuetudinem capitu. tertio de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cum simili. ergo compromissarius iudicando secundum consuetudinem satis dicitur iudicare de iure. argumen. l. si ita scripsero. ff. de conditio. ⁊ demonstratio. qꝛ respondeo, quod istud argumen. procederet in dubio vbi simpliciter est facta commissio. Sed in casu questionis premisse ex quo partes se restrinxerunt ⁊ compromiserunt de iure illud verbum debet intelligi de iure communi dicto. §. sed quoties.
¶ Non obstat etiam dum quarto loco adducitur tex. in capi. j. vt lite pendente, vbi verbum de iure verificatur in iure speciali, vcȝ in priuilegio, qꝛ respondeo quod ibi iure speciali propter verba precedentia in quibus dicitur quod ille archiepiscopus habebat priuilegium, que verba declarant illud verbum de iure sequens. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. primo, ⁊ eodem modo respondeo ad tex. in capitu. lȝ causam. de probatio. queȝ vltimo loco Abba. adducit qꝛ versus finem illius text. fit mentio de priuilegio ecclesie Rauennatensis, nimirum si ibi verbū de iure verificatur in priuilegio. ⁊ opinio ista contra communē bene videtur probari in. d. capitu. iij. de eo qui mit. in posses. vt etiam deducit Barba. hic ⁊ in dicto consil. lxvi. A communi tamen non est recedendum, vt tradunt Joan. andre. Abba. ⁊ alij in capi. j. s. de constitu. ⁊ docto. alibi sepe.
57 ¶ † An autem compromissarius de iure possit pronūtiare seu causam decidere secundum priuilegia, satis colligitur ex predictis ⁊ ex doctrina Abba. hic, ⁊ tradit clarius Abbas in. c. cumana. in glos. in verbo de iure. j. de electio.
58 ¶ † Limitatur tamen dicta conclusio. s. formata pro communi multis modis. Primo nisi capiendo illud verbum de iure pro iure communi causa citius expediretur, ita Roma. in rubri. de arbi. col. vj. argu. l. i. ff. de arbi. vbi dicit φ compromissuȝ ad finēdas lites pertinet. ⁊ sequitur Fely. in locis. s. relatis, ⁊ lȝ communis preceptor hanc limitationem mordeat in. d. l. prescriptione. tamen ipsemet eam sequitur in. d. l. omnes populi.
¶ Secundo limita, nisi compromissum fiat de iure communi, ita Alexan. in. l. post dotem. carta antepenul. ff. solu. matrimo. ⁊ tradunt notiores in. d. c. licet causam. ¶ † Differūt enim ius
59 commune, ⁊ ius municipale vel consuetudo, vt inquit Bald. in capi. j. in princip. s. de constitu. ⁊ lȝ aliter dicat Alexand. in. l. gallus. §. quidam recte. in fin. ff. de liber. ⁊ posthu. ⁊ Bal. in titu. de pace constan. in princip. col. vij. vbi inquit, quod locales consuetudines quo ad locum ipsum, dicuntur ius commune, ⁊ lȝ etiam communis preceptor hanc limitationem impugnet in. d. l. prescriptione. per adducta per eum, tamen rationabilis videtur, qꝛ in claris non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligatio. Ex quo enim compromissum fit de iure communi, clare apparet φ excluduntur alia iura specialia. argu. l. cum pretor. ff. de iudi. ⁊. c. nonne benedicimus. §. de presumptio. ¶ † Tertio forte limitari posset vt non procedat in cō-
60 missione facta per principeȝ alicui delegato, qꝛ ille non tenetur seruare statuta loci in quo est delegatus ita Bald. in. c. lȝ. in fine de offi. ordina. seqtur Fely. in capi. cum dilecta. col. xix. ℟. limita quarto. in fi. s. de rescrip. ⁊ idem videtur velle Barba. hic. s. relatus. Aduertendum tamen est, qꝛ Bald. in. d. c. licet. loquitur solum de statutis disponentibus circa iurisditionem. ī statutis autem respicientibus iustitiam, aliud sentit. ⁊ hoc clare dicunt Ange. ⁊ Alexan. in. l. ex imperfecto. C. de testamē. per
61 tex. ibi cum glos. † ⁊ facit qꝛ iudex etiam delegatus debet seruare leges vel statuta litigantium in decidendo seu in decisiuis, vt plene dicam in. c. fi. j. eo. in pe. questio. post scripta Abb. ⁊ hec ratio est vrgens contra limitationem predictam.
¶ Quarto limita, nisi compromissum fieret per aliquem forensem, qui verisimiliter ignoraret tale statutuȝ, vel consuetudineȝ qꝛ verba sunt intelligenda secundum qualitatem persone proferentis ipsa verba. l. plenuȝ. §. equitij. ff. de vsu. ⁊ habi. ita limitat Barba. hic in distinctione sua. col. xiij. Idem decidit Felyn. alias adducens in. d. c. ius generale. Hoc enim casu cessat ratio mentis compromittentium de quo facta est mentio. s. in probatione conclusionis. s. firmate. vnde actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cer. peta.
¶ Vltimo limita dictam conclusionem, vt procedat respectu cōsuetudinis prescripte vel iam firmate, qꝛ de illa censentur intellexisse de consuetudine vel obseruatia que nondum transiuisset in formam consuetudinis. hoc volunt glo. ⁊ Barto. in. l. labeo. ff. de suppel. leg. vbi dicunt φ communis vsus vtendi debȝ esse prescriptus spacio. x. annorum. ⁊ in proposito refert domi. Fran. de are. in consi. suo. xj. incip. procedendum. colum. fina. ⁊ est rationabilis decisio, licet Aret. ipse eam non audeat firmare. Firmat tamen vbi contrahentes vel facientes compromissum ignorarent statutum loci contrarium obseruantie ⁊ de ipsa obseruantia notitiaȝ haberent, φ tunc censerentur contraxisse secundum ipsam obseruantiam, lȝ nondum esset prescripta ⁊ sic lȝ nonduȝ transiuisset in formam consuetudinis. ⁊ allegat text. secundum vnam lec. in. l. de die. in princi. ff. qui satisda. cogan. ⁊ domi. Anto. in. c. fi. carta. x. j. eo. ⁊ alias auctoritates vt per eum. Multa alia super hac rubr. attinguntur per Composte. Innnocen. do. Anto. Joan. de imo. ⁊ alios. Discutiā illa deo fauente in. c. fi. j. eo. ¶ Et per hec remanet vtiliter expedita hec rubrica de consuetudine.

¶ Incipit. c. fi. de consuetudine.

C Um tanto. Est capitulū finale sub titulo de consuetudine. Habet materiam amplam, ac multum subtilem vt exorditur Abbas hic, ⁊ dicit domi. Anto. de bu. φ habet materiam fortem, subtilem ⁊ longaȝ, famosumq̄ hec, vt inquit Cardina. floren. hic ī prin. Quantū auteȝ materia hec sit vtilis ⁊ quotidiana, norunt studiosi oēs, ⁊ hi precipue, qui in foro versantur. Jo. and. post capitulum materiam ipsam per viam summe pertractat. ⁊ domi. Ant. de bu. hoc capitulū subtiliter repetijt, leguntq̄ illud canoniste cōiter, ⁊ repetijt Padue qdā. d. Saluanus anti.qu⁹ doctor, sed est merus relator. Hanc ēt materiam tradit Ang. are. in. §. ex non scripro. insti. de iure natu. ⁊ tractāt legiste, maxime Barto. ⁊ Bal. ⁊ inter modernos excellentissimus communis preceptor do. Jas. may. repetens in. l. de quibus. ff. de legi. ⁊ Barto. post antiquos in. l. ij. C. que sit lon. con. Barba. etiam hic multa pro more suo cōgerit. Reperio quoq̄ quod domi. Fely. sandeus varijs in locis refert se hoc capitulum repetijsse, ⁊ maxime in capitu. cum ex officij. colum. iiij. de prescrip. in capi. cuȝ accessissent. col. penul. de maiori. ⁊ obedien. ⁊ in capitu. auditis. columna duodecima. in princip. de prescriptio. dicens se breuem repetitionem hic fecisse, ⁊ vbi repetitionem ipsam diligenter per quisitam comperijssem, pedem forsitan retraxissem, qꝛ ipse domi. Felyn. bonarum rerum accumulator esse consueuit. Quidam etiam dominus Petrus rauennas, qui memoria excellebat quasdam allegationes, ⁊ conclusiones in hac materia fecit, tamen nec articulos nec difficultates discussit. Quid dicam ego pusillus doctor inter tot iuris vertices? ¶ Non pollicebor maria nec montes, qꝛ doctoribus talem

talem promissionem facientibus credendum non est, vt inquit glos. in l. non omnis. in fine. ff. de re milita. hoc solum polliceor me laboribus non parciturum, vt materiam hanc clariorem, et vtiliorem quam hactenus sit reperta posterioris relinquam.

¶ Quantum igitur ingenij mei vires patientur illam discuriam et nedum que per glos. et Abba. hic dicuntur attingam, sed plures alias vtiles questiones post expedita glos. et Abba. dicta, vltra ea que supra in rubri. absoluta sunt pulchro ordine et clare Deo maximo fauente cuius adiutorium ex corde inuoco absoluam. ¶ Diuide istum textum in duas partes prout duo dicta ponit. ¶ In primo agitur de viribus consuetudinis contra ius naturale. ¶ In secunda de viribus consuetudinis contra ius positiuum. Secunda ibi licet etiam, et quelibet pars potest sub diuidi vt etiam dicit Abba. hic.

¶ Casum autem figura vt figurat domi. Anto. de butr. hic et clarius Joan. adre. qui exemplificat primam partem huius textus multis modis post Abba. antiquum et Hostien. et vnum bonum exemplum refert Panormita. hic colū. ij. ¶ Secundam vero partem exemplificabo ego multipliciter infra in quarto notabili. ¶ In textu ibi pctā, quare dixerit pctā, et non delicta, declarant hic Joan. andre. et Cardina. floren. Et differentiam inter pctm̄, delictum, et crimen, tradit glos. referens Augusti. in regu. pctm̄. de regulis iuris libro sexto.

¶ In tex. ibi ius naturale. intelligunt Joan. andre. et communiter alij in summario. i. ius diuinum. ita enim sumi potest, licet etiam alijs modis sumatur, vt dicit glos. insti. de iure natura. in princip. Et quod pro iure diuino sumi possit, est text. in capitu. primo. j. distinctio. et rationem ibi assignant docto. maxime Geminia. An autem text. iste procedat in iure naturaliter sum pto infra videbimus. ¶ In text. ibi legitime sit prescripta, quo modo intelligatur consuetudo prescripta, plenius et clarius ceteris. j. declarabo in glo. fi. in secundo requisito consuetudinis.

Nota primo ex text. isto qd̄ ex diuturnitate peccandi pctm̄ aggrauatur, concordāt iura que hic Abba. alleg. idem probatur in extrauagan. qui sint rebelles, post princip. ibi, Quanto plus differtur puni-
62 tio, tanto plus pctm̄ crescit. ¶ † Hinc dicimus quod clericus propter delictum continuatum deponi debet vbi alias crimen non esset depositione dignū. glos. est in capitu. presbyter. in glos. j. lxxxij. distinctione. probat text. in capitu. primo de cleri. percus. et ita dicit domi. Anto. post Goffred in capitu. at si clerici. in princip. de iudi. probatur etiam in capitu. ad abolendam. de hereti. ibi not. Joan. de ana. et in capitu. ita nos. xxv.
63 questione secunda. † Et sicut propter delictum continuatū quis grauius punitur, sic punitur quis grauius propter delictum reiteratum. ita inquit glos. in capitu. hoc vestre. xj. distinctio. argumen. illius tex. Idem gl. in l. quicunqz. C. de ser. fugi. tradit domi. Fede. sandeus, allegans aliqua ad hoc in. d. capitu. at si clerici. §. de adulte colum. fina. Nec est mirum qp delictum cōtinuatum vel reiteratum grauius puniri debeat, qz plura delicta committit. Nam si quis dormiat cum femina et sepius cum ea fornicetur plures sunt fornicationes et non vna. glos. est in capitu. imitare. vi. q. i. tradit Barto. in l. vulgaris. ff. de fur. et in l. nunqz plura. ff. de priua. delic. facit etiam glos. in §. criminis. xxv. distinctio. in verbo criminale. et tex. ibidē in verbo et ebrietas. quem extollit Abba. in capitu. a crapula. de vita et hone.
64 clerico. ¶ † Dicitur enim in. d. §. criminis. qp ebrietas si sit assidua est peccatum mortale, alias non, et etiam probat ibi tex. cū glos. qp peccatum veniale propter assiduitatem fit mortale. Et ad predicta etiam bene facit tex. in l. iij. in fi. C. de episco. audi. per quem not. ibi Bald. post Guil. de cu. qp qui geminat deli-
65 ctum non debet sperare de vnica. ¶ † Hinc dicit ibi Bald. qp si quis habeat gratiam de primo delicto non valet gratia de secundo, nisi fiat mentio de primo, qz ipsa secunda gratia cēsetur subreptitia, qz secundum delictum fuit grauius attento primo, quod subijcit Bald. esse nota. et hoc dictum sequitur Barba. hic colum. ij. refert etiam et sequitur Jo. de ana. in. d. c. ad abolendam. colum. ij. de hereti. vbi dicit qp propter dictam decisionem fuit alias decapitatus quidam nomine Formica in ciuitate Bononie, et idem dicit Barba. in capitu. super literis. col. xxiij. s. de rescrip. Facit tex. in capitu. postulasti. eo. titu. in ver. bo de leui non scribimus. facit etiam text. in capitu. fina. de fi.
66 presbyte. lib. vj. † et dicit Bal. in. c. de appellationibus. j. de appellatio. quod non est parcēdū assuetis delinquere. per tex. in. d. l. iij. Pro vno tamen delicto non dz minus diligi virtuosus, ita Abb. per illum text. in. c. nisi. j. de offi. delega. in secundo no

tabi. et qp maior pena imponatur ex perseuerantia, est tex. pulcher in l. vnica. C. de superexactionibus. li. xj. et in l. omnes. C. de delato. lib. x. cum alijs adductis per Barba. et apostillan-
67 tes ad Abb. hic. † et dicit Bar. in l. si cui. §. fin. ff. de accusa. qp furta alibi commissa aggrauant furtum commissum in ista ciuitate et suspendi possit vbi alias non posset, id enim operatur perseuerantia in delinquendo. alleg. inter cetera tex. in. d. l. iij. idē Ange. ibi dicens ita seruari de consuetudine, de cuius decisionis veritate vide que ibi congerit Alexan. in apostil. et domi. Fely. in. c. sicut. colum. ij. de testib. Are. in. c. cum non ab homine. j. de iudi. in vlt. nota. et Barba. in. c. fi. col. xvij. de so. cōpeten. et in. c. postulasti. col. xxxix. et seq. eo. titu.
68 ¶ † Ex premisso notabili collige vnam circunstantiam aggrauandi pctm̄. s. perseuerantiam in pctō, que perseuerantia etiam sine reiteratione pctm̄ auget, vt probat iste text. et ad hoc allegat etiam Barba. hic tex. quem dicit esse solennem in capi. cū haberet. de eo qui dux. in matri. eam quam polluit per adult. alias multas circunstantias vide in tex. et per Joan. an. et Abba. in. c. sicut dignum. de homi. in princip. et aliquid per Joan. and. hic colum. i. post Fran. vercel.

¶ Contra tamen premissum notabile adduco text. in l. si diutino. ff. de pe. vbi dicitur qp si diutino tēpore aliquis in reatu fuerit, pena eius subleuanda erit, ergo ibi probatur qp ex diuturnitate pcti non aggrauatur pctm̄, sed alleuiatur. Pro sol. dicas
69 qp ille tex. † procedit in delicto momentaneo, qd̄ non iteratur, vt si quis olim commisisset homicidium de quo nunqz fuit cognitum, lz nunc detegatur tale crimen et cognoscatur de eo, pena debet aliquantulum alleuiari. ita glos. et Barto. ibi. Idem dicit Pet. de ancha. hic quem refert et sequitur Barb. hic colum. iij. ex quo infero qp talis homicida decapitari nō deberet, sz alia pena leniori puniri. Pena enim homicide est pena mortis. d. l. iij. C. de epis. audiē. sed si pena dz esse lenior qz delictum fuit tādiu pperatū, ergo erit minor morte, vt ad sensum pz, et h̄ cēseo digito ligādū esse, qz est decisio p liberādo amico a pena mortis, et hn̄ facit tex. i. l. qrelā. C. d̄ fal. et in l. adulter. C. d̄ adul. vbi tēporis cursu crimen aboletur. Uel aliter ad dictū contrarium responde, vt respondet Abba. in. d. c. cum haberet. j. d̄ eo qui dux. in matri. eam quam pol. per adul. scz qp tex. noster pcedit in foro anime, et ratio est secundum eum, qz delinquēs nō penitendo videtur contempsisse diuinum iudicium et claues ecclesie. c. omnis vtriusqz sexus. de peni. et remis. tex. autem in. d. l. si diutino. pcedit in foro contentioso. et hoc comprobatur ex eo quod dicit do. Alexan. in consi. i. colum. iij. ver. quinto accedit. in. ij. volu. vbi dicit qp cōsuetudo operatur vt facilius possit fieri dispensatio. alleg. no. per do. Anto. et alios post glo. in capi. cum venerabilibus. s. eod. titu.
70 ¶ † Secundo oppo. contra dictum notabile de tex. in. d. l. querelam. C. de fal. et in. d. l. adulter. C. de adul. dicitur enim in. d. l. adulter. qp accusatio adulterij quinquennio tollitur, et in. d. l. querelam. dicitur qp accusatio falsi et alie fere accusationes criminales tempore. xx. annorum tolluntur. Facit in simili text. in l. ij. C. de vectig. et commit. tradit Ro. in singu. suis singulari incip. ius petendi. carta. xij. Aliud est simile in. c. ij. de prescrip. lib. vi. et facit gl. in l. manicheos. C. de here. Igitur per cursum temporis criminosus liberatur. Pro so. dicas vt statim dictum est soluendo contrarium precedens, et ita dicit Abb. in. d. capitu. cum haberet. vel aliter dicas vt dicit Petrus de ancha. h̄ et refert Barba. hic colum. iij. in fine, quod text. noster procedit, quando quis vult prescribere ipsum actum delinquendi p temporis diuturnitatem, qz non potest, immo quanto magis perseuerat in pctō, tanto magis punitur, secus si delictum est iam commissum et consummatū, qz tunc pena infligenda temporis prescriptione aboletur. d. l. querelam. cum similibus. et hoc cōprobat Barba. hic per text. quem dicit singularem in l. lex iulia, de repetundis. §. fina. ff. ad l. iuli. repetun. quem text. alleg. Bald. in l. prima. C. ne ex delict. defun. dicens quod iudex in sindicatu debet decapitari si punit eum qui est tutus prescriptione statuti, quod nota. est ad statutum Bononiense disponens, quod delinquens non possit accusari nec inquiri post quinquennium a die commissi delicti. Melior videtur so. Abb. in.
71 d. c. cū haberet. † et no. qp etiam de iure canonico respectu pene, lz non rescriptū pnie locum habet dispositio statuti pdicti et dicta legū, vcz. d. l. querelā. cum si. ita dicit Abba. in. c. fi. in secundo. notabi. de purgatio. cano. et in capitu. lz causam. colūna decima. de probatio. et etiam sentit Abba. in. d. capitu. cum haberet. facit tex. in capitu. secun. in fine de prescrip. lib. vj.

72 ¶ †Tertio contra premissum nota. oppono de gl. in. l. vulgaris. ff. de fur. que dicit quod si quis pluries ad alterius vxorem accedat, tamen pena imponitur pro vno adulterio & sic non punitur grauius delinquens ex eo quod delictum sit continuatū. Pro so. dicas vt dicit Bar. ibi. s. quod illud est q2 pena adulterij est pena mortis. l. q̄uis. C. de adul. que non potest iterari. ¶ Aliter etiam respondet Barto. in cōsilio. ccxvj. incipient. antodius, vbi dicit quod ideo eadē pena imponitur in casu. d. glos. quia est eadem species delicti & cum eadem persona. argumento. l. ei qui. ff. de furtis. alleg. etiam alia vt per eum. ¶ Idē videtur velle Bal. in. l. quicunq3. C. de seruis fugitiuis. in secū do notabi. & in. l. si duo. §. primo. ff. de arbi. in fi. Alexand. in. l. infans. §. inficiando. ff. de fur. post Barto. & in. l. nunquam plura post Barto. ff. de priua. deli. in quibus locis alias auctoritates adducit. ¶ Idem communis preceptor domi. Jas. alia adducens in. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. columna fina. & nota semper quia Barto. in. d. consil. ccxvj. concludit q etiam si pro adulterio imponeretur pena pecuniaria, idē esset, & idem dicit domi. Alexan. in. d. l. nunquam plura. Sed tu aduerte q2 per premissa non tollitur difficultas tex. nostri.

73 †Unde ego dico quod glo. in. d. l. vulgaris. procedit in foro cō tentioso, sed in foro anime peccatum continuatū grauius & magis punitur, etiam quod sit eadem species delicti, & dicūtur plura delicta in foro anime. Ita vult glos. cum qua docto. ibi transeunt in capitu. imitare. vj. q. j. & faciunt que tradit Abba. in dicto capitu. cum haberet. j. de eo qui dux. in matri. eam quā polluit per adulterium.

74 ¶ †Secundo nota ex isto tex. & etiam notant domi. Anto. & Abba. quod anima per peccatum alligatur & infelicitatur. ex hoc infero quod homo sine peccato est felix, q2 priuatio presupponit habitum. l. decem. ff. de verborum obligatio. c. ad dissoluē dum. de despon. impu. & contrariorum eadem est disciplina. in sti. de his qui sunt sui. in princi. & capitu. secundo. s. de constitu. cum similibus. homo igitur peccator est infelix, vt in hoc tex. probatur, intellige hoc procedere nedum respectu anime, sed etiā respectu corporis, q2 vt inquit tex. in capitu. cum infirmitas. j. de

75 peni. & remissio. ¶ †Infirmitas corporis nonnunq̄ ex peccato prouenit, & homo peccator quandoq3 citius moritur, vt inqt glos. per illum tex. in capitu. episcopi. xi. questio. iij. & glos. allegans alia iura in capitu. qua fronte. j. de appellatio. in verbo decedant, vbi ita Abba. declarat. & dicit glos. in. c. audi. deniq3.

76 ea. causa & questione, † q diabolus habet potestatem in peccatore quasi in pecore suo. ¶ Item propter peccata veniunt aduersa. tex. est in capitu. ij. de purgatio. vulga. & probatur in. d. capitu. cum infirmitas, & in auctenti. vt non luxu. contra natu. circa medium, ibi propter talia enim delicta, fames, terremo-

77 tus, & pestilentie fiunt. †Et vlterius peccatores sunt infames infamia canonica secundum glo. in capitu. omnes. vi. q. j. & nota. in capitu. testimonium. j. de testib. & repelluntur ab oblationibus in ecclesia illi qui sunt publici peccatores, vt inquit Abb. in. c. q2 in omnibus. de vsuris. columna secunda. per glo. in capitu. oblatio. in fine. ix. distinctio. & sequitur idem Jo. de ana. colum

78 na octaua. ¶ †Tertio nota ex isto text. secundū Abb. & alios hic. q consuetudo nihil potest contra ius naturale. Intellige h vt iste tex. loquitur in iur. naturali, cuius trāsgressio inducit peccatum, & hoc ius naturale appellant ius diuinum Joan. an. do rai. Anto. & communiter alij hic in summario. facit tex. in capi tu. j. j. distinctione. & glo. insti. de iure natu. in princ.

¶ Sed contra hoc notabile oppo. de. c. obijciuntur trigesima secunda questione quarta. ibi quando mos erat crimē nō erat. Solue vt per glo. ibi & in voce refero.

¶ Secundo oppo. de. c. super eo. de cogna. spirit. Pro sol. di

79 cas vt per docto. ibi & in voce declaro. †Cum textu nostro concordat text. in capitu. quanto. s. eodem. & in capitu. in his. xi. distinctio. & in capitu. consuetudinem. eadem distinctio. vbi dicit q non valet consuetudo contra fidem.

80 ¶ †Hinc dicimus q non valeret consuetudo baptizandi hoc modo. In nomine patris, & filij, & spiritussancti, & diaboli. Ita Hostien. dicēs communiter ita teneri in summa de baptismo. in §. que sit eius forma. columna secunda. Idem Cardi. Alexan. post Cardina. floren. in. d. capitu. consuetudinem. in fine reprobantes glos. contrarium dicentem in capitu. si non sanctificatur. de consecratione distinctione quarta. Idem tenet domi. Petrus rauennas in conclusionibus suis consuetudinis. columna. xiiij. Uidetur enim talis baptizans fidem corrumpere secū dum prefatos docto. ponendo fidem nō in trinitate, sed in crea

81 tura etiam damnata. †Et generaliter dic quod non valet consuetudo in his, que sunt peccata ad excusandum ipsa peccata, vt hic notat Panormita. ex tex. allegando alia vt per eum.

¶ Hinc etiam dicimus quod non valet consuetudo contra pcepta diuina, vt per glos. hic. & exemplificat Joan. and. hic in princip. & domi. Anto. hic pulchre in repetitio. colum. xxvij. versicu. quarto restat videre. ¶ Hinc etiā dicimus q non valet prescriptio nec consuetudo prescribendi cum mala fide capitu. fina. j. de prescriptio.

82 ¶ †Item non valet contra ieiunia solennia indicta per ecclesiam, ita Hostien. in capitu. secundo. j. de obser. ieiu. & Abba. q limitat vt per eum in rubri. eodem titu. colum. secunda, licet cō trarium dicat glos. j. in. d. capitu. ij. quam extollit Abb. l3 eam non approbet, & dicit Abbas in. d. rubri. referendo. s. Thomā quod non valeret consuetudo vtendi lacticinijs in quadragesima, hoc tamen non procederet quando causa subesset, q2 tunc etiam carnes comedi possent. d. capitu. secundo, & ibi declarat

83 Abba. †Nam ex causa potest consuetudo limitare ius diuinū vt etiam Abba. hic dicit columna secunda, & in terminis ita decidit Cardina. alexand. in capitu. illa post mediū duodecima distinctio. allegat text. in argumen. in. d. capitu. ij. §. j. de obser uatio. ieiu. hinc dicit ibi Cardina. ipse, quod in illis locis in q bus non sunt pisces, neq3 oleum, valet consuetudo comedendi oua, & lacticinia etiam tempore quadragesime, & sequitur simpliciter domi. Petrus rauennas in conclusionibus suis consuetudinis colum. xvj. & idem tenet Joan. and. in. d. rubric. ex forti ratione vt per eum. In hoc tamen cōtrarium sentit Abb. ibi post sanctum Thomā & Arch. per eum relatos, & hec opinio anime tutior est. Quādo tamen necessitas subesset, vt quia tempore quadragesime aliquis esset in castro reclusus, tunc ei liceret comedere etiam carnes, quando aliud non haberet, ita dicunt Joan. an. in. d. rub. colum. penul. & Archidiaco. & alij in capitu. deniq3. iiij. distinctio. & satis probatur in. d. c. ij.

84 ¶ †Ex predicto etiam notabili infertur q non valeret consuetudo que haberet q mulier non teneatur sequi maritum. text. est & ibi Abba. in notabilibus colligit in capitu. j. j. de coniug. lepro. ¶ Infertur etiam q non valet consuetudo tenendi concubinas etiam ad liberos procreandos, propter pctm̄ vt per Joan. and. hic in princip. alias similes consuetudines referens quas per te videas. & tradit Abb. etiam. j. colum secunda, vbi declarabo. ¶ Hinc etiam dicimus q non valet consuetudo venandi causa voluptatis in clericis, ita Hostien. & Joan. de anania eum refert subijciens alios idem tenere in capitu. ij. de cle-

85 ri. vena. ¶ †Hinc etiam dicimus q non valet consuetudo, q clerici in minoribus beneficiati non teneantur ad horas seu diuinum officium dicendum. Ita presupponit Abb. post Joan. an. in capitu. j. colum. penul. de cele. missa. & Cardina. floren. in cle. j. in princi. q. v. de cele. mis. vbi dicit, q l3 tales non teneantur ad residentiam per. c. cum omnes. s. de constitu. q loquitur stante consuetudine, tamen secundum eam tenentur ad horas. idem dicit clarius Jo. de imo. ibi colum. i. & l3 alij cōtra dicant, vt in dictis locis traditur, tamen hec pars est tutior, iō

86 amplectēda. c. iuuenis. de spon. gl. in. c. vnico. de ser. ¶ †Ad premissū ēt notabile facit. q2 nō v3 ɔsuetudo, q instrumēto describatur vna psona, que sit absens, qn̄ ipsi psone fieret preiudiciū, vel qn̄ illa psona esset de substantia instrumenti, & ratio est, q2 tale instrumentum non careret vitio falsitatis. ita Bald. in. c. i. de cog. feu. dicit tamen ibi Bald. q vbi nulli fieret preiudiciū, nec persona illa esset de substantia instrumēti, valeret cō suetudo. Exēplificat ipse i ɔsuetudine Perusij, i qua sunt tres conseruatores monete, & quando fiunt solutiones in communi consueuit notarius ponere nomina omnium trium. dicit Bal.

87 q v3 ɔsuetudo, q oēs describant̄, l3 vnus sit absens. & † ōnt in simili Host. & Jo. an. & do. Ant. in. c. ij. ō fi. instru. q si de more sit q ɔctus scribat̄ & sigillet̄ noie prelatoꝝ p suos ad hoc deputatos q̄uis ipsi de h nihil sciāt, tn̄ pp ɔsuetudinē id nō dicetur falsum. & facit q2 nemo mentit̄, nisi mentiat animus, vt inqt Bal. in. l. i. colum. viij. in pri. C. ō ɔfes. allegā. tex. in. l. nec exē

88 plū. C. de fal. ¶ †Ex pmisso ēt notabili infert̄ q nō v3 ɔsuetudo pmittēs simoniā. c. nō satis. & c. seq. c. iacobus. & c. veniēs j. de si. ¶ Hinc ēt dicimus, q nō v3 ɔsuetudo de prestādis vel soluēdis vsuris. c. q2 in oibus. j. ō vsur. tradit Bal. in ri. de pagstā. in. ix. col. in vsi. nos romanoꝝ. & in. l. humanū. C. de leg. tex. gl. & Bal. in. l. eos. C. de vsur. est ēt tex. in cle. j. de vsur. & dicit Bart. in. l. si finita. §. iulianus. col. pe. ff. de dam. infec. q

89 non † v3 ɔsuetudo q missus in possessionem ob contumaciam aduersarij

aduersarij lucretur fructus, quia esset in fraudem vsurarum, τ tradit Joan. de anani. in capi. salubriter. colum. viij. de vsur. Et scias, φ talis consuetudo vsuram permittentes non valeret etiam pro redēptione captiuorū, vel pro elemosinis fiēdis, vt dicit Joan. and. hic in. j. col. τ est bonus tex. in. c. super eodē. ʃ. de vsu. τ hoc procedit etiam, si quis iurasset seruare talem consuetudinem, qꝛ non tenetur. ita Bal. in. d. l. cos. τ est pulchra
90 glos. in. d. clementi. j. in verbo iuramento. ❡ † Item procedit intantum φ si existat consuetudo φ in causa dotis donec restituatur ipsa dos mulieri per heredes mariti defuncti soluat eidem loco alimentorum ad rationem quinqꝫ pro centennario, non valet consuetudo. ita Joan. de ligna. in clementi. j. de vsu. Idem tenet Jmol. ibidem post Mattheum ea ratione, qꝛ cessat matrimonium. Item qꝛ mulier non prestat seruitia matrimonialia, ergo non debet habere alimenta. Idem Bald. in. l. i. C. de summa trinita. τ fi. catholica, τ in. l. titia. ff. de sol. licet subijciat, φ communiter talis consuetudo, vel statutum obseruetur. Idem concludit Abba. in capi. salubriter. circa finem de vsu. maxime quando mulier non habet aliunde vnde alatur. Et in hanc opinio. inclinat Joan. de ana. ibidem colum. penulti. vbi eam opi. recitat pro vlti. iuxta gl. in. l. filium. §. sabinus. ff. ad trebellia. idem Pet. de ancha. in consilio. cl. inci. in questione q̄ vertitur. Idem in effectu Bartol. in. l. at qui natura. §. non tantum. ff. de nego. gest. τ in. l. in insulam. §. vsuras. ff. sol. mati. τ domi. Alexan. alias auctoritates adducēs in. l. diuortio. in princip. colum. viij. ff. eodem titu. concludentes, φ mulier post annum soluti matrimonij non potest petere alimenta dotis, qꝛ quicquid accedit sorti vsura est, si est vsura, ergo non valet consuetudo. d. clement. vnica. de vsu. τ quod dictum statutum, vel cōsuetudo non valeat, quando mulier habet vnde se alat, tenent etiam Paul. de cast. ibi τ Aret. columna quinta in princi. idē tenet Abb. in consi. xxxix. inci. illud de iure queritur. in. ij. volumi. vbi inter cetera adducit decisionem Innocen. in. d. c. sa-
91 lubriter. dicētis, † φ si heredes mariti dent fundū pignori vxori, vsquequo restituant dotem fructus compensantur in sortem. Idem Alexand. plene in consi. xxvij. incipien. viso themate. i. iiij. volumi. τ in consi. xxiiij. incipien. viso titulo questionis. in. v. volumi. col. penul. Idem communis preceptor domi. Jas. in d. l. de quibus. colum. xvij. ff. de legib. τ de hoc puncto etiaꝫ tradit ipse licet nihil firmet in. d. l. i. C. de summa trini. τ fi. catho. Ex quibus apparet hanc esse communeꝫ, licet Cardi. in. d. clementi. j. de vsu. τ quidam alij contrariam tenuerint opinionem τ forte etiam de iure ista opi. sustineretur, qꝛ vbi est dubium iuris consuetudo tenet etiam in materia peccati, vt. ʃ. dicam in. iij. limitatione danda ad hoc tertium notabile. Sed communiter obseruatur predicta consuetudo vel statutuꝫ de soluendo qnqꝫ pro centennario ratione dotis, ergo sine peccato obseruari po-
92 test attento dubio iuris vt dixi. † Et facit qꝛ in dubio in foro contentioso contractus non debet censeri vsurarius, ita Bald. in. l. rogasti. §. si tibi. ad fin. ff. si cer. peta. Alexan. in consil. ccxxj. incip. super titulo questionis. in. ij. col. volumi. ij. τ communis preceptor domi. Jas. may. in. l. j. C. de ser. fugiti. in. v. colum. τ in foro contentioso excusaretur fideiussor, qui solueret, quando contra contractum non admitteretur de cōsuetudine exceptio vsurarum, ita φ posset fideiussor solutuꝫ repetere a debitore pncipali, ita Cardina. τ Jmo. in. c. peruenit. ʃ. de fideiusso. Alex. in consi. lvij. i. j. volumi. τ no. quod dicitur vxor habuisse aliūde vnde se aleret, ita vt non possit dicta alimenta petere, si fuit alita a patre vel ab alio. Ita Abbas in dicto consilio. xxxix. τ Pau. de cast. in. d. l. diuortio. τ hoc extollit Alexan. in. d. l. d̄
93 alimentis C. de transacti. ❡ † Ex premisso notabili infertur φ consuetudo, vt suspensi teneantur in patibulis non valet, qꝛ id prohibetur a iure diuino, vt inquit Bald. in. c. j §. iniuria. colum. ij. in titu. de pace iuramen. firman. allegando tex. Biblie nume. cxvi. τ alibi sequitur simpliciter do. Pet. rauen. in cōclu. suis consuetudinis. car. xiij. colum. secunda. Contrariū tñ presupponit Joan. de ana. in. c. i. colum. v. infra de rapto. barba. in. c. fina. colum. xx. ʃ. de foro competen. per tex. in. l. capitalium. §. famosos. ff. de fur. Veritas huius puncti dependet ab his que dicentur. ʃ. in glos. ij. post Abba.
94 ❡ † Item infertur φ non valet consuetudo de non soluendis d̄cimis. glos. est in. c. in aliquibus. ʃ. de deci. In hoc tamen varie sunt opiniones, vide Abba. post alios, τ in rubri. eodem titul. post Innocen. τ alios, glo. τ docto. in. c. j. de deci. li. vj. domi. Anto. pulchre in. c. parrochianos. ʃ. de deci. Hostien. in summa de decimis. §. τ vtrum. versicu. septimo queritur. Alexander in consilio. lx. incipien. romana ecclesia. in quarto volumi. Fely. in capitu. causam. in princip. ʃ. de prescriptio. vbi multa loca congerit Barba. in consil. xlix. incipien. illud in medium referam. in. iij. volumi. Communis tamen videtur conclusio, qꝺ non valeat consuetudo maxime in decimis predialibus, vt in dictis locis reperies, τ hec fuit opi. glos. Hostien. τ communiter aliorum in. d. c. in aliquibus. quam sequitur etiam Cardi. flo. i clementi. fina. in princip. questio. vj. Sed hec communis conclusio eque ac rationabiliter declaratur proceder̄ in casu quod clerici ipsas decimas exigerent secus vbi eas non requirerent, τ laudabiliter faciunt, si non requirant in locis vbi sit talis consuetudo, qꝛ sine scandalo requiri non posset, ita declarat sanctus Thoma. secunda secunde questio. lxxvij. τ hanc declarationeꝫ τ limitationem sequitur Archi. in. c. maiores. xvj. q. vij. referens idem tenere Hostien. in. c. a nobis. ʃ. de deci. Idem tenet Abb. in. d. c. in aliquibus. in fi. idem Philip. de peru. in. c. j. in fi. de deci. lib. vi. τ tanto magis esset rationabilis ista declaratio, si clerici non indigerent, τ laici nō haberent redditus vltra necessaria sua. ❡ † Concludunt tamen prefati doctō. quod 95
si laici haberent obstinatam voluntatem non soluendi etiam φ requirerentur, tunc peccarent mortaliter. τ facit qꝛ valeret consuetudo quod clerici mittant ad laicos pro dcimis consequendis, licet aliud sit de iure, ita presupponit Abba. in. c. ij. colum
96 na. iij. infra de iudi. ❡ † Infertur etiam ex notabili premisso, φ non valet consuetudo in preiudicium matrimonij capitu. j. ʃ. de sponsalibus capitu. gemma. eodem titu. in argumentum, τ vide quod paulo infra dicam, τ ideo vbi esset consuetudo osculandi sponsam vel bibendi, verba tamen τ consensus sufficerent, τ matrimoniuꝫ teneret ommissa consuetudine, τ sic lꝫ sponsus nō oscularetur sponsam, vel non biberet, tamen matrimonium teneret tex. est τ ibi Bald. no. in. l. si a sponso. C. de donatio. ante
97 nup. ❡ † Non valeret etiam consuetudo disponens, quod secundum matrimonium sequuta copula preualeat primo non sequuta copula. tex. est in. c. fin. infra de sponsalibus duorum. τ ibi glos. τ docto. tradunt. ❡ Item non valet consuetudo, quod vxor non teneatur sequi maritum, vt etiam. ʃ. dixi. text. est iuncta glo. in. c. j. de coniu. lepro. ❡ Sed limita predicta per tex. in dicto capitu. super eo. de cogna. spiri. τ dic vt ibi not. τ tradit dominus Pet. rauen. considerans septem casus in conclusionibus suis consuetu. colum. xi. τ sequenti, τ multo plenius d̄ tali consuetudine contra matrimonium, tradit domi. Fely. in
98 capitu. i. de spōsa. ❡ † Et faciunt predicta contra quandaꝫ cōsuetudinem prauorum iuuenum, precipue huius ciuitatis Papie, qui cogunt transeuntes ad secūda, vel vlteriora vota, vt soluant certum quid, τ plerūqꝫ magnas molestias eis inferunt, dicentes se illud exigere pro pelle sponse. Talis enim consuetudo aliquantulum intimidaret, vel retraheret aliquem a matrimonio contrahendo, ergo nō valet. argumen. d. c. gemma. vbi omnis stipulatio penalis in matrimonijs τ sponsalibus vitiatur τ ibi Abb. in princip. dicit quod ratio est, quia stipulatio penalis posset in aliquo auferre plenitudinem libertatis matrimonij τ dicunt Barto. τ communiter alij in. l. titia. ff. de verbo. bligatio. quod stipulatio predicta penalis vitiatur, etiam si modica quantitas pene in ea inseratur, τ sequitur Abbas in. d. c. gemma. versicu. circa primum. ad finem. τ idem tenent alij communiter, ibi. Stante predicto notabili τ regula quod consuetudo nihil potest contra ius naturale, vel diuinum, quando eius trāsgressio inducit pctm̄. ❡ Amplia eam primo, vt procedat etiaꝫ si omnes homines mundi tali consuetudine vterentur. ita glos. hic quam nemo impugnat per text. in capitu. flagitia. trigesimasecunda questione. vij. idem glos. in capitu. quia in omnibus
99 infra de vsuris. ❡ † Secūdo amplia, vt procedat etiam si consuetudo solum nutriret pctm̄ veniale. glos. est in capitul. si ali-
100 quid. xxij. questio. iiij. † que dicit in simili, quod iuramentuꝫ nutriens peccatuꝫ veniale non tenet, τ ita decidunt in simili de p̄scriptio. d. Ant. Jmo. τ Abb. col. pe. in fi. ʃ. d̄ p̄scri. p adducta p eos, τ ꝙprobat̄ ea rōne, qꝛ tūc ꝙsuetudo nō est rōnabilis, igit̄ nō vꝫ vt d̄t iste tex. ꝓbat̄ ēt h̄ ampliatio. arg. c. cū ab oi. d̄ vi. τ ho. cle. ❡ Tertio amplia, ēt si ꝙsuetudo pberet solū mām d̄lin quēdi. exēplū in ꝙsuetudine vel statuto disponēte, φ homicida puniatur pecunialiter τ non personaliter, vt per Abba. infra colum. ij. de quo exemplo plenius dicam. ʃ. post eum.
101 ❡ † Item exēplifica premissam ampliationem in consuetudine que haberet quod filius spurius succedat patri, quia non valeret, vt tradit Hostien. in sum. qui filij sint legi. §. qualiter. versi. qd si impator, τ ratio est, quia hoc esset cā multoꝝ peccatoꝝ

mortalium. Idem firmat Barto. plene in simili de statuto in. l. testamenti. ad fi. ff. de testamen. & sequuntur Bald. Angel. & Imol. ibidem, & dicit Are. ibi quod ita tenent communiter do cto. & aliquas auctoritates in specie refert, lz ipse ad argumen ta predicte opi. respondeat. Et de veritate huius puncti vide etiam do. Anto. & alios in. c. per venerabilem. ꝟ. qui fi. sint legi. & Bald. in consil. ccxxvi. in. ij. volumi. Federi. de se. in consil. cclxxv. & seq. Pau. de cast. in consi. ccxxvij. & aliud tradit do. Pet. rauen. in suis conclusionibus consuetudinis colum. vj.

102 † Itez potest exemplificari in consuetudine que disponeret, ꝙ post probatum delictum per testes idoneos liberet̃ delinquẽs si vellet probare se non deliquisse per iuramentum, vel per le uem famam, qꝛ non valeret. c. ad nostram. ꝟ. de probatio. tradit Ro. in singu. suis in singula. cclxxx. incip. valet ne consuetu-

103 do. † Item posset exemplificari in cõsuetudine que haberet ꝙ contra probationem testium alia probatio testium fieri nõ pos- set, nam talis consuetudo non valet, qꝛ per eam impeditur via ad detegendum veritatem. text. est in. c. series. ꝟ. de testibus. & ibi notant omnes. Item posset exemplificari in consuetudine, que haberet ꝙ tempus vel locus contractus non apponeretur in instrumento, qꝛ non valeret, ratio est qꝛ daretur materia de- linquendi, ita decidit Roma. in. l. in illa. ff. de ver. obli. referen do Rotam est deci. Rote in antiquis sub titulo de ꝯsuetu. deci sio. vi. & sequitur Barba. in consilio. iij. colum. ij. in. iij. volu.

104 † Item posset exemplificari in consuetudine que dictaret ꝓut dictat statutum Mediolani ꝙ quotiescunqz quis petierit con- silium sapiẽtis, iudex id dare teneatur quantũcunqz videat ca- lumniose illud peti, nam talis cõsuetudo non valeret, qꝛ daretur materia calumniandi & sic delinquendi, & ita in statuto Medio lani in specie consuluit per. xij. fundamenta dominus Signore lus de homode. Mediolaneñ. in consilio suo. lvj. incipien. sta tuto ciuitatis Mediolani. Idem firmat dominus Felyn. in. c. decetero. col. v. in princi. ꝟ. de re iudi. vbi hanc decisionez extol lit. Idem sequi videtur communis preceptor in. l. j. in princip. colum. v. per doctrinam Bartol. ibi. ff. de noui ope. nunciatio.

105 † Item exemplifica in consuetudine de non repetendo ammis- sa in ludo, vel concedente ludum cessante fraude, vt per Abb. in. c. pe. col. fi. de vi. & honesta. cleri. alij tamen pleriqz ibi in h aliter loquuntur. & ꝟ. de hoc puncto in specie tractabo plenius. Item exemplifica in consutudine, que haberet ꝙ notarius re- cipiens testes postꝙ̃ scripsit vnum testem extense si alius idem dicat possit scribere sic, secundus testis deposuit vt primus, qꝛ hoc modo videtur aliqualiter supprimi vel obfuscari veritas. De veritate tamen huius puncti vide docto. omnes varie lo- quentes in. c. nihil. in. fi. ꝟ. de verbo. signi. Ego tamen inclino in

106 id quod predixi. † Item exemplifica in consuetudine ꝙ credat̃ omne scripture mercatorum, que non valet, qꝛ daretur materia falsum fabricandi, ita expresse inquit Bald. in. l. vnica. C. de cõ fes. col. iij. quem refert, & sequitur Barba. in rub. ſ̃. eo. colum. pe. vbi etiam alleg. ad hoc Abb. in. c. bone de postu. prelato. Item Cepo. alia allegans in consil. xl. incip. lucius. in. vj. du- bio. Alexã. in ꝯsi. iij. incip. in causa & lite vertente inter abraã. colum. pe. in. ij. volu. arg. c. ij. de consuetudine. lib. vj. & . l. con uenire. ff. de pac. dot. tradit communis preceptor do. Jas. in. l.

107 de quibus. col. xvij. ff. de legi. † & dicit Abb. per illum tex. in. c. ex parte. ſ̃. eo. in. ij. no. ꝙ non valet consuetudo inducens proni tatẽ ad peccandum, & idem repetit plenius ibi in vlt. nota. & di cit Abb. in. c. j. col. pe. de ferijs. ꝙ non valet consuetudo, que inducit propinquitatez ad peccandũ, & hñ facit, qꝛ non valet cõ suetudo non iurandi de calumnia. c. ceterum. ꝟ. de iur. calũ. nec ẽt valet consuetudo remittens iuramentum iudicibus. Ita Jo. an. post Host. & Joan. mo. in. c. romana. in verbo aduocatoꝝ. de foro competen. lib. vj. do. Anto. hic col. xxv. & communis ꝑ ceptor in. l. rem non nouam. C. de iudi. quicquid dixerint gl. ibi & quidaz alij. ¶ Contra tamen hanc ampliationẽ facit decisio Rot. in singularibus suis, singu. clxxj. incipiẽ. an consuetudo.

108 † Ubi querit an valet consuetudo ꝙ publicatis attestationibꝰ recipiantur testes, & primo arguit ꝙ non, qꝛ datur materia de- linquendi, postea concludit contrarium allegando Joan. and. in addi. Specu. in titu. de excep. versi. sed non quid publicatis & domi. Anto. in. c. series. ꝟ. de testi. qui hoc dicit circa princip. Pro so. forte negari posset, ꝙ talis consuetudo preberet mate riam delinquendi. Quinimmo prebet viam ad veritatem repe-

109 riendam, vel cogita. ¶ † Quarto amplia, vt etiam non valeat consuetudo contra ea, que sunt de honestate, ita Abb. in. c. cũ inter. ſ̃. eo. in. iij. nota. per tex. in. c. cum decorem. ꝟ. de vi. & ho-

nesta. cleri. Idem Abb. in. c. irrefragabili. in princi. de offic. ordi. & ibi videbis exempla, sic dicimus ꝙ non valet preceptũ contra honestatem, puta ꝙ quis compareat in lupanari vel in alio loco inhonesto. l. si cum dies. §. penul. ff. de arbi. & dixit bal. in. l. quod ex liberta. C. de oper. liber. ꝙ preceptum domini inni tantis mulieres subditas ad tripudia eas non arctat, qꝛ ius ho nestatis ab omni superioritate censetur exceptũ. Posset etiam exemplificari premissa ampliatio in casu. c. i. de vi. & hone. cle. vcz in consuetudine quam habent laici sedendi in choro cũ cle- ricis tempore diuinorum officiorum, id enim de honestate pro- hibetur. d. c. i. iuncta declaratione Inno. ibi qui tãgit an laici eo casu peccent, de quo etiam tradit Abb. & ibi dicere consue-

110 ui in. c. j. in prin. ſ̃. de consti. † Posset etiam exemplificari di- cta ampliatio in consuetudine, que haberet, ꝙ archidiaconus preferatur vicario episcopi, qꝛ talis consuetudo esset contra ho nestatem, ita dicit Abba. in ꝯsi. xxj. alias. xxij. in. ij. volu. aliud etiam exemplum tradit Rota in antiq. sub hoc titu. decisi. iiij. dicens ꝙ est inhonesta consuetudo, que habet ꝙ antequam ali quis recipiatur in canonicum prebendatũ, prius renuntiet be neficijs alijs que obtinet. Item posset exemplificari in casu. c.

111 sicut. ꝟ. ne cleri. vel mona. † vbi dicitur qd̃ notarius effectus cle ricus non potest exercere officium tabellionatus, nec valet cõ- suetudo in contrarium ita Abba. ibi col. penul. ex mente Jo. an. ibidem qui inuehit contra Uenetos contrarium seruantes & mouetur, qꝛ talis consuetudo esset contra honestatem, hoc tñ limita vt per eum. Posset etiam exemplificari in multis alijs iuribus dicti tituli de vita & honestate clericorum.

112 ¶ † Item potest exemplificari in consuetudine, que haberet, ꝙ canonicus primo receptus precedat secundo receptũ haben tem maiorem ordinem, qꝛ talis consuetudo non valeret. ita ab- ba. in. c. statuimus. ꝟ. de maiorita. & obedien. de quo tamen vide docto. quos refert & sequitur Fely. ibi in prin. qui aliter loquũ tur, & dicunt talem consuetudinem non sapere inhonestatem, & valere, vt per eos. Item potest exemplificari in casu Bart. in.

113 l. omnes. C. de decu. lib. x. per illuz tex. † vbi dicit ꝙ non vale t consuetudo ꝙ decuriones vel alij in dignitate positi torquean- tur, id enim videtur inhonestum. Item potest exemplificari in consuetudine contra correctionẽ vel morum reformationem, qꝛ non vz. ita Abb. in. d. c. irrefragabili. & in. c. de his que fiunt a prela. i. ij. col. & hoc facit ꝯ moniales que aliquãdo recusant re formari a malis moribus allegantes antiquam consuetudinez.

114 ¶ † Contra tamen istã illationem facit, qꝛ de honestate papa non potest ardua tractare sine cardinalibus, vt est gl. in. c. ad apostolice. in prin. de re iudi. lib. vj. & tradit plene Fely. in ru- bri. ſ̃. de consti. & tamen consuetudo in contrariũ valet. Immo non valeret consuetudo disponens ꝙ papa id nõ posset sine car dinalibus, vt inquit Abb. in. c. ij. ꝟ. de cle. non resein. de quo ẽt tradit Barba. in tracta. suo de prest. car. in. q. ij. & Cardi. ale- xan. in. c. in istis. iiij. dist. & idem firmat do. Pet. rauen. in cõ clusionibus suis consuetudinis. col. vij. Pro so. credo dicendũ ꝙ decisio Abba. in. d. c. ij. procedat, qꝛ talis consuetudo hz cõ cursum iuris communis, qꝛ de iure papa potest ardua tractare sine cardinalibus ꝺm communem opi. vt in. d. locis traditur, & sic eo casu valet consuetudo contra honestatẽ, qꝛ ipsa honestas habet ius cõe seu cõem opi. in contrariũ, sed vbi dispositio fun data in honestate non haberet. l. contrariam, tunc consuetudo contra ipsam dispositionem non valeret per ea que. ſ̃. adducta sunt. ¶ Ex premissa illatione credo male loqui Host. in sum.

115 de ꝯsecra. eccle. vel altaris. §. & qualiter. † vbi dicit valere con suetudinem ꝙ sacerdos post celebrationem misse statim cibũ sumat, nam talis consuetudo videtur contra honestatez, immo contra reuerentiam sacramenti, fateor tamen ꝙ ex quo canon id prohibens in. c. tribus. de consec. distinctio. ij. est canon cõ- silij etiam dicit Hostien. vbi. ſ̃. contraueniens non peccaret, ni si ex contemptu id faceret, vt tradunt Abba. & Moder. in. d. c. j. ſ̃. de constitutio. & hoc attento videtur ꝙ ampliatio. ſ̃. scri- pta in modico nobis seruiat, qꝛ siue consuetudo valeat, siue nõ contraueniens non peccat etiam venialiter, vt tradunt Abba. & ceteri in. d. c. j. nisi dicas quod hec ampliatio vtilis est in ca- sibus, in quibus lex loqueretur de honestate precepti, vt in ca- su capitu. iuuenis infra de sponsalibus, & tradunt nouiores in. d. capitu. j. & etiam exemplificari posset in casibus. ſ̃. relatis, vt in casu. d. capitu. sicut. & . d. l. omnes, & quando honestas di- catur in precepto satis colligitur ex doctrina Abb. & posterio rum in dicto capitulo primo. & in capitu. nam cõcupiscentiam. eo. titu. de consti. & Bar. in. l. creditores. C. de pigno.

116 ¶ † Quinto

116 ¶ †Quinto amplia, vt nedum reprobetur consuetudo contra ius naturale vel diuinum per quam peccatum inducitur, sed ēt non vꝫ cõsuetudo per quam deus tentatur. tex. est cum glo. in. c. ij. de cleri. pugnan. in duello. Exemplum in ꝯsuetudine duelli ineundi, qꝛ non valet, vt ibi. probatur ēt in toto titu. j. de purg. vulga. ⁊ in. c. monomachiam. ij. q. v. In hoc tamen contrariũ presupponit dominus Signorellus homode. in ꝯsi. xcvi. incip. questio disputanda. vbi facit mentionem de consuetudine duelli que est in Vngaria, sed male loquitur per predicta.

117 ¶ †Sexto amplia vt non valeat talis ꝯsuetudo lꝫ esset obtenta per tantum tempus cuius initij memoria non esset in contrarium. hoc probat tex. noster in principio. ⁊ ita per istum tex. dicit Joan. and. hic col. ij. ponderando verbum quacunqꝫ consuetudine. idem dicit Barba. hic col. v. ⁊ faciũt que cõgerit Feli. in. c. si quis. in princi. j. de maiori. ⁊ obe.

118 ¶ †Septimo amplia etiam si consuetudo contra ius diuinũ esset in modico. exemplum si consuetudo permitteret vsuras in vno nummo. ita Bald. in rubri. s. eod. titu. ⁊ ibidem Barba. col. penulti. vbi alias auctoritates allegat.

119 ¶ †Vltimo amplia vt procedat ēt in iure naturali aliter sumpto quã pro iure diuino, vel ēt in consuetudine contra ius gentium, vt. j. tradit Abb. col. fi. vbi dicimus post eum plenius.

120 ¶ †Limitatur modo predictum notabile ⁊ regula ex eo sumpta, vt procedat, quando ex consuetudine contra ius diuinum peccatum inducitur, vt dixi in prin. huius notabilis, alias bene valeret consuetudo, vt. j. in glo. ij. declarabitur post Abbatem. Et ad hanc limitationem facit, qꝛ valet consuetudo permittens vsuras iudeis, ac conuentiones ⁊ pacta respectu ipsarum vsurarum cum christianis, qꝛ de peccato ipsorum iudeorum non curãdum est, qꝛ foris sunt. c. gaudemus. de diuor. Ita plene tradit Paul. de cast. in consi. cccxciij. incip. non videtur expediens. in noua impressione nouorũ consiliorũ. idẽ in effectu. d. Alex. in consi. suo. j. in. ij. volu. vbi consuluit plene ꝙ papa potuit dispensare cum iudeis vt exigãt vsuras in ciuitate Mantue attẽta consuetudine antiqua.

121 ¶ †Secundo limitatur, vt non procedat quo ad penam temporalem, qꝛ consuetudo contra ius diuinum vel alias praua excusat, licet non excuset a pena spirituali. gl. est in. c. deniqꝫ. iiij. distin. in. c. cum venerabilis. s. eod. ⁊ ibi Abba. nota. ⁊ multas alias glo. ⁊ exempla tradit cõmunis preceptor in. l. de quibus. ff. de leg. ⁊ in. l. singularia. ff. si cert. pet. col. penul. ⁊ ad propositũ maxime quadrat exemplum Romani in cõsilio. cccclxvj. incip. videtur prima fronte. vbi loquitur de consuetudine de nõ obseruando iuramentum qua vtebantur presidentes senenses, qui in princ. officij sui semper iurabant de non recipiendo arbitria, ⁊ tamen illud iuramentum non obseruabant, dicit Ro. ꝙ illa ꝯsuetudo eos excusabat a pena temporali, de quo etiam vide Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. circa fi. ff. de offi. proconsu. ⁊ leg. Ad predictam limitationẽ etiam bene facit tex. l. si pi

122 gnore. §. fi. ff. de pig. act. †vbi dicitur ꝙ qui facit illud quod alij faciunt excusatur. Idem probatur in. l. pignus. C. eod. hinc dicunt doc. post glo. in. l. si negotia. ff. de neg. gest. ꝙ ille qui dimisit equum sibi commodatum in pascuis, qui fuit a lupis interfectus, excusatur ex eo, ꝙ dominus equi idẽ facere solebat, ⁊ plura in proposito congerit do. Petr. philip. cor. in consil. xxviij. incip. in hac consultatione. in. iij. volu. ⁊ dicit Are. in consilio suo. xj. incip. procedendum. ꝙ consuetudo etiam nulla tribuit istam causam ignorantie. allegat glos. in. d. capitu. venerabilis. cum similibus.

123 ¶ †Hinc etiam dicimus ꝙ consuetudo non residendi in ecclesijs licet sit irrationabilis nec teneat. tamen excusat a culpa, ⁊ per consequens a pena, donec contra ipsos non residentes pronuncietur, ita Cardina. floren. in consilio. cxxij. incip. presbyter. col. ij. Et dicit pulchre Petrus de ancharã. in consilio. lj. incip. consuetudo. ad fi. quod consuetudo vt electus administret sine confirmatione excusat a pena priuationis beneficij, ⁊ plures decisiones ad hoc congerit Alexan. in consilio. crij. incipien. pro inuestigatione in. ij. volumi. facit vulgata conclusio

124 †que habet, quod etiam iniusta causa excusat a dolo. glo. est in. l. j. in verbo iustis. ff. de abigeis. in. l. j. in. §. fina. in glos. magna. in fin. ff. si quis insdi. non obtẽpe. ⁊ ibi tradunt docto. tradit etiam Alexan. in. l. quirome. §. duo fratres. col. ij. ff. de verborum obligatio. vbi alias glos. allegat. tradit etiam Barba. in cõsilio decimotertio in quarta col. ⁊ communis preceptor in. l. si quis maior. in princip. C. de transactio. ⁊ licet communis preceptor de hac limitatione videatur dubitare, in dicta. l. singularia, dicens ꝙ videtur ꝙ consuetudo nõ excuset aliquo modo in his que sunt de se mala allegãdo Bal. in. d. l. de quibus. car. pe. ver. viso de causis. ⁊ Inno. in. c. sane. de tẽpo. ordi. tamen Bal. nihil allegat nisi Inno. qui hoc non dicit, immo gñaliter loquendo contrariũ dicere videtur. Itẽ contrarium dicit Ro. in. d. cosi. cccclxvj. qui loquitur de ꝯsuetudine deierandi, ⁊ Abb. in. d. c. venerabilis. vbi loquit̃ de ꝯsuetudine ꝯtra ius naturale que est crassa ⁊ supina. Ex predictis plene constat ꝙ mala consuetudo seu irrationabilis excusat a pena, ⁊ aliũ effectũ talis consuetudinis tradũt doct. quos refert, ⁊ sequit̃ Fely. in. c. j. in. viij. limitatione. j. de re iudi. vcꝫ, vt stante tali consuetudine sententia ꝯtra ius expressũ non sit nulla ipso iure. Tertius est effectus, qꝛ talis ꝯsuetudo lꝫ mala operatur, vt facilius possit super actu dispẽsari, vt tradunt. d. Anto. ⁊ alij in. d. c. cũ venerabilis. ⁊ Alex. consi. j. col. iij. in. ij. vo. ¶ Et stãte doctri

125 na de qua. s. s. ꝙ consuetudo irrationabilis excuset a pena. † ex ea nouiter infero ꝙ docto. presentãtes scholares doctorandos qui ex consuetudine pro quocũqꝫ ēt indocto iurant, non debent puniri in foro contentioso de periurio, ⁊ benefacit quod dixi. s. allegando Ro. in consi. cccclxvi.

126 ¶ †Infero ēt, ꝙ notarij alicuius curie, vel banchi qui subscribunt precepta ex consuetudine in persona pretorũ vel prelatoꝝ, vel iudicum, qui id ignorãt, non pñt puniri de falso. ita Hosti. Jo. an. ⁊ do. Ant. de but. in. c. ij. de fi. instru. ⁊ do. Alex. alias auctoritates allegans in consi. suo. xxxix. incip. visis. in. iij. vo. Et hec bene notãda esse cẽseo, qꝛ plura dilucidaui nõ sic hacte

127 nus dilucidata, ⁊ statim alia notanda subijciãꝫ. † Premissa tñ limitatio non procederet vt puto, qñ talis consuetudo expresse reprobaret̃ per aliqꝫ legẽ, vt puta qꝛ lex derogaret consuetudini, qꝛ tunc non excusaret̃ quis a pena. hoc ꝓbat tex. in auc. oẽs peregrini. C. cõmunia de succes. ⁊ in auc. nauigia. C. de fur. qꝛ sicut faciens contra leges non excusaretur lege late culpe. ff. de verborum obligatione. l. leges sacratissime. C. de legibus, pari ratione non excusaretur, qui obseruaret eam consuetudinem que a lege improbaretur, quia contra ipsam legem facere diceretur. Et facit quod tradit Felyn. in dicto capitulo primo. in. viij. limitatione. de re iudica. post Joan. an. per eum relatum.

128 ¶ †Tertio limita vtiliter dictaꝫ regulaꝫ vt nõ procedat quando est dubium an aliquid sit peccatũ, qꝛ consuetudo valet ⁊ excusat ēt a peccato, ita vult Abb. per multa in. d. c. venerabilis. s. eo. maxime per tex. in. c. cũ dilectus. s. eo. titu. vbi dicitur ꝙ consuetudo est optima iuriũ vel dubiorũ interpres. Ideꝫ vult Abb. post Jo. an. in. c. at si clerici. col. x. ver. ad vnum tamen aduerte. j. de iudi. Idem in effectu dicit Bar. in. l. quis sit fugi

129 tiuus. §. apud labeonem. ff. de edil. edic. † vbi loquitur in cõtractu de quo dubitatur, an sit vsurarius, qꝛ si ex consuetudine reputatur licitus, talis consuetudo excusat contrahẽtes. Idẽ Cepola in tracta. de simula. contrac. col. iiij. lꝫ loquatur per verbũ forte, consuetudo. n. habet constituere probabile dubiũ iuris. glo. est in. c. lꝫ. j. de sponsa. duorũ, ⁊ sic error iuris excusabit malã fidẽ, si pallietur consuetudine, ⁊ hoc firmat etiam do. Pet. rauẽ. in allegationibus ⁊ cõclusionibus suis cõsuetudinis. col.

130 xvij. vbi refert Hostien. † dicere ꝙ talis ꝯsuetudo excusat matrimonia retro contracta, dũmodo non fuissent contrahentes in mala fide, vt qꝛ scirent consuetudinẽ nõ valere. alleg. Hosti. in c. vnico. de postu. prela. li. vj. Et idẽ repetit prefatus doctor clarius col. xviij. allegando glo. ⁊ docto. in. c. fi. j. de spõsa. duorũ. Intellige tamen hoc quando est dubiũ de iure an matrimoniũ teneat vel non, qꝛ cõsuetudo in alteraꝫ parteꝫ excusaret per predicta. secus si casus esset clarus, quia tunc tanto grauiora essent peccata ⁊c. vt in text. nostro dicitur, et facit quod dixi in precedenti limitatione. in fine.

¶ Premissam limitationem etiam comprobo ex his que dicã. j. extra gl. in. v. conclusione circa fi. item comprobo ex his que dicit Alexã. in consilio. j. in. iij. col. in fine in. iij. volum. vbi dicit quod in articulo dubio non peccat ille qui inclinat in alterã partem allegando glo. ⁊ dominum Antonium in capitu. capellanus. j. de ferijs. ⁊ notata in capi. ne innitaris supra de constitu

131 tio. † Item comprobo ex doctrina domini Antonij in capitu. cum dilectus, collumna quinta supra codeꝫ vbi dicit quod licet episcopus non possit statuere contra ius, tamen ex consuetudine contra ius potest interpretari, ⁊ quod de se nõ operatur statutum vigore consuetudinis extenditur ⁊ subijcit hoc esse not. quia alibi non habetur, ⁊ in effectu idem decidunt Cardinali. floren. ⁊ Joannes de imola in capitu. ex tue. in sexta columna infra de clericis non residen. vbi dicunt quod licet episcopus

non possit statuere contra ius, tamen potest statuere circa dubium iuris in alteram partem, & sequitur domi. Fely. in capit. quod super his. colum. penul. de maioritate & obedientia. Itez comprobo premissam limitationem ex decisione Bald. inter consilia Cardi. in consilio. liij. incip. dico quod iste distributio-
132 nes. † vbi consuluit, & Cardi. se subscripsit, quod licet distributiones quotidiane non debeantur nisi interessentibus diuinis officijs nec valet consuetudo in contrarium, tamen si esset dubium in iure an deberentur tunc valeret cõsuetudo vt per eos.
133 ¶ † Ex premissa limitatione superioribus diebus respondi vni scholari deputato ad lecturam festorum, qui dubitabat, an cum bona conscientia posset legere in diebus festis pro stipendio, quod sibi prestabatur, & dixi quod sic propter consuetudinem legendi etiam in diebus festis, que consuetudo valet propter dubium iuris, quod est, an liceat legere vel studere diebus festis, in quo doct. sunt varij, vt patet ex scriptis per Abba. in capitu. j. infra de ferijs.

¶ Item per predictam limitationem respondi alteri scholari,
134 qui me interrogauit, † an consuetudo excuset lusorem ad aleas, vt non teneatur ad restitutionem pecunie victe in ludo, & dixi, quod cessante fraude, & dummodo quis ludat principaliter causa solacij, & cum eo ludat, qui sit dominus pecunie, quod valet talis consuetudo, & lusorem excusat, vt non teneatur ad restitutionem, & mouebar, quia dubium est inter docto. an talis restitutio fieri debeat, vt plene tradit Joan. de imol. post alios in capitu. penul. de vita & honestate clericorum ergo in tali du
135 bio consuetudo excusat per supra adducta. † Item mouebar quia in casu premisso cessat causa prohibitionis ludi, ex quo cessant fraudes, blasphemie, & alia inconuenientia propter que ludus prohibetur, ergo cessare debet prohibitio, vt in simili dicunt Abba. & moder. alias auctoritates allegantes in capitu. quoniam contra falsam. in vlti. nota. per illum text. de proba. Et quod predicta consuetudo teneat ex alia ratione. firmat Joan. andr. in capitu. penult. de vita & honestate clericorum, & ibidem Cald. post sanctum Tho. in secunda secunde questione. xxxij. arti. vij. & licet Abba. ibi contrarium teneat, tamen fundamentum suum vt puto, non est solidum. nam dicit Abba. quod talis consuetudo reddit faciliores homines ad peccandum vt experientia docet, ergo secunduz eum non tenet. alleg. text. in capitu. ex parte supra eod. Sed ego dico quod presupposito quod homo sit otiosus vel laboribus fastiditus & ludat principalitter causa solatij sine fraudibus & sine blasphemijs vt predixi ex tali ludo euitabuntur male cogitationes & peccata, vt etiam ratio naturalis suadet, nec erit curandum de in-
136 tentione accedente que ad auaritiam tendat, † quia principalis intentio est, que facit actum licitum vel illicitum prout in mutuante pecunias tradunt glo. & doct. in capitu. consuluit. in verbo sperantes infra de vsur. facit glos. in capitu. suam infra de simo. & in capitu. cum ad nostram supra de elect. & pulcher tex. in capitu. cum voluntate. in princip. infra de sententia excommunicationis Facit etiam tex. in l. si quis nec causam. & ibi plene not. quod principale propositum est attendendum. ff. si certum petatur. & premissam opi. scilicet vt talis consuetudo excuset lusorem a restitutione etiam tenet Joan. de imol. in. d. capitu. penult. colũ. penulti. ad finem. Idem Cardi. floren. ibidem circa finem dicens quod consuetudo potuit dominiuz perdentis in vincentez transferre, ea propter secundum eum non tenetur vincens etiam pauperibus erogare, quo verbo etiam vtitur Joan. de imol. hi, fatetur tamen Cardi. quod iure poli ludens tenetur penitentiam agere vt per eum, quod dictum non videtur rationabile stantibus dictis circunstantijs. tamen quicquid sit respectu penitentie agende saltem, si blasphemie interueniant, & tempus sine causa frustra conteratur. respectu restitutionis pecunie victe communis videtur opi. quod consuetudo ludendi excuset victorem, vt non teneatur ad restitutionem, dummodo in eo cesset dolus & fraus, & istam opi. communem esse, & sequendam etiam in iudicando attestatur plene Barb. in consilio suo. lxv. incip. illud in medium referram. in. iiij. vo-
137 lumi. † & dicit quod aucten. alearum lusus. C. de relig. & sump. fune. est correcta per contrariam consuetudinem. Dicunt tamen docto. communiter nec ego id negarem, quod anime tutius erit pecuniam ipsam pauperibus erogare. arg. capitu. iuuenis infra de spon. Item aduertendum est q dicunt Cardi. & Jmol. in. d. capitu. penult. quod in clericis non valeret talis consuetudo quicquid sit in laicis per bonum tex. in capit. inter dilectos infra de excessi. prela. & idem dicunt ibidem docto. & predicta bene notanda sunt quia quotidiana.
138 ¶ † Item per dictam limitationem dixi nouiter in capit. nouit infra de iudi. extra glo. in eod. arti. an teneatur quilibet corrigere peccatorem iuxta reg. euangelicam de qua ibi, quod licet communis opinio sit quod sic, tamen quia articulus est dubius vt patet ex scriptis Abba. & aliorum, ibi. & Joan. de ana. in capitu. cum ex iniuncto. colum. penult. infra de hereti. vbi refert octo opiniones, quod consuetudo, que est in contrarium, valet, & excusat non denuntiantem, & sic de similibus dici posset.
139 ¶ † Quarto limita dictam regulam, vt non procedat in peccatis presumptis, quia consuetudo, & diuturnitas excusat presumptionem peccati, & sic operatur, quia valet consuetudo, & nullum peccatum presumitur. Jstam limitationez colligo ex decisione singulari Abba. post Hostien. in capitu. lator. in glos. penul. qui fil. sint legi. vbi dicit, quod licet ex cohabitatione masculi & femine presumatur stuprum, quando non constat de cõtractu matrimonij capitu. aliter. xxx. questio. v. Tamen si diutius cohabitauerint, secus est, regula ergo nostra procedit in peccatis veris, vt in exemplus relatis per Joan. andr. hic in princip. & aliqua retuli. supra in princip. huius nota. tunc enim consuetudo non valet, nec excusat, sed quando peccata sunt presumpta, consuetudo, & diuturnitas tollit presumptionem peccati vt dixi.
140 ¶ † Quinto limita, vt non procedat dicta regula, quando talis consuetudo distingueret vel limitaret ius diuinum ex causa, quia valet vt infra dicetur post Abba. in glos. ij. maxime in versicu. extra istam glos. queritur, vbi declarabo, que causa sit sufficiens. Ex his est expeditum hoc tertium notabile in quo habuistis predictam regulam & materiam plenius explicataz quã alibi viderim.
141 ¶ † Quarto nota ex tex. quod consuetudo preualet iuri positiuo. concordat tex. in. l. de quibus. ff. de legi. cum similibus. Et dicit Bal. in. l. quicunque. C. de ser. fugiti. quod illud quod est consuetum dicitur necessarium & non arbitrarium, cum consuetudo dicatur actus practicus, & obseruandus ad vnguen. Et propterea sententia contra consuetudinem ciuitatis non valeret quando ipsa consuetudo esset notoria, vt tradit Abba. in capitu. j. col. iiij. infra de re iud. allegando Bald. in. l. ij. C. quando prouo. non est neces. quinimmo iudex faceret litem suam, ac si iudicaret contra legem. Jta Bal. in aucten. iubemus. in. iiij. nota. C. de iudi. & tradit plene domi. Fely. in. d. capitu. j. col. ij.
142 † Item si in instrumento non interueniant solennitates, que de consuetudine requiruntur, instrumentum non valet, secundum Bald. in rubri. de pace constan. & dicit idem Bald. in capitu. imperialem. §. preterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Feder. quod nullum est ius positiuuz quod consuetudine tolli non possit. alleg. tex. in ar. in. d. l. de quibus. hinc dicimus quod constitutiones religionis consuetudinem tollere possint, vt inquit Pet. de anchara. in consilio. lvi. incip. Joan. andr. in clemen. dudum. ad finẽ. & sequitur domi. Fely. pulchre. in capit. in presentia. col. xxv. & precedenti. de proba. Sic valet consuetudo contra statuta ecclesie capit. cum omnes. cum ibi not. supra de
143 constitu. † Hinc etiam dicimus quod plus potest consuetudo quam principis aut pape gratia. Jta inquit Jnnocen. in capit. ad apostolicam. de simo. & refert Bald. in capitu. j. de successio. feu. & dicit Jnnocen. in capitu. nouit infra de iudi. & in capitu. cum contingat infra de foro competen. & Oldra. in consilio. ccliiij. incip. quia tota pars. col. iij. quicquid potest priuilegio concedi potest cõsuetudine introduci sciente illo, qui posset priuilegium cõcedere. & dicit Abba. in capitu. venerabilis. in. iij. nota. infra de prebend. quod fortior est consuetudo contra canones quam statutum. & hoc etiam satis dixit ipse infra vbi assignat rationem quare valeat cõsuetudo contra canones & non statutum, & dicit Bald. in. l. j. C. qui testamen. facere pos-
144 sunt. quod consuetudo inducit aleram naturam. † & propterea dicimus quod iudex debet spernere libellum formatum contra consuetudinem, sicut si esset formatum contra ius. hoc etiam vult glos. in. d. l. de quibus. ff. de legi. & in. l. diuturna. ff. eodem titulo, & ita dicunt Ange. & moderni. in. l. j. ff. de offic. asses. & dicit Bald. in capitu. j. §. j. circa princip. de his qui feud. da. pos. quod consuetudo habet vim decreti, item tenaciter obseruata habet vim iustitie, item dat iurisditionem, item dat mandatum per adducta per eum. & dicunt glo. Abba. & ceteri in. c. inquisi
145 tionis. in principio in verbo alioquin infra de accus. † q consuetudo restringit arbitriuz iudicis in impositione pene, & sic lз quandoqz pena sit arbitraria, de iure, tamen consuetudo regulat illud

lat illud arbitrium, sed hoc limita vt per Abba. in.d.capitu.
de causis in fine de offi.deleg. Transgressor ergo consutudinis
deberet puniri, sicut transgressor.l.puniretur, vt est tex. clarus
in capitu.in his.xi.distinct. ⁊ sicut peccaret contraueniens le-
gi.capitu.ij.de maioritate ⁊ obedientia declarando vt per Fe-
ly.post Imol.ibi ⁊ per Fely in.c.nam concupiscentiam.in prin
cip.s.de constitu.sic peccaret contraueniens rationabili consue
tudini.arg.d.c.in his. ⁊ ita etiam dicit Fely. in.c.i.col. ix.j.de
sponsa. Et per tex.in.d.c.in his.dicit Archidia.in.c.vtinam.
lxxvi.dist. post alios per eum relatos contra Hugo. ꝙ si quis
ieiunaret die dominico, id non conueniret, qꝛ est dies letitie. Et
diceretur transgressor consuetudinis populi christiani, que pro
156 lege est obseruanda, ⁊ subijcit idez tenere scilicet Tho.† Et ꝙ
consuetudo, etiam in foro conscientie seruanda sit firmat Bal.
in preludijs feudorum.col.iij. ⁊ dicit idem Bald. in.l.j.in prin
cip.C.que sit lon.consue. ꝙ sicut preses prouincie tenetur serua
re leges scriptas, ita etiam consuetudines locorum, ⁊ in ciuili-
bus, ⁊ in criminalibus. ⁊ dicit idem Bald.in consil.cccxviij.in
147 cipi.quidam nobilis.in.iij.volu.† quod consuetudini sicut ipsi
matri debet adhiberi reuerentia. ⁊ ibidez in fi.dicit quod plus
potest consuetudo quam prescriptio, ⁊ dicit Bald.in consilio.
cclxxxix.incip.quia consuetudo.in.iij.vol. ꝙ consuetudo equi-
pollet veritati, item priuilegio, item equipollet pacto secundum
Cardi.in consil.cxlvi.incip.notum sit. ⁊ hec procedunt in con-
suetudine rationabili ⁊ prescripta. consuetudo ergo irrationa-
bilis non attenditur, vt in isto tex. clare disponitur. hinc dici-
mus quod veritati cedit cõsuetudo.c.veritate ⁊.c.frustra.viij.
distinc.que iura ita intelligi debent.quando autem consuetudo
dicatur rationabilis ⁊ prescripta.j.declarabitur in glo. in verbo
rationabilis. Contra tamen istud notabile multe oppositiones
fieri possent vt hic per Ioan.and. ⁊ plenius per Barb.colum.
xiiij.in fi. ⁊ sequentibus. verum qꝛ ipsi soluunt oppositiones ip-
sas, ⁊ ego dicam.j.extra gl.in.viij.conclu.nunc aliter nõ insisto.
148 ¶ † Amplia premissum no. ⁊ reg.que habet quod consuetudo
preualet iuri positiuo vt maxime procedat quando per talez cõ-
suetudinem reducimur ad ius antiquum anterius. ⁊ ratio est, qꝛ
res de facili reuertitur ad naturam suaz.c.ab exordio.xxxv. di
stin.l.si vnus.§.pactus ne peteret.versi. sed in specie.ff.de pac.
⁊ in proposito dicit Gemi. in.c.accedens.in fi.l.distin. ꝙ valet
consuetudo ꝙ abbas non sit sacerdos, ⁊ mouetur ea sola ratio-
ne, qꝛ de iure antiquo non requirebatur, ꝙ esset sacerdos.
149 ¶ † Ex premisso notabili infertur primo, ꝙ valet consuetudo
ꝙ in iudicijs non requiratur libellus, nec litis contestatio, vel
alius ordo iudiciarius a iure positiuo inductus. ita Bald.s.in
rubrica huius tituli.col.iij.post Inno.in.c.j.de lib.obl.
¶ Hinc dicimus, ꝙ valet consuetudo, ꝙ iudex scribat acta co
ram se.ita Bar.in.l.ij.ff.de stipula.seruorum.per tex. in.c.cuz
dilectus.de fide instru. ⁊ sequitur Abbas ibidez col.j. ⁊ sequũ-
tur posteriores.
150 ¶ † Hinc etiam dicimus ꝙ valet consuetudo, vt sententia reci
tetur per alium dummodo iudex proferat verbum condemno
vel absoluo.glo.est in.c.fi.de sen. ⁊ re iudi.lib.vj.in verbo pro
ferri.que dicit ꝙ ita faciunt potestates Italie, qui nesciunt le-
gere. ⁊ dicit ibi Archid. ꝙ ita faciunt Cardinales ⁊ auditores
curie, ⁊ dicit Ioan. and. ibi ⁊ sequuntur alij ꝙ communiter ita
faciunt omnes iudices. ⁊ idem firmat plene Barba. in consil.
xlviij.incipien.clementissimum.in vlti.col.in.iiij.volu.
151 ¶ † Sic dicimus ꝙ valet consuetudo vt prestetur fides litte-
ris episcopi vel officialis in negotijs alienis ab officio suo, licet
aliud sit de iure.c.cum dilectus.de fide instru. ⁊ firmat Ioan.
and.post Nicolaũ de mate.in ti.de instru.edi.in additi. Spe
cu.§.nunc dicendum restat.versi.secundum supplementum. in
fin.quinimmo consuetudo operatur vt tali sigillo credatur sine
scriptura, secundum Gemi.in.c.quamuis.colum.iij.de procu-
ra.lib.vi. ⁊ tradunt mod. post. Abba.in.c.post successionem.
de proba.vbi alias auctoritates adducunt.
¶ Et ex his dici posset ꝙ cõsuetudo valeret vt crederet᷑ libris
mercatorum etiam extra causam mercantie.
152 ¶ † Sic dicimus ꝙ valet consuetudo, vt actor nõ sequatur fo-
rum rei.tex.est in.c.si clericus laicum.j.de foro compe.
¶ Sic valet cõsuetudo ꝙ iudex iudicare possit, vel iurisdictio
nem exercere in alieno territorio, ƀm Bal.in.c.j.de testi.cog.
per tex.in.l.iij.§.fi.ff.de test.sequitur cõmunis preceptor in.l.fi.
ff.de iurisd.om.iudi.in.xij.limitatione.allegans etiam text.in
c.vt litigantes.in fi.de offi.ordi.lib.vj.
153 ¶ † Hinc etiam dicimus ꝙ valet consuetudo que est Medio-
lani, ꝙ debito non soluto ad diem statutum, possit debitor incar
cerari ad petitionem creditoris, donec debitum soluatur, vt tra
dit do. Signorellus homodeus in consil.suo.xcvij. incipiẽ.que
stio disputanda ꝑponatur in his terminis Mediolani est cõ
sutudo.
154 ¶ † Hinc etiam dicimus ꝙ valet consuetudo vt possit delega-
re qui alias non posset, vt tradit Barba.in.c. sane. colũ.ij.j.de
foro compe.tales enim consuetudines, qꝛ soluz contradicunt iu
ri positiuo valent. Hinc etiam dicimus ꝙ licet procurator non
dicatur specialis ad iurandũ de calumnia, nisi exprimatur cau
sa, tamen valet consuetudo, vt dicatur habere speciale manda-
tum, licet causa non exprimatur, ⁊ propterea sufficeret qđ esset
constitutus procurator ad iurandum in causis per euz mouen-
dis.ita Bar.in.l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec. ⁊ sequũ
tur ibi Imola ⁊ Alex. ⁊ Imo.in.c.in ꝯtractandis. in fi.de iu-
ra.cal. ⁊ moderni maxime magnus practicus agnatus ⁊ prece-
ptor meus do. Francis.curti.in.l.ij.§.si autem absuerit.C.de iu
ra.calumnie.
155 ¶ † Hinc etiam dicimus ꝙ licet de iure in paruis collegijs vel
vniuersitatibus non requiratur hec solennitas ꝙ in instrumen
tis earũ describantur nomina singulorum, vt probat Abbas
in.c.j.in fi.de sindico.tradit plene Barba.in consi.xviij.inci.
difficile est.li.iij. ⁊ in.c.cum.M.col.xviij.de constitu.tamen,
aliud est de consuetudine, que valet, vt plene tradit Abbas in
l.nulli.ff. ꝙ cuiusq; vni.no. ⁊ Nouiores in.c.cum omnes.in fi.
.s.de constitutionibus.
156 ¶ † Secundo vtiliter ex predicto notabili infero, ꝙ licet de iu
re positiuo in criminalibus habeat locum remissio, scilicet, vt
delinquens in vno loco, si ad aliã iurisdictionez se transferat, ibi
capi possit, ⁊ remitti debeat ad locũ cõmissi criminis.§.si quis
vero comprehensorũ.in auc.vt nulli iudi.cuz si. Tamen valet
consuetudo, que viget in Italia, maxime, ꝙ delinquens, qui va
dit ad aliam iurisdictionez ibi securus sit, nec ibi capiatur, vt ad
locum cõmissi criminis remittatur. Istam consuetudinem pre-
supponit valere Bald. in.l.heres absens. in fi.ff.de iudi.vbi
etiam Pau.de ca. ⁊ moderni declarando vt per eos ⁊ allegãt
moder.etiam Cepolam in consi.suo.lix.tradit etiaz Bal.in.l.
j.C.vbi de crimine agi oportet. Idẽ clarius ⁊ plenius consuluit
Fulgo.in consi.cxlix.incipiẽ.super inquisitione.vbi dicit ꝙ in
alia iurisditione de consuetudine non fit etiam accusatio. Con-
sidera tamen, qꝛ videtur ꝙ talis consuetudo non valeat tanquã
irrationabilis, quia ea attenta delicta remanerent impunita, cõ
tra id quod dicitur in.l.item vulneratus.ff.ad.l.aquiliã. ⁊ in.c.
vt fame.de senten.excom. Itez consuetudo ista etiaz contra pu
blicam vtilitatem, vt probatur in dictis iuribus, ergo non valet,
vt hic dicit Abbas col.fi.extra glo. ⁊ ibi dicam in.vj.conclu.
Sed posset saluari ista illatio in consuetudine, vt non fieret re-
missio, dũmodo tñ puniretur delinquens. ⁊ ita loquitur Bald.
in locis.s.allegatis, ⁊ ista distinctio est etiam de mente Cald. ⁊
Ioan.de ana.in.c.j.j.de rapt. ⁊ refert Cepola in.d.consi.suo.
lix.incipien. Paulus faber.col.iij. ⁊ predictam distinctionem
etiaz tradit Egidius bellamera in consi.suo.xj.incip.primo qui
dem videtur.col.iij.in.fi.
157 ¶ † Tertio infertur, ꝙ licet ius positiuũ disponat, ne quis ca
piat plures compatres in baptismo.c.fin.de cognat.spiri.lib.
vj.tamen consuetudo in contrarium excusat, vt dicit Io.an.ibi
⁊ Fely.in.c.nam concupiscentiam.col.iij. vbi alia allegat.s.de
constitu. Aduerte tamen, qꝛ predicti docto.dicunt ꝙ peccatuz
alleuiatur per consuetudinez, ⁊ dicitur leuis culpa ƀm eos, non
autem dicunt simpliciter ꝙ consuetudo valeat, ⁊ sic dicta deci-
sio videtur potius repugnare predicte illationi q̃z illam proba-
re.vnde considera quare valeat ista consuetudo, nisi dicas qđ
illud est, qꝛ dispositio illa de non capiendo plures cõpatres nõ
est circa factum ponderosum, igitur non habet viz precepti iux
ta not.per Abb. ⁊ alios in.d.c.nam concupiscentiaz. ⁊ licet do
cto.s.relati dicant ꝙ est leuis culpa, tamen eorum mens nõ fuit
dicere ꝙ sit peccatum, sed appellarunt leuez culpam eo qꝛ ca-
pientes plures compatres non obseruant id quod text.dicit in
dicto capitu.fina.
158 ¶ † Quarto infertur, ꝙ consuetudo valet contra solennitatem
requisitam in instrumentis a iure positiuo, qꝛ facit instrumentũ
quod non est alias de iure cõmuni sufficiens ad probandum es
se sufficiens.text.est in capi.cum dilectus.§.j. ⁊ ibi nota.de fide
instru. Idem dicit Oldra.in consi.suo.cv.incip.videtur dicen-
dum. ⁊ Cardi.in consi.lxxij.incip.titius.col.iij. ⁊ in duabus se-
quentibus. Idem Abba.in consi.liij.incipien.in predicta cau-

sa.in.ij.volumi.vbi etiam dicit quod ad hoc vt inducatur consuetudo, quod scripture nō auctentice detur fides, oportet probare, quod tali scripture fides fuit ad hibita per.d.capitu.cum dilectus.ꝛ idem clarius dicit in consilio. lxxiij.incipien.in questio.col.iiij.eodem volumi.
159 † Item valet consuetudo, quod in libello criminali inseratur tenor criminum, nec sufficiat citare, vt veniat responsurus obiectis.ita Barto. in.l.inter accusatorem.col.ij.ff.de publi.iudi.de quo vide glos.ꝛ docto.in capitu.ij.de dila. Item valet consuetudo augens solennitatem, puta si requirat maiorem numerum testium in testamento quam alias requiratur, vt in casu capitu.cum esses infra de testa. ita inquit Bald. in consilio.ccclij. incipien.in puncto iuris communis. in.iiij. volumi. Pari modo valet consuetudo, quod in testamento minor numerus testium requiratur quam alias requireretur.l.fina.C.de testamen.ꝛ de similibus dicam etiam infra in .ix.ampliatione ꝛ sequen. Et de consuetudine circa solennitatem omittendam an valeat. vide que dicam infra glo. in verbo rationabilis.in.vij.aduertendo.ꝛ extra glos. conclusione.viij. limitatione prima.ꝛ Ange. in consilio.cxxvi.incip. testamenti factio. ꝛ an omissio solennitatis a consuetudine inducte vitiet actum, tradit etiam Fely. in capit.cum desideres.in fine.infra de sententia excommunicationis.ꝛ Bal.pulchre in rubrica de pace constan.allegando glo.in aucten.vt prepo. nomen impe. §.nos enim.

160 ¶ † Quinto infertur, quod licet priuate persone non habeant iurisditionem.l.priuatorum.C.de iurisditione omnium iudicum tamen consuetudo in contrarium valet, ita Bald.in.d.rubrica huius tituli.colum.ij.per tex.in.l.viros.C.de diuersis officijs. libro decimo.facit text.incip.dilecti infra de arbitris. Sic dicimus quod licet ciuitas non habeat facultatem tenendi studiū generale, tamen ex consuetudine acquiritur sibi illud ius, vt in Mediolano dicit Bald. consilio suo.clxiij. incip. factum sic se habet.in.ij.volumi. Sic dicimus quod licet iurisditio de iure vendi non possit, quia publici iuris est, ꝛ talia estimationem non capiunt, maxime merum imperium quod exercetur in personis quarum nulla est estimatio, tamen consuetudo que est in contrarium valet.ita Bald.in capitu.vnico.§.ex eadem in tit. de lege conradi.ꝛ Abba.in consi.suo.ij.q.xxij.in.ij.volu.

161 ¶ † Sexto infertur, quod licet delegatus ab ordinario non possit subdelegare.l.a iudice.C.de iudi.ꝛ ibi not. tamen consuetudo in contrarium valet.l.cum pretor.§.j.quem text.ibi extollit Ange.ff.de iudi.firmant moder.in.d.l.a iudice.ꝛ aliquid dixi.s.in prima illatione.

162 ¶ † Septimo infertur, quod consuetudo potest facere aliquē ignobilē vel nobilem, puta quod censeatur quis nobilis ex progenie materna.ꝛ ratio est, quia id videtur esse iuris positiui, nec talis consuetudo irrationabilis existimaretur. ita clare decidit Barto.in.l.j.col.penult.versi.iij.ex predictis infertur.ꝛ versicu.quarto infertur.C.de digni.lib.xij.idem Paul. de cast. in consilio.cxxvi.incip.dubitatur primo. in quarto dubio. in nouis.ꝛ sequuntur nouiores in.c.nouit.in.vi.nota.de iudi.vbi respondent ad text.qui in contrarium facere videtur. in.l.exemplo.C.de decu.lib.x.facit etiam ad istam illationem illud quod dicit Geminia. in consilio suo.cxxx.incip.dubium. vbi inquit. quod officiū ex consuetudine dignitas appellatur.allegat tex. in capitu.cum olim supra eodem titulo.ꝛ idem in effectu inquit Abba.post alios in cap.de mulcta infra de prebend.

163 ¶ † Octauo infertur, quod valet consuetudo tribuens iurisditionem vel diminuens capitu.dilecti infra de arbi.ꝛ.d.capitu. nouit. Consuetudo enim iurisditionem tribuit meram mixtam imperiosam, altam ꝛ bassam secundum Bald. in.l.etiam. col. iij.C.de excep.rei iudi. ꝛ Cepo.in consilio.xl.incip. lucius. facit capitu.si clericus laicum vbi Abba.ꝛ alij notant de foro cōpetenti, ꝛ consuetudo tribuit iurisditione etiam feminis.l.cum pretor. in verbo morbus.ff.de iudi. ꝛ.d.capitulo cum dilecti.

164 † Hoc tamen procedit nisi consuetudo tribuat iurisdictionem laicis supra clericos capitu.clerici infra de iudic.talis enim cōsuetudo irrationabilis esset, vt ibi dicunt glos.ꝛ Abba. valeret tamen consuetudo tribuens iurisdictionē clericis supra laicos .d.capitu. si clericus laicum. tunc enim cessaret illa irrationabilitas, vt declarant Abba. ꝛ alij in capitu. qualiter infra de iudic.ꝛ faciunt notata in.c.nouit.in glos.ij.eodem titulo. Limita etiam premissam illationem. vt tradit Joan.calde. in repet.capitu.postulasti.alias incipit nostro. colum. fina. de peniten. ꝛ remissio. que repetitio est impressa. Et pro premissa illatione est etiam tex.in capitu.cum contingat infra de foro competenti, vbi inferiores clerici exercent iurisditionē ex consuetudine.

165 † Hinc dicimus quod valet cōsuetudo quod simplex sacerdos possit excommunicare.glos. est in capitu. nemo. ij.questio.j.ꝛ mouetur quia consuetudo dat iurisditionem. ꝛ facit glos.quam ibi extollunt Bald. Paul. ꝛ moderni in.l.prescriptione.C.si contra ius. que vult quod per consuetudinem possit prorogari tempus appellandi. ꝛ dicunt ibi prefati doct. quod pari modo potest per consuetudinem abbreuiari, ꝛ pari modo potest instātia triennialis per consuetudinem vel statutum prorogari vel abbreuiari, vt tradit cōmunis preceptor in.l.properandum. in princip.colum.penult.de iudi.allegando glos. ꝛ docto. prealegatos.ꝛ Ang.ꝛ Imo.in.d.l.ij.ff.de re iudica. Et dicit Bar. ibidem.colum.ij.in fine. quod dilationes iuris ex consuetudine minui possunt.

166 † Per premissam etiam illationem dici potest, quod valet consuetudo quod a iudice seculari appelletur ad Papam capitu.duobus.in fi. de appella.ꝛ ibi not. Abb. ꝛ dicit Fely.ibi quod ille text. non fuit gustatus a doctoribus, ꝛ bene facit vulgata decisio Innocen. in capitu. licet ex suscepto infra de foro competenti, vbi dicit quod quando necesse est semper est recurrendum ad papaꝫ, siue sit necessitas iuris quia alius non sit iudex superior, siue facti, vt quia minores iudices non possunt de facto suas sententias exequi, quod dictuꝫ refert Abba.in.d.cap.nouit.in glos.in verbo iudicare.ꝛ alibi Barba.tamen in.d.capit.licet ex suscepto.aliter loquitur, sed eius fundamēto facilis est solu.vide plura in hac materia per Fely. in dicto.c.duobus.

167 ¶ † Nono infertur, quod consuetudo valet per quam inducitur modus vel solennitas ex qua trāsferatur possessio rei in aliquem sine apprehensione corporali.tex.est quem Abba. ibi dicit singularem in capitu.ij.supra eodem titulo vbi fit mentio de modo acquirendi possessionem ex eo quod accipiatur modicuꝫ terre in manu, vel similis actus fiat qui modus ꝛ solennitas scotatio ibi appellatur, ꝛ licet ille tex.loquatur in ecclesia, tamen habet locum etiam inter laicos, vt dicunt doct.ibi, maxime do. Anto.ꝛ refert ꝛ sequitur Abba.ibidem in fine.

168 ¶ † Decimo infertur, quod consuetudo potest inducere solennitatē in actu vel in instrumento, vt est glo.no.in aucten.vt prepo.nomen impe.in verbo deo auctore.quam cōmendat Abb. pro singulari supra in proemio huius libri in secunda parte.col. iij.sic potest tollere consuetudinem iuris positiui.ita Bald. in .l.j.C.ad velleia.ꝛ in consilio.cccxviij.incip.quidam nobilis.in ij.volumi. vbi dicit quod valet consuetudo per quam vassallus alienat feudum sine consensu domini. An autem ista illatio procederet in solennitatibus, que requiruntur in alienatione rei ecclesie, vide que dicam infra extra glos.in quinta conclusione.in ij.illatione. Et ad istam illationem de solennitate, vt consuetudo circa illam operetur, vide pulchrum text. in capitu.cum dilectus.de fide instrumentorum, ꝛ Abba.ꝛ alios ibi, vide etiam multa que congerit domi. Petr.rauen. in suis conclusionibus consuetudinis.car.xix.ꝛ sequen.vbi refert multas consuetudines circa diuersas solennitates.ꝛ dicit glo. in ca. ecclesiastica. xxiij. distinctione, quod consuetudo valet vt sacerdos cantet euangelium sine apparatu diaconali, ꝛ dicunt ibi docto. quod manipulus quem gestat subdiaconus in manu sinistra est de consuetudine.

169 ¶ † Undecimo potest inferri, ꝙ valet consuetudo per quam quis decedat pro parte testatus ꝛ pro parte intestatus.ita Imola.in.l.ij.in principio.ff.de vulgari.ꝛ pupilla. Item ꝙ quis possit decedere cum pluribus testamentis.idem dicit Bald. in dicta.l.de quibus.ff.de legi. vbi etiam dicit, ꝙ valet consuetudo
170 instituendi heredes in codicillis. † Posset etiam induci consuetudo, ꝙ pupillus posset obligari sine auctoritate tutoris.l. more.ꝛ ibi Bald.ff.de acquiren.heredita.ꝛ faciunt que tradaꝫ infra extra glo.in quinta conclusione. Item valeret consuetudo per quam forenses cogerentur ad munera personalia, ꝛ eis poterit de consuetudine indici onus custodie portarum, ita barto.per illum textuꝫ.in.l.j.C.de auro coro.libro decimo. ꝛ dicaꝫ de hoc plenius infra questione decimasecunda post scripta ab
171 batis. † Item valeret consuetudo ꝙ credatur libro canonicorum super concessione in emphyteosim ꝛ solutione pensionuꝫ. ita Bald.in.l.exemplo.C.de proba.ꝛ in rubri.C.de fide instrumentorum.col.fina.in capitu.cum causam.de proba. Idē Alexan.in consilio.cxxiiij.incip.consideratis.in quinto volumine. vbi alias auctoritates allegat. Predicte enim consuetudines sunt contra iura positiua, nec bonus iudex illas arbitraretur irrationabiles, ꝛ propterea valent per istum text.cum similibus.

Similiter

Similiter valeret consuetudo, quod emphyteota teneretur ad solutionem canonis, vel pensionis in casu, in quo de iure debe- ret ei fieri remissio, ita Ange. in §. lex itaque. ad fi. in auct. de non alienan. & refert communis preceptor in l. i. carta penult.
172 C. de iure emphy. † Item ex consuetudine potest quis acquire re vocem in electione imperatoris. glos. est in capitu. ad aposto lice. in fine. de re iudica. libro sexto. Item valet consuetudo qd res inter alios acta. alijs prosit, ita Bald. in rubri. C. res inter alios acta. Item valet consuetudo circa vestes etiam pretiosas clericorum. glo. est nota. in capitu. si quis virorum. xxx. distin.
173 & in summ. xxj. questione. iiij. † Item valet consuetudo & tollit ius positiuum, de quo in l. is qui cum telo. C. de sicca. & est gene ralis consuetudo, vt non puniatur affectus, nisi sequatur effe- ctus, preter quam in crimine lese maiestatis, in quo non est ta- lis consuetudo, ita Specu. in titulo de accu. §. j. versic. quid si. & refert Calcaneus in consilio suo. ij. colum. xxiij. tradit etiam Fely. in tracta. suo quando conatus puniatur.

¶ Alias similes consuetudines in specie referam infra in glo. in verbo rationabilis. & alibi in discussione huius materie, & dicam bonum verbum post expedita dicta Abba. in octaua conclusione, videlicet an valeat consuetudo quod contractus non sint perfecti, nisi de eis fiat instrumentum.

¶ Limitatur tamen predictum notabile, & iste tex. inquantum dicit, quod consuetudo debet esse rationabilis, alias non atten
174 ditur, † quia non procedit quo ad vnum effectum, in quo con- suetudo irrationabilis attenditur scilicet quo ad prestandũ pro babilem causam dubitandi de validitate iuris contrarij. tex. est & ibi Abba. in. iij. nota. in capitu. cum causam. de elec. Ex quo infert domi. Anto. ibi quod valet sententia lata contra ius, de quo potest probabiliter dubitari aut ratione consuetudinis, aut alia ratione. Idem firmat domi. Fely. sandeus in capitu. j. col. antepe. ver. limita octauo. de re iudi.
175 ¶ † Secundo limita, vt non procedat, quo ad penam tempora lem euitandam, quia consuetudo irrationabilis excusat, vt ple- ne dixi supra in tertio notabi. in. ij. limita. & sic datur alius ef- fectus consuetudinis irrationabilis, & alium retuli in dicto tertio notabi.

¶ Sed circa premissum notabile cadit dubitatio, an sicut va- let consuetudo contra ius positiuum, ita valeat contra supremã potestatem principis. In hoc doct. sunt multum varij, & infinita congerit dominus Fely. in capitu. cum non liceat. de prescrip. colum. quarta quinta & seq. vide per eum, quia nihil adderem, & etiam quia ex eius scriptis veritatem percipies, & aliquid tra dit ipse Fely. in rubri. supra de constit. col. secunda, vide etiam aliquid per communem preceptorem in l. placet. colum. ij. in princi. C. de sacrosanctis ecclesijs. talis tamen consuetudo po- tius diceretur prescriptio per ea que dicit Abba. hic colum. penul. & infra dicam.
176 ¶ † Quinto nota ex isto tex. secundum Abb. quod ius huma- num appellatur ius positiuum quasi manu politum, vt per eũ, & ante eum declarat Ioan. andre. hic colum. ij. Sed clarius in hoc loquitur Cardi. floren. hic, dicens quod dicitur positiuũ, q2 positum in voluntate principis, & est sub perpetuo motu.

¶ Sexto nota secundum dominum Antoniũ & Cardi. floren. ex isto tex. ibi sane mentis, quod intelligere attenditur prout ap plicatur ad hominem sane mentis & non ad mentem ratione ca rentem. Concordat text. in capitu. nouit. post medium. j. de iu- di. ibi nullus qui sit sane mentis &c. & ibi not. Barb. & in l. si ita quis. in fi. ff. de euic. quẽ tex. allegat Bal. in l. j. C. de ser. fugi.
177 col. ij. † dicens qd sermones nostri debent interpretari ƒm sen sum sensatum, & ppea dicit Bal. ibi quod in quadam inquisitio ne fuit manifesta falsitas, q2 in ea continebatur quod famulus mãdauerat dño, & sequit Barb. in dic. c. nouit. & dicit Barb. hic columna. iiij. quod iste text. facit pro eo qd dixit maximus Auerroys inquiens, quod experimentum sermonum verorum est, vt concordet rebus sensatis & intellectu fruentibus. Aduer te tamen quod quandoq3 insensati sapienter interpretantur vel loquuntur, vt de fatuo Parisiensi, qui comederat ad odorem carnis assate. recitant Ioan. andre. & Abba. in capitu. ad no- stram supra eodem titul. & facit quod prouerbio dici solet, sepe etiam est olitor valde opportuna loquutus.
178 ¶ † Ultimo notat Cardi. floren. ex isto text. quod mala cõsue tudo potest dici corruptela. concordat text. in capitu. cum vene rabilis supra eodem titu. cum simi. Et licet proprie inter malam consuetudinem & corruptelam sit differentia, vt probatur in ca- pitu. mala consuetudo. viij. distinctio. tamen large mala consue tudo corruptela dicitur, vt in isto text. & similibus, quos ita in- telligo vt non repugnet text. in dic. capi. mala consuetudo & ra- tio quare mala consuetudo corruptela dicatur est, quia mala cõ suetudo corrumpit mores sub velamine cõsuetudinis, vt inquit Abba. in capitu. messana. in vlti. nota. j. de electio. Et scias qd ad officium iudicis spectat celerrime obuiare, ne mala consue- tudo radices faciat. dicto capitu. mala consuetudo. viij. distin. & rationem assignat ibi tex. quia in priuilegiorum ius ab impijs
179 assumitur. † Itẽ scias quod quandoq3 mala consuetudo appel- latur abusus. l. plenũ. §. ij. ff. de vsu & habi. facit text. in. l. ij. in. ij. respon. ff. quemadmo. testa. ape. vbi testamẽta falsa dicunt abu siue testamenta. & per hoc dominus Pet. philip. cor. in consi. clxxxj. incip. visa copia. columna quinta in. iij. volu. refert dif- ferentiã. inter vsum & abusum, vide per eum. Condescendo ad glossas.

¶ Glos. j. nihil habet, solũ allegat aliquos textus concordan tes ad text. nostrum quos in voce induxi.

¶ Glos. ij. assignat rationem ad text. nostrum. Item intelligit text. procedere in iure naturali continente precepta moralia, ex pediamus singulas partes ordinatim.

¶ Circa primam partẽ, videlicet circa rationẽ quã assignat glos. ad text. nostrum dicentem quod consuetudo non valet cõ tra ius naturale, quia naturalia sunt immutabilia.

¶ Opponitur multipliciter. & primo opponitur de ca. maiores j. de baptismo, & de tex. in capitu. j. quinta distin. vbi dicitur q circuncisio est mutata. Item prohibitio ingressus ecclesie, que fiebat mulieri post partum est mutata. Item sabbatum est mu- tatum capitu. peruenit. de consecra. distinctio. iij. & notatur su- pra in capitu. translato. de constitu. inducendo vt per Abba.
180 ¶ † Pro solu. dicunt Abba. & alij cõmuniter hic. q in dictis iuribus illa sunt precepta mystica, id est figuralia que sunt mu- tata, quia per aduentum Christi cessauit figura & illuxit veri- tas. Sed tu aduerte quia text. Gratiani & glos. in §. his itaque sexta distinctione, aliter soluunt dicentes q mystica etiam non sunt mutata, quo ad moralem intelligentiam. Sed adhuc di- cta solutio tollitur per illud quo supra retuli de prohibitione in gressus ecclesie post partum, q2 id omnino est mutatum capitu. i. de purifica. post partum. sed dic q illa prohibitio non erat ra tione naturali fundata, ideo fuit mutata, vt dicam in sequenti oppositione. Et ratio illius prohibitionis ponitur per Gemi. post alios in sum. v. distinctione. in princip. Item oppo. de sab bato quod mutatum est capitu. peruenit supra allega. & tamen illud est de moralibus. Pro sol. dic q etiã dies dominicus. est sabbatum, vt patet in euangelio ibi vna sabbatorum &c. non igi tur est mutatum sabbatum seu non est sublatum, licet sit transla tum in aliam diem ex ratione de qua in. d. capit. peruenit. & in his theologis cedendum puto.
181 ¶ † Secũdo oppo. & videtur quod naturalia sint mutabilia, pa tet quia homo habet naturalem inclinationem ad malum cap. omnis etas. xij. questio. j. declarat Abb. in capitu. maiores. de baptismo. in §. j. & tamen inclinatio talis mutatur capitul. cum renuntiatur. xxxij. quest. j. Pro solu. respondeo quod illud ius naturale est immutabile quod in ratione naturali est fundatũ, aliud vero est mutabile. d. §. his itaq3. vel dic vt per Barto. in. l. j. §. bestias. ff. de postu. & in sequenti contrario dicetur.
182 ¶ † Tertio oppo. nam libertas est inducta de iure natu. cap. ius naturale. j. distinc. insti. de iure perso. in prin. & tamen ho- mines plerunq3 serui fiunt. Pro solu. dicas vt per glos. in l. ma numissiones. & in l. ius ciuile. ff. de insti. & iur. & per glos. & An- gelum in §. sed naturalia. insti. de iure natu. quod in totum tol- li non potest ius naturale, sed in aliquibus sic. facit glosa. & ibi not. docto. in capi. a nobis infra de decimis. & quod infra Ab- ba. tradit columna. ij.

¶ Quarto oppo. de. l. j. §. bestias. ff. de postu. vbi animalia, que sunt fere naturaliter efficiuntur mansueta. Pro solu. dicas qd illud naturale est de presumptione nature, non autem est de ne- cessitate nature de qua intelligitur tex. in. d §. sed naturalia. ita Ange. ibi in fi. & Barto. in. d. §. bestias. alias incipit remouet.

¶ Circa aliam partem glos. videlicet inquantum glos. restrin- git tex. nostrum ad ius naturale continens precepta moralia, & sequuntur docto. hic, intellige hoc nõ solũ in preceptis decalo- gi, seu in decem preceptis legis antique, s3 in quibuscunq3 alijs preceptis diuinis moralibus, vt presupponit Archidiaco. in. d. §. his itaq3, & sic procedit nedum in preceptis veteris testamen ti sed noui, prout in illo precepto nemo dimittat vxorem nisi ex causa fornicationis. cap. dixit dominus. xxxij. questi. j. & prece-

pra legis antique referuntur per glos. in capitu. quid in omni-
183 bus. xxxij. questio. vij. † & dicit Abba. in dicto. c. a nobis. j. de deci. quod preceptum decimarum est de moralibus. & premissam declarationem sentit Abba. in questione, an valeat statutum quod pro homicidio pena pecuniaria imponatur, & dicit Abb. in capitu. licet vniuersis infra de testibus. quod illud de quo in diuina scriptura legitur, in ore duorum vel trium stat omne verbum, est preceptum morale, & dicit Cardi. alexã. in. d. §. bis itaque. ꝙ ea omnia appellantur moralia precepta que a dictamine rationis procedunt, & ille tex. satis hoc dicit.

184 ¶ † Extra istam glos. queritur quando transgressio iuris diuini peccatum inducat? Abba. hic dicit ꝙ tunc inducit peccatum ipsa transgressio, quando est contra naturalem rationem. Sed vbi ratio suadet valere consuetudinem, valebit contra ius diuinum, non tamen tollendo ius diuinum in totum sed limitando, & exemplificat multis modis declarando vt per eum. Tu considera, ꝙ ista doctrina repugnat text. nostro, qui presupponit, ꝙ consuetudo contra ius diuinum etiam rationabilis non teneat, quia quando est contra ius positiuum, tex. distinguit an sit rationabilis an non, sed quando est contra ius diuinum indistincte loquitur & dicit ꝙ non valet, quia iuris diuini transgressio periculuz salutis inducit. Pro solu. potest dici vt puto quod text. in principio improbat consuetudinem, que est contra ius diuinum, cuius iuris diuini transgressio periculum salutis, & per consequens peccatum inducit, eo enim casu non fit distinctio, an sit rationabilis vel non, quia semper est irrationabilis. sed quando peccatum non inducitur, tunc procedit id quod Panormi. dicit. & hoc probo, qr textus noster loquitur per relatiuum cuius, & sic non dicit, quod omnis transgressio iuris diuini periculum salutis inducat, iuxta not. in. l. j. C. de summa trinitate, quando ergo non inducit periculum salutis consuetudo tenet, & ita etiaz expresse dicit hic dominus Antonius in lectura.

¶ Sed vis est in considerando, quando periculum salutis non inducat. Abbas dicit ꝙ illud euenit quando consuetudo est fundata in ratione naturali exemplificãdo vt per eum, cuius doctrina rationabilis est. Aliter loquitur dominus Anto. in capitu. que in ecclesiarum. colum. iiij. & ibidem Fely. col. vij. allegando Ricardum supra de constitu. & dicunt ꝙ causa legitima vel iustificans dispensationem contra ius diuinum est, que excludit peccatum, vt in casu capitu. fina. infra de prescript. idem Barto. plenius in. l. omnes populi. in. iij. questio. princip. ff. de iusti. & iu. Sed tu dic ꝙ non sufficit causam excludere peccatũ, sed debet esse talis, que concernat fauorem publicum, vt in capitu. non est. de voto & in casu cap. licet de ferijs. & in alijs exẽplis hic relatis per Abba. & ita in simili de dispensatione contra ius naturale vel gentium dicunt Abba. & communiter ceteri in dicto capitu. que in ecclesiarum. per tex. in. l. item si verberatum. ff. de rei vendi. & per not. in. l. antiocensium. ff. de priuile. cre. Idem Abba. post Ioan. andr. in capitu. de multa. de
185 prebend. colum. iij. † vbi inquit ꝙ nisi dispensatio fiat ob causam publicam dicitur dissipatio & non dispensatio, & allegat idẽ tenere sanctum Thomaz, idem tenet Alexan. alia allegans in. l. i. columna antepenultima. ff. solu. matri. & in consilio. cxxxvi. incipien. viso. circa fine. in. j. volumi. Idem volunt docto. in capitu. cum ad monasterium. de statu monach. vbi loquuntur de dispensatione in voto continentie cum monacho professo, vt nõ possit fieri per papam, nisi ex causa boni publici. Idem firmat communis preceptor licet nõ alleget predicta in repetitione. l. quominus. ff. de flumi. in. i. nota. Dicendum est igitur eadem ratione, vt idem sit in consuetudine, quia tunc demum valebit cõtra ius diuinum, si peccatum non inducat & vtilitatem publicaz concernat.

¶ Insuper ex doctrina Abba. super hac secunda parte glos. collige plures conclusiones.

186 ¶ † Prima est conclusio, quod consuetudo potest limitare & distinguere ius diuinum ex causa sicut lex vel princeps. idem Ioan andr. hic colum. ij. post Innocen. & nemo discrepat. ideз Abba. in capitu. super eodem. in fine. infra de cogna. spiri. Ex quo infero, quod in his locis, in quibus non est statutum, valeret consuetudo, quod bannitus posset impune offendi, & an & quando statutum tale, & consuetudo valeat infra dicemus plenius in tertia conclusione sequenti. versi. vltimo infertur.

¶ Secunda conclusio colligitur ex verbis Abba. in hac doctrina sua, quod etiam verba dei & diuina scriptura recipiunt
187 interpretationem a consuetudine, † & sic consuetudo nedum est legum humanarum interpres, sed etiam diuinarum, quod nota ad ampliationem capitu. cum dilectus supra eodem cum similibus. facit quod tradit Abba. per illum text. in capitu. maiores. in principio in quinto nota. infra de baptismo vbi inquit ꝙ diuina scriptura loquens in masculino procedat etiam in feminino, mens ergo etiam in dispositionibus diuine scripture potius quam verba est attendenda, & dicit Abba. in. d. capi. maiores. in. viij. nota. quod etiam in verbis diuine scripture communis vsus loquendi attendi debet. Item etiam in diuina scriptura proceditur de similibus ad similia. d. capi. maiores. §. verum. & ibi Abba. notat.

188 ¶ † Tertia sit conclusio, ꝙ consuetudo potest disponere contra ius naturale, vel diuinum quotiescunque ratio naturalis id suadet, & in hoc non reperio contradicentem hic. Sed docto. Abba. & ceteri in. d. capit. que in ecclesiarum supra de constit. dicunt quod legitima causa dispensandi contra ius diuinuz est causa publice vtilitatis, & presupponunt quod nulla alia sufficiat, & hoc plene supra comprobaui in precedenti col. versi. extra istam glo. queritur, dic vt ibi dixi.

189 ¶ Stante tamen hac conclusione ex ea plura inferuntur† Et primo infertur, quod valet consuetudo, ꝙ vni testi credatur in aliqua causa, ita presupponit Abba. hic. Contrarium tamen determinat Ange. in disputatione sua incipien. astensis miles. & dominus Alexan. alia allegans in consilio suo. iij. in secundo volumi. in. ij. col. Sed in hoc distinguendum videtur vt per Mathesi. in notabilibus suis notabili. li. incipien. nota ꝙ consuetudo post Ioan. and. per eum relatum, quos refert & sequi videtur communis preceptor in. d. l. de quibus. col. xvij. & etiaz tradunt plenissime Abba. & moderni in capitu. ij. j. de proba. dic vt per eos, quia nihil habeo ꝙ addam.

190 ¶ † Secundo infertur, non valere consuetudinem, vel statutum per quam quis punitur pecunialiter pro homicidio, quia ratio naturalis id non suadet, ita Abba. post Hostiẽ. hic. ideз Ioan. and. domi. Anto. Cardi. Imo. & communiter alij hic, dixit enim Christus, qui gladio ferit gladio peribit, ergo talis cõsuetudo esset contra ius diuinum. Item per eam daretur materia delinquendi, ergo irrationabilis est. l. conuenire. ff. de pac. dota. cum simili. Contra tamen presuponit Abba. in capitu. de causis infra de offi. delega. colum. fina. & multas auctoritates pro & contra adducit. Barba. hic colum. ij. & duabus sequentibus, & apostilantes ad Abba. hic, & plura pro & contra adducunt apostilantes ad Abba. in cap. ij. infra de delic. pue. Pro parte ꝙ consuetudo valeat. facit tex. in. d. c. ij. & in. §. penam. institu. de iniur. Sed posset responderi vt respondẽt Hostien. & Abba. in. d. c. ij. s. ꝙ ille tex. intelligitur quando consuetudo erat vt posset exigi pecunia ex postfacto, sed ante commissum delictum non valeret consuetudo taxans penam pecuniariam. Premissam etiam opinionem docto. hic sequitur Fely. vbi multa congerit in rubri. infra de homici. Idem Areti. in cõsilio. lviij. incipien. diligenter. col. vj. vide tamen in isto puncto Roma. in singu. suis. singu. incipi. iudex potestatis. carta. xx. col. iij. & Alexan. in. l. j. col. iij. ff. ꝙ quisqз iur. vbi aliter loquuntur & concludere videntur, ꝙ aut pena pecuniaria est modica, vel contemptibilis, & tunc consuetudo, vel statutũ non valeret, alias vero secus, & hanc distinctionem etiam facit Barba. hic columna septima. & dicit dominus Alexand. in dicta lege prima. ꝙ ita alias consuluit, & profecto colorata videtur hec distin
191 ctio, † & in dubio tenenda est opinio. distinguens, lege adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do. & ita inquit glos. in capi. querenti. infra de offi. deleg. & in capi. scientis infra de censi. tamen in puncto iuris verior videtur opi. doct. hic indistincte scilicet ꝙ consuetudo predicta non valeat. ratio est, quia contra ius diuinum supra relatum. vnde inferiorum dispositio nihil valet contra tale ius, nisi ipsa dispositio ex causa publice vtilitatis induceretur, limitando vel distinguendo, vel dispensando, vt tradũt Innocen. & omnes in capitu. que in ecclesiarum. supra de constitu. & Barto. & alij in. l. fina. C. si contra ius vel vti. publi. & dixi supra in folio precedenti. in versi. extra istam glos. Sed talis consuetudo, que cõmutat penam corporalem in pecuniariam non concernit publicam vtilitatem, immo est contra publicam vtilitatem, que suadet delicta debita pena puniri. arg. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil. & tex. in. c. vt fame. j. de sen. excom. Item est contra publicam vtilitatem, qr ex ea proniores erunt homines ad homicidia, vel saltem non adeo retrahentur, ac si penaз
192 mortis expectarẽt. † qr licet pecunia & bona dicãtur vita hominis, vt vult glo. quã ibi bal. no. in. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi.

iudi.tamen id improprie dicitur, ꝛ propterea domi. Anto. de butr.in capi.accedens.el.ij.in notabilibus infra vt lit. non cōtest.dicit ꝙ bona sunt secundus sanguis.ꝛ idem dicit Alexan. in.l.ij.§.non solum.ff.de adimen. lega. in apostil. ad Barto.
193 ¶ † Tertio infertur, ꝙ non valet consuetudo, vt liceat interficere interfectorem patris, vt per Abba. hic. Et si dicas quod immo talis consuetudo valere debet, quia ratio naturalis eam suadet. Respondeo, quod immo ratio naturalis eã nō suadet, quia ex tali homicidio non excluditur peccatum, quia fit contra illud preceptum diuinū. Non occides. ꝛ facit pulchra gl. in terminis nostris in capitu. consuetudo in glos. fina. prima distinctione.
194 ¶ † Quarto infertur, ꝙ non valet consuetudo vel statutū permittens consanguineis vindicare mortem consanguineorū, quia ratio naturalis id non suadet, nisi id permittat consanguineis tanquam ministris iustitie, ita Joan.andr.in addi.ad Specu. in titu.de constitu.quem simpliciter refert ꝛ sequitur Barba. hic col.vij.in fine.idem dicit Abba.hic. Idē clare domi. Anto.in capi.que in ecclesiarum.col.iiij. ꝛ ibidem Fely. alia adducens.s.de consti.col.iij.ꝛ.iiij.subijciens ꝙ in dubio statutū simpliciter loquens videtur talem concessionē facere propter bonum publicum, ꝛ sic videtur talem vindictā permittere tanquam ministris iustitie.alleg.Bald. in.l.j.C.quando li. se sine iudi.vindi. Sed tu cōsidera ꝙ huic vltime decisioni repugnat
195 glo.approbata in cap.inter hec.xxxiij.questio.ij.† que dicit ꝙ licet patri permittatur occidere adulterum ꝛ filiam adulterā, tamen peccat eos occidendo. ꝛ facit glos. in.d.c.consuetudo. Hanc difficultatem sentiens Fely.in.d.ca.que in ecclesiarū. colum.iiij.dicit ꝙ homicidiū in casu predicto permittitur causa vindicte, sed id non est verum, immo permittitur simpliciter, vt patet in.l.nec in ea.ff.de adult. Et propterea ego dubito de dicta decisione.talis enim consuetudo esset nutritiua peccati, ergo videtur ꝙ non valeat, vt supra dixi in.iij.nota.ꝛ est glo. in regula malefidei possessor. de regu.iur. libro sexto. tradunt Abba.ꝛ alij in capi.j.supra de constit. ꝛ per hoc videtur quod dispositio.l.j.ꝛ.ij.C.quando lice. se sine iudi. vindi. non valeat etiam in foro cesaris tanquam sit nutritiua peccati inquantum permittit vindictam in facto proprio.iuxta glos.in regula male fidei possessor supra relata, ꝛ pro opinione in quam ego inclino scilicet ꝙ dicta consuetudo vel statutum non valeat, facit decisio quam hic pauloante Abba.refert ꝛ approbat dicens ꝙ nō valet consuetudo vt liceat interficere interfectorem patris, quã decisionem etiam tradit Joan.andr.hic colum.j.ꝛ domi.Anto.sequitur.loquuntur enim prefati docto. in consuetudine vel statuto simpliciter loquente, ꝛ tamen dicunt ꝙ non valet.
196 ¶ † Ultimo infert Abba.hic, ꝙ valet statutum vel consuetudo quod bannitus possit impune occidi.comprobatur hec illatio, quia talis consuetudo vel statutum concernere videtur fauorem publicū.argumē.l.iij.§.transfugas.ff.ad.l.corne.de sic. Idem concludunt alij hic relati per apostillantes ad Abba. ꝛ tradit plene Fely.in.d.cap.que in ecclesiarum.colum.ij.ꝛ.iij. vbi multos casus enumerat, in quibus dictum statutum non tenet.tradit etiam communis preceptor in.l.omnes populi. carta penult.post Barto.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ vnum ponit Imol.hic colū.ij.ꝛ quia dicti casus videri possunt in locis predictis, non curaui illos hic transcribere.
197 ¶ † Sed alium casum cōmemoro vltra predictos, qui ponitur per Ange.in apostil.ad Bart.in.l.fina.C.de delato.libro. x.per illum tex. scilicet quando quis occideret bannitum proditorie vt statutum ei non prosit. Idem dicit Cepo.in consilio. xxxiiij.incip.si vnquam. colum.iij. Ego tamen contrarium teneo, ꝛ moueor primo, quia hosti non est seruanda fides a priuato.l.j.§.non fuit.ff.de dolo.tradunt Barto.ꝛ alij in.l.conuētionum.ff.de pac. Secundo in terminis adduco decisionem Bart.in.l.ij.C.quando lice.se sine iudi.vindi. vbi dicit quod si promitto bannito de eum non occidendo, tamen possum eum licite occidere, ergo videtur ibi decisio in terminis pro opinione predicta, ꝛ illam decisionem refert Fely.in.d.cap. que in ecclesiarum.colum.ij. Tertio moueor, quia redderetur quasi elusorium dictum statutum, nisi liceret bannitum proditorie occidere, attento quod nemo vellet se exponere periculo in pugnãdo cum bannito, maxime sine lucro, ꝛ maxime quando non esset inimicus suus, ergo videtur quod liceat illum occidere proditorie. Ultimo me mouet, quia tex. in dicta.l.fi.C.de delato.libro decimo non probat dictam decisionem ad quã allegatur, sed solum ibi dicitur quod seruus non potest deferre dominū, ꝛ si deferat tanquam proditor punitur, quod nihil penitus ad propositum nostrum facit.
198 ¶ † Alius casus ponitur per Bar.in.l.nulla.per illum tex. C.de delato.lib.x.s.quando quis occideret bannitum se defendendo, quia licet non puniretur, tamen non cōprehenderetur in statuto permittente occidere bannitum ꝛ premiante occisorem. Quid autem si quis illum occideret pretextu inimicitie? videtur quod etiam tunc occidens non excusetur, ꝛ hoc infirmare videntur domi. Anto. Inno. ꝛ Gemi.in.d.capitu. que in ecclesiarum.vbi loquuntur de occidente bannitum causa vindicte.ꝛ ibi refert ꝛ sequitur dominus Fely.colū.iij.versi.nonus ꝛ vltimus casus. Contrarium tamen tenet Bal.in.l.j.colum. penul.C.si a nō compe.iudi.ꝛ forte verior est ista opi.per id qđ dixi in tertio fundamento precedentis casus, pauci enim se exponerent periculo cum bannito nisi eum aliqualiter odio habe-
199 rent, vel nisi statutum premiaret occidenti. ¶ † Quicquid tamen sit, videtur quod standum sit dicto occidentis in dubio, an id fecerit causa odij, an amore reipublice, quia hoc depēdet ab animo suo. glos.est in simili in.§.alie.instit.de act.ꝛ tradit bar. in.l.non omnes.§.recte.ff.de furtis.ꝛ alibi sepe docto.ꝛ hoc sentit Fely.in.d.cap.que in ecclesiarum.colum.iiij.ad fi.versic. vtrum.licet loquatur in foro conscientie. Et de occidente bannitum per contumaciam Fely.ibi alleg.Bal.qui non dicit.vide Imo.in cap.fi.colum.ij.de consue.

Glos. In verbo vilis.format vnam oppositionem seu facit vnam interrogationem, de qua consuetudine intelligatur iste tex.dicens quod licet longeue consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est vsqꝫ adeo valitura, vt iuri positiuo debeat preiudicium generare, nisi sit rationabilis ꝛ prescripta, an intelligatur de bona vel de mala cōsuetudine, quam interrogationem dicit Joan.andre.hic esse puerilē, tamen soluit vt per eum post glos.ꝛ alios.ꝛ refert Abba. Sed clarius loquitur Joan.andre.dic vt per eos ꝛ in voce declaro. Aliter ēt secundo soluit Abbas.
200 ¶ † Et ex sol.sua habemus reportare quod appellatione consuetudinis potest intelligi tam de mala quam de bona, prout in text.nostro in secunda parte capitur secundum prefatos doct. Sed contrarium facit tex.in capi.cumana.s.de elect.vbi probatur, quod appellatione consuetudinis intelligitur de bona, ꝛ prescripta.ꝛ hoc reputat singulare Alexan.alias auctoritates ad hoc adducens in.l.de quibus.ff.de legibus.facit text.in.l. iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi. Unde ego inhereo alteri tertie so.quam docto.tradunt ꝛ Abba.refert. Uel potest dici qđ contrarium.s.adductum non procedit, quando apparet, quod legislator non vult loqui de consuetudine prescripta, prout non vult loqui in.§.licet.in isto tex.posito, vt patet ex verbis sequētibus ibi nisi sit legitime prescripta, vel dic quod contrariū procedit, nisi appareat, quod legislator velit loqui de vtraqꝫ cōsuetudine scilicet tã de bona quã de mala, ꝛ tã de prescripta quã non prescripta, prout loquitur hic in fin.ponendo decisionem. cum limitatione. Et an ꝛ quando appellatione consuetudinis intelligamus de prescripta tradit plene Gemi. in cap.fi.col. penul.de consuetudine.lib.vj.ꝛ quomodo cognoscatur consuetudo prescripta ꝛ quare sic dicatur.s.declarabo post Abba.
201 ¶ † Secundo ex ista gl.habes reportare quod intellectus qui est de casu non dubio non est bonus, quia debet intelligi lex, vt decidat casum dubium.concordat glo.per illū text.in.l.quod labeo.ff.de carbo.edi.facit tex.in cap.cū in iure peritus.ꝛ ibi Abba.s.de offi.delega.ꝛ in cap.cum in iure peritus.s.de elec. ꝛ premissam conclusionem clare etiam ponit Abb.in.ca.quia g.de iudi.col.ij.vbi alia allegat, ꝛ hoc comprobatur, quia lex debet esse necessaria seu edita ob necessitatem cap.erit autem lex.iiij.distin.ergo non debet intelligi vt sit edita de casu indubitabili ꝛ sic superfluo ꝛ sine necessitate.
¶ Tertio habes reportare ex ista glos.ibi inepte dicunt.quod inepte agit, qui intellectum eiusdem auctoritatis separat, ita vult glos.iuncta suppletione quã faciunt hic Joã.an.ꝛ Imo.
202 dicentes † quod intellectus non est bonus qui eandem auctoritatem diuersimode intelligit, ꝛ ratio est quia separat eandam a capite, vt inquit Joan.and.hic, ꝛ glo.in proposito in capitu. consuetudinis.xj.dist.per tex.in capi.maiores.versi.similiter de baptismo.intellectus enī eiusdē auctoritatis debet esse vniformis.d.versi.similiter.ꝛ ibi glos.not.in verbo tota auctoritas, ꝛ sequuntur Abb.ꝛ alij,ibi. Considera tamen quia attenta vna so.quam hic Panor.refert ad contrarium glos.eadem auctoritas diuersimode intelligitur, quia intelligitur principiū

huius tex. in §. licet. de consuetudine in abstracto. ⁊ finis de cõsuetudine in concreto, sed dicendũ est ꝙ dicta so. stare non potest per tex. in d. versi. similiter. cum alijs s. allegatis.

203 ¶ †Et pro premissa conclusione glo. facit vulgata reg. que habet ꝙ vna ⁊ eadem res non debet diuerso iure censeri. l. cũ qui edes. ff. de vsucap. ⁊ ibi no. Barto. Premisse tamen conclusioni obstat, quia attenta intellectuali consideratione vna res põt diuerso iure censeri, vt inquit Bald. in l. j. col. j. C. de ser. fugi. cogita de solu. pro nunc ⁊ attenta dicta doctrina Bald. colligitur vna limitatio ad d. l. cum qui edes.

¶ Secunda limitatio colligitur ex text. in l. si quis perferendum. in fi. ff. de fur. ⁊ ex glo. in l. ij. C. de in ius voc.

¶ Tertia limitatio colligitur ex l. iij. §. fideicommissariaꝫ. ff. de here. insti. ⁊ ex gl. in l. si ita scriptuꝫ. §. si sub ꝯditione. ff. ꝺ leg. ij.

¶ Quarta colligitur ex l. ij. ff. ad mace.

¶ Quinta colligitur ex l. pater seuerina. §. conditionum. ff. de conditione ⁊ demonstratione.

¶ Sexta colligitur ex l. si seruo. ff. de here. insti.

¶ Septima traditur per Areti. in l. ij. in principio. ff. si cer. pe.

¶ Octaua ⁊ vltima colligitur ex verbis Abba. in capitu. ij. col. vij. j. de ordin. cog. dũ loquitur de sententia lata super cõuentione ⁊ super reconuentione.

Glos. in verb. rationabilis. laborat in declarando, que consuetudo sit rationabilis. Abb. hic multas oppositiones refert, ⁊ Barb. hic colum. xj. ⁊ sequentibus refert
204 omnium doctorum dicta† ⁊ dicit Bal. in consilio. ccccj. incip. in feudo. in v. volumi. ꝙ ad hoc vt consuetudo dicatur rationabilis, sufficit ꝙ non sit reprobata, communis opi. videtur esse illa quam Hostien. Joan. and. ⁊ Abba. hic tenent scilicet ꝙ arbitrarium sit, que consuetudo dicatur rationabilis, quam opinionem pulchre sequitur ⁊ declarat Jmol. hic colũ. iij. ⁊ tenuit glos. clara. c. j. in verbo rationabilis. de constitu. lib. vi. ⁊ cum illa glos. transeunt docto. ibi eandem conclusioneꝫ tenent Archidia. Gemi. ⁊ Cardi. Alexan. alias auctoritates adducens in c. quia frustra. viij. distinctio. ideꝫ Calderi. in consilio. xviij. incip. an ciuitas. in titu. de constit. idem Barba. in c. at si clerici. §. de adulte. j. de iudi. col. iij. Fely. in c. ecclesia sancte Marie. col. iij. s. de constitu. Et ista opi. etiam mihi placet, quia fundatur in bona regula, que habet, ꝙ vbi aliquid non est determinatum a iure, stamus arbitrio iudicis. l. j. ff. de iure deliberan. c. de causis. j. de offic. delega. cum similibus. ⁊ propter hanc regulam fiunt infinite decisiones per docto. in varijs locis quas congerit Barba. in d. §. de adulte. ⁊ in c. sedes. colũ. ix. ⁊ seq.
205 de rescrip. †Ad regulandum autem arbitrium iudicis bene videtur suffragari doctrina Bal. in commento. l. de quibus. ff. de legibus. quam refert Barba. hic col. xiij. vbi dicit ꝙ bona est consuetudo que continet bonum honestum. exemplum in consuetudine ꝙ quis non vadat de nocte. Jtem bona est consuetudo, que continet bonum commune, puta ꝙ in causis dotiũ procedatur summarie. Jtem ꝙ instrumenta habeant executionem paratam. Jtem bona est consuetudo secundum Bald. que continet bonum honorabile. exemplum in doctore doctorando publice non secrete, quia est honor publicus. Exemplificat etiam in consuetudine, ꝙ doctores portẽt varium, quia habitus viruꝫ ostendit. l. stigmata. C. de fabri. lib. xj. c. si iudex laicus. de senten. excom. lib. vi. Debebit etiam iudex in informando animũ suum habere respectum ad alias theoricas ⁊ coniecturas quas
206 hic refert Abb. colum. iij. in fi. † Et nota eam potissime quod vbi consuetudo est canonibus inimica illa prima fronte presumitur irrationabilis. tex. est quem ibi Abba. dicit esse menti tenendum in c. ad nostram. in vlti. nota. s. eodem. hoc intellige, nisi sit consuetudo tanti temporis cuius initij memoria non sit in contrarium, quia illa presumitur rationabilis secundum Geminia. ⁊ Cardi. alexan. in c. frustra. viij. distinctio Jdem Abba. in consilio suo. xxvj. incip. in questione. in iiij. dubio. ⁊ clarius in consilio. suo. vij. incip. tria. circa primum dubium. colũ. penult. in ij. volu. vbi per hoc dicit valere consuetudinem tanti temporis, ꝙ prelatus capere possit pecuniam vltra procurationem tempore visitationis per adducta per eũ, maxime per tex. in argu. in l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidia. ⁊ esti.

207 †Aliam coniecturam pulchraꝫ colligo ex verbis Gemi. in c. accedens. in fi. l. distinctio. videlicet quando consuetudo disponit id quod disponebat ius antiquum correctuꝫ, quia tunc presumitur rationabilis. ⁊ propterea dicit ꝙ valet cõsuetudo ꝙ Abbas non sit sacerdos eo qꝛ de iure antiquo non erat necesse ꝙ esset sacerdoꝫ. facit tex. in c. ab exordio. xxxv. distinc. ⁊ in l. si vnus. §. pactus. versi. ꝙ in specie. ff. de pac. Alia est coniectura rationabilitatis, quando consuetudo est generalis. Jta Gemi. in c. illa. xij. distinc. ⁊ vide que dicam j. extra glos. conclu. viij. in j. limita. Doctrina tamen domini Anto. quam hic Abba. improbat potest sustineri, ⁊ eam sequitur Gemi. in c. j. de constitu. lib. vj. scꝫ vt consuetudo dicatur rationabilis de iure canonico, si tendit in felicitatem anime, de iure autem ciuili rationabilis dicitur si tendit ad bonum publicum. Nec obstat quod dicit Abba. de consuetudine aliqua que non est talis, vt in c. cũ dilectus. s. eodem cum similibus, qꝛ respondeo, ꝙ ibi potius est prescriptio, quam consuetudo, vt j. tradit. Abbas. post Joan. and. col. antepenult. versi. sed quero. Videtur etiam posse dici inherendo opi. Hostien. ⁊ Joan. and. ⁊ illam declarando, ꝙ cõsuetudo dicatur rationabilis, que ratione est subnixa, irrationa
208 bilis, que ratione caret, vt vis verbi sonat, †qꝛ bonum est arg. a vi verbi, vbi diffinitio vel auctoritas non repugnat. c. cum sm j. de preben. l. ij. §. appellata. ff. si cer. pe. ⁊ vtrobiq plene tradiť que autem ratio sit sufficiens. arbitrarium erit p. s. adducta.

¶ Aduertenduꝫ tamen est ad plura pro declaratione dicte cõclusionis. Et primo aduertendum est, qꝛ vt dicit Bal. in rubri.
209 supra eo. †sufficit ꝙ consuetudo sit rationabilis vt in quampluribus licet non in singulis. argu. l. nam ad ea. ff. de legib. posset exemplificari in consuetudine ꝙ extantibus masculis filie femine non succedant, que vt in quãpluribus est rationabilis, licet non in singulis vt experientia docet.

¶ Secundo aduertendum est, qꝛ ista rationabilitas que requiritur in consuetudine requiritur in ea consuetudine solum que est contra ius, ita Bald. hic col. ij. in fi. ⁊ sentit Abba. hic quãdo recitat opi. suam. in arti. premiss. ⁊ dicit post Cardi. flo. hic considerandum esse per iudicẽ, an sit contra ius, vel preter, quasi sentiat, ꝙ si est preter presumitur rationabilis, ⁊ ita etiaꝫ post multa concludit Barba. hic col. xiiij. vbi dicit ꝙ aut consuetudo est preter ius, ⁊ tunc presumitur rationabilis, eoipso ꝙ introducta est, aut est contra ius, ⁊ presumiť irrationabilis. allegat tex. in c. cum venerabilis. s. eo. idem dicit Aret. in consil. xliiij. incip. in proposita consulatione. ⁊ facit quod dicit Bald. in c. j. §. ij. col. iij. qui feu. dare possunt. ꝙ attendiť ꝯsuetudo in quo loco sedere debeat cantor in choro, ⁊ tamen in tali consuetudine non datur precisa rationabilitas. Et hoc comprobatur, qꝛ in his que sunt preter ius ⁊ positiua omnino sufficit voluntas pro ratione. glo. in l. j. §. j. in verbo ratus. ff. de postulan. quam glos.
210 per infinita ornat Fely. in c. si quãdo. col. ix. s. de rescri. †⁊ hac ratione attenta credo, ꝙ valeret consuetudo sine ratione contra ius positiuum, quando in sola voluntate esset fundatum ipsum ius, prout in aliquibus casibus contingit, in quibus ratio reddi non potest, vt dicit glos. in l. non omnium. ff. de legi. ideo
211 tunc in consuetudine non requireretur rationabilitas. †Et propterea dicerem ꝙ valeret consuetudo simpliciter inducta que minueret vel cogeret tempus. x. dierum ad appellandum, ⁊ ita clare decidit Bald. in rubri. s. eo. post princi. alia allegando, ⁊ hoc suadet ratio, qꝛ si lex eo casu est sine ratione, pari modo potest valere consuetudo sine ratione, qꝛ consuet. habetur p lege. c. consuetudo. j. distinc. l. de quibus. ff. de legibus. ⁊ in terminis est tex. in l. ꝙ non ratione. ff. de legibus, de quo dicam j. in vlti. aduertendo. facit etiam quod pulchre dicit Bal. in c. imperia
212 lem. §. preterea ducatus. de prohibi. feud. alie. per Fede. † vbi inquit ꝙ nullum est ius positiuum ꝙ consuetudine tolli non possit. Et hec nota bene. Pari ratione puto ꝙ consuetudo interpretatiua non requirat talem rationabilitatẽ, vt probatur in c. cum dilectus. s. eo. ⁊ hoc suadet qꝛ hoc casu non requiritur etiã ꝙ sit prescripta. vt dixi. s. in rubri. in iiij. sen. v. q. ⁊ infra dicam in glo. fina. in principio.

¶ Tertio aduertendum est, quod dicit Bal. hic apostillando istum tex. in verbo. rationabilis ꝙ non requiritur in consuetudine ratio stricte. i. inconuincibilis propositio, sed sufficit aliquod bonum motiuum. Et hoc suadet sonus verbi rationabilis, qui
213 denotat rationis habilitatem. ¶ †Quarto aduertendũ est pro declaratione premissorum, ꝙ rationabilitas consuetudinis dꝫ habere tres qualitates comites. s. vt religioni conueniat, vt discipline cõgruat, ⁊ vt saluti proficiat, ⁊ sic vt peccatũ excludat. tex. est in d. c. consuetudo. j. dist. que verba ibi declarant glo. ⁊ Archi. ⁊ Gemi. in c. erit aũt lex. iiij. distinc.

214 ¶ †Quinto aduerte, qꝛ si consuetudo sit tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, non requiritur ꝙ sit rationabilis, ⁊ ratio est, quia habet vim priuilegij, ꝙ in sola voluntate consistit, ⁊ hoc aduertendum sentit glos. sequens que ad

talem

talem consuetudinem non applicat requisita de quibus in ea. In hoc tamen dic vt per Jmol. hic colum.iiij.post Cardi.flor. videlicet q si ex eo q sit contra rationem inducatur peccatum, nullo tempore valet.vt in isto tex.dicitur. et faciunt que congerit Fely.in.c.ij.in principio de maioritate et obedientia. Si vero non inducatur peccatum valet vt per eos.et ad hoc aduerten dum vide que plenius dicam infra extra glo.in.viij. conclusio. in.j.limita.

215 ¶ † Sexto aduertendum est quia videtur q ista rationabilitas solum sit consideranda quantum ad consuetudinem inducendā, secus quo ad consuetudinem iam inductam, sicut in simili dicimus in lege q3 debet esse rationabilis respectu condentis eam qui debet ratione moueri. Sed postquam est condita lex subditi debent ipsam seruare, et oportebit iudicare secundum illam.c. erit autem lex.iiij.distinctione.et ita illum textum declarat Geminia.in.c.consuetudo.j.distinctione.facit text. in.l.prospexit .ff.qui et a qui.tex.tamen noster repugnat,quia vltra quod consuetudo sit inducta et prescripta requiritur qd sit rationabilis. Et hoc tenendo q necessario tenendum videtur ex quo text.est hic clarus cogita de responsione ad tex.in.d.c. erit autem lex. iiij.distinctione, nisi dicas q aliud est in.l.que a principe emanat,quia causa presumitur in principe,glo.est in.l.relegati.ff.de penis: et tradunt docto.plene in.c. que in ecclesiarum supra de consti.maxime Fely.ibi col.xx.versi.v.conclusio.que ratio cessat in consuetudine.

¶ Septimo aduertendum est circa predicta,quia pulchrum est intelligere in practica que consuetudines in specie sint irrationabiles,et in hoc dicas q plura exempla colliguntur ex his que supra dixi in.ij.notabi.plura etiam exempla colliguntur ex iuribus huius tituli,et ex glos.hic, et multa exempla tradit Joan. andr. hic tam de irrationabili q de rationabili consuetudine. Multa etiam exempla seu plura iura referentia consuetudines irrationabiles refert dominus Petrus rauen. in conclu. suis consuetudinis.carta.xij.Et vnum exemplum tradit Joan. calde.in repeti.c.postulasti. alias incipit nostro infra de peniten. et remissio.colum.fina. vbi dicit non valere consuetudinem tanquam irrationabilem q inferiores prelati possint concedere indulgentias,vel literas indulgentiarum, quia sic rumperetur omnis ecclesie disciplina. Contrarium tamen probat tex.cum glo. in.c.accedentibus infra de excessi.prelato. in fi.et ibi hoc tenet Abba.post alios in fi.per eos relatos, dicens q concedere tales indulgentias est iurisditionis, et q talia queruntur consuetudine,licet secus sit in his,que sunt ordinis, ex eo q ordo deficit in acquirente,vt pauloante declarat ibi Abba. et propterea nō posset inferior acquirere potestatem conferendi ordines vel cōsecrandi ecclesias per consuetudinem vt per eum per tex. in.c.

216 quanto supra eodem. † Unum etiam exemplum consuetudinis rationabilis tradit Ange.in consilio.xlv.incip. pater habens. vbi tradit de consuetudine diuidendi lucra mercature,quando vnus posuit personam vel labores,et alius pecuniam. Aliud tradit ipse Ange.in consilio.cclxxij.col.ij. incipien. primus punctus, scilicet vt valeat consuetudo q arbiter pronuntiet prout certus vel incertus iurisperitus consulet. Aliud exemplum est, q3 valet consuetudo diuidendi feuda dignitatum, vt inquit Jo. an.presupponens esse consuetudinem generalem in addi. Specu.in rub.de feu.versi.non omittam.Refert et sequitur Soci. in consilio.lxxvij.incip.visis inuestituris.col.vij.et tradit Fely. alia adducens in.c.que in ecclesiarum.circa penulti.car.supra

217 de constitu. † Aliud exemplum est, quia valet consuetudo q vxor succedat marito in bonis mobilibus etiam liberis extantibus,ita plene decidit Rota in nouis. sub titulo de consuetudine.decisio.j.et in antiquis. decisio.vij. eodem titulo. Aliud est exemplum,quia valet consuetudo conferendi aliquid in coronatione imperatoris,licet de iure nemo teneatur.l.vnica.C.de auro coronario.libro.xj.et ibi gl. dicit q de consuetudine iudei aliquid conferunt,et hoc refert pro notando dominus Martinus

218 laudensis in tractatu suo de principibus.in quarto no.† Aliud exemplum est,quia consuetu.qua mediante Ueneti et Genuenses eligunt sibi Duces tollerante Imperatore,rationabilis dicitur,ita Bald.in.l.decernimus.C.de sacrosanctis ecclesijs colum.j. Aliud etiam exemplum consuetudinis rationabilis tradit Cepol.in consilio.xl.incipien.lucius.in.vj.dubio,vbi dicit valere consuetudinem q in loco tormentorum examinentur diffamati. Alia infra refero,et plura retuli supra in quarto notab. Et aliud pulchrum exemplum collige ex his que tradit Bald. in consilio suo.ccccj.incipien.in feudo.in.v.volu. et in consilio suo.cclxxv.incipien. quod pro regula in feudis traditur, vt in

219 ij.volu. † vbi dicit q valet consuetudo q femine succedant in feudis seu dignitatibus regalibus. Item secundum eum valet consuetudo q vasallus possit testari de feudo. Et q valeat consuetudo q femine succedant in feudis etiam tradit Cardi.in cō silio.lxiiij.incipien.casus.in fine.alleg.text.in.c.significauit in

220 fra de testi.et alia.† Aliud etiam est exemplum in consuetudine generali, que habet q res delate per fraudantem gabellam indistincte confiscantur non considerato cuius sint res,nam talis consuetudo valet,licet ille deferens teneatur ad interesse domino rerum,ita Bald.post Barto.per eum relatum in.l. fin. circa medium.C.de nauti.feno.Exemplum aliud est in consuetudine percipiendi aliquid pro sepultura ex post,q3 valet iuxta. c.ad apostolicam.j.de simo.Rota tamen semper,q non sufficeret curato probare se fuisse in possessione percipiēdi nisi probet q solutio fuit facta ex deuotione fidelium,ita Pau. de cast.in consilio.ccccj.incipien.viso processu. in fi. in noua impressione antiquorum.Et plura que requiruntur ad talem consuetudinem tradit idem in consilio.ccclxij.incip.circa prin.in eadem impressione,et in dubio talis consuetudo presumitur causa cupiditatis et auaritie inducta, vt inquit Bellame. in consilio.xxxj.incipi.

221 q mulier.col.iiij.in fi.† Aliud exemplum est,q3 non valet consuetudo disponens,q antequam aliquis recipiatur in canonicū prebendatum,q prius renuntiet beneficijs,que obtinet,q3 videtur inhonesta, ita formaliter decidit Rota in antiquis sub hoc titu.decisio.iiij. Aliud est exemplum,q3 non valet consuetudo, q quis sit episcopus et canonicus in eadem ecclesia,q3 impossibile est q eodem tempore quis sit pater et filius,ita Archidia. in.c.cum in ecclesia.de prebend.libro sexto.contrarium tamen tenent Joan.de lig.Joan.an.et Philippus de peru.ibi ex ra

222 tione de qua per eos.† Aliud exemplum est,q3 non valeret cō suetudo,q homines disparis professionis vel habitus simul in eodem monasterio sociarentur, q3 talis consuetudo esset rationabilis.tex.est in clemen.j.de elec. hoc tamen non procederet quando in eadem ecclesia essent clerici disparis professionis vel habitus,et tamen haberent collegia diuisa,et separata, et prelatos diuersos,prout est ecclesia diui Ambrosij Mediolani, vbi est duplex collegium monachorum, scilicet et canonicorum regularium,et in ecclesia sancti Augustini Papie,vbi sunt canonici regulares,et fratres mendicantes. et de consuetudine ecclesie diui Ambrosij,q valeat,satis presupponit glo.in.d. clemen.j. in verbo societur. multa etiam exempla in quibus consuetudo non tenet tradit communis preceptor domi.Jas.in d.l. de qui

223 bus.col.xvij.ff.de legi. † inter cetera ponit exemplum in consuetudine torquendi iudices vel doctores vel decuriones, que non valet,et sic est irrationabilis.l. omnes iudices.C. de decu. libro decimo.et ibi Bar.not.talis enim consuetudo videtur esse contra honestatem, que suadet talibus personis esse deferendum. argumen.c.sane.el.ij.infra de offi.delega.facit.l.fi.ff.de decu. Et consuetudo contra honestatem non tenet,vt dixi supra in pre

224 dicto notabi.iij.† Aduertendum tamen est, q licet consiliarij ciuitatis loco decurionum habeantur,tamen valeret consuetudo,vt ipsi torqueri possent,et suspendi,ita Gandi.in tracta.malefi.in rubri. nunquid consiliarij ciuitatis possint torqueri. vbi dicit q ita vidit consuli,et obseruari auctoritate consuetudinis. idem Odoffre.in tracta.suo de questionibus. in fine. idem Alberi.et Sali qui dicit q in Lombardia consiliarij ciuitatis non gaudent priuilegio decurionum,maxime quo ad torturam in.l. diuo Marco.C.de questio.idem firmat plene Cepol.in consilio suo.xl.incip.lucius.col.iij. Aliud pulchrum exemplum colligitur ex tex.in.c.ij.infra de probat. Aliud colligitur in.c.sacratas.xxiij.distinc.vbi reprobatur consuetudo q moniales et sacrate tangant vasa sacrata vel ponant incensum vel thus in altari. Aliud exemplum collige ex eo quod tradit Areti.in con

225 silio.xxiij.incip.in presenti consultatione.in fi.† vbi dicit q nō valet consuetudo nisi esset inducta ex legitima causa que haberet q minor dignitate tempore vel ordine preferreretur maiori, et assignat rationem,q3 talis consuetudo est scandalosa et destructiua veritatis et contra rationem naturalem,et allegat iura et auctoritates. Aliud exemplum est, q3 non valet consuetudo ecclesie vt possit quis assumere honorem, qui communiter illi ecclesie non conceditur,puta vt canonici sint Cardinales, vel vtantur insignibus episcopi,ita traditur per docto. in.c. catholica. xj.distinctione.et in.c.cum olim supra eo.et per do. Pet.rauē. in conclu.suis consuetudinis.col.xv.et hoc facit cōtra ecclesiam Mediolanensem,in qua canonici cathedralis ecclesie Cardi

nales vel ordinarij appellantur, et ita in Beroaldo suo semper nominantur, tamen quia nudo nomine Cardinales dicuntur, satis valet talis consuetudo vt in simili dicunt glo. et docto. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j.

226 ¶ † Aliud etiam est exemplum, quia consuetudo quod bigamus non puniatur a laico non tenet tanquam irrationabilis text. est in cap. j. de biga. libro sexto. Aliud exemplum tradit Bal. in consilio. cccxlix. incipie. si hoc queritur. in. v. volu. videlicet, vt non valeat consuetudo quod credatur scripturis campsorum, tam pro se quam contra se. licet hoc firmare nolit, dicens quod est questio satis dubia, et eodem modo loquendi vtitur Areti. in consilio. xlv. incipien. visis articulis. in fi. refert tamen Bald. alibi singulariter firmare exemplum predictum. tamen Cepola in consilio. xl. incipien. lucius. in. vj. dubio firmat, quod non valeret consuetudo, quod credatur omni scripture mercatorum, quia esset indiscreta et tenderet ad falsum committendum. alleg. Bal. in l. vnica. col. v. de confes. et dixi supra de hoc plene in. iij. notabi.

227 † Aliud exemplum trado, quia valet consuetudo et rationabilis est, quod mitius puniatur aggressor quam ille qui facinus ad effectum producit, ita Fulg. dicens quod est generalis consuetudo in consilio. cxlix. incipien. super inquisitione. ad fi. Aliud exemplum consuetudinis irrationabilis ponit Bald. supra in rubri. huius tituli circa princi. scilicet in consuetudine que haberet quod vir teneatur dotare vxorem, talis enim consuetudo secundum eum esset irrationabilis. alleg. tex. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verborum obligatio. vbi pactum eo

228 modo factum tanquam ratione carens improbatur. † Item posset poni exemplum in consuetudine, vt teneat sententia a non suo iudice lata, quia non valet tanquam irrationabilis. textus est not. in cap. ad nostram supra eodem. Item potest poni exemplum in consuetudine habendi plures prebendas vel distributiones in eadem ecclesia, quia non valet vt not. in cap. literas. per illum tex. de concessio. prebenda. idem dicit Cardi. floren. in consilio suo. liij. incip. casus talis est. Aliud exemplum est, quia non valet consuetudo quod in instrumento non ponatur locus nec dies, ita decidit Rot. in antiq. sub titu. de consuetu. decisi. vj. incip. vtrum valet. et dixi supra in. iij. notabi. idem dicit Rota in anti.

229 sub hoc eodem titulo. decisi. fina. † Aliud exemplum datur in casu capit. ij. de consuetu. libro sexto. vbi dicitur quod non valeret consuetudo quod appellaretur a vicario episcopi ad episcopum, quia non est consona rationi ex quo idem auditorium est vtriusque vt ibi dicit text. Item vt ibi dicit glo. que reputatur singularis in glo. magna circa medium, non valeret consuetudo vt appellaretur ad minorem, quia esset contra substantiam appellationis. et illam glo. sequuntur docto. ibi et dominus Antonius hic col.

230 iiij. in repeti. † dicens quod consuetudo contra substantiam continet impossibilitatem, ideo dicitur irrationabilis. Abba. tamen in cap. fina. in notabi. de dilatio. dicit ideo eam irrationabilem esse, quia non conuenit quod minor corrigat factum maioris. c. cum inferior. de maioritate et obedien. cum similibus. Et quod talis consuetudo non valeat firmant etiam doct. in rubri. infra de appella. maxime Abba. et moder. ibi vbi declarant quid dicatur substantia actus allegando maxime Bald. in l. si ex pretio. in fine .C. si certum petatur. vbi dicit quod multis modis capitur substan

231 tia, † et quid differant substantia, forma et solennitas tradit bal. pulchre in repe. l. penul. colum. ij. C. de sacrosanctis ecclesijs que autem dicatur solennitas substantialis et que non, tradit Bar. et post eum moder. plene in l. vniuersa. C. de preci. impera. offeren. Premissam etiam conclusionem, scilicet vt non valeat consuetudo contra substantiam actus tradit Alexan. in l. de pupil

232 lo. §. qui nuntiat. ff. de noui operis nuntia. † Scias tamen quod licet non valeat consuetudo contra substantiam actus, tamen hoc non procedit in substantia vel substantialibus a iure positiuo introductis. Ita colligo ex doctrina Bart. in extrauagan. ad reprimendam. in verbo et figura. circa princi. vbi loquitur de substantialibus iudicij que tolli possunt. Item scias quod aliud est in solennitatibus, quia consuetudo posset illas tollere vt per Alex. in d. §. qui nuntiat post alios per eum relatos. et facit quod dicam infra extra glo. in. v. questione in. ij. illatione. ad finem. vbi tangam an valeat consuetudo quod stetur instrumento in quo dicitur interuenisse cause cognitionem, cum tamen de illa non appareat. Item an valeat consuetudo derogans solennitatibus re

233 quisitis in alienatione rei minoris, † facit quod dicit Abba. in d. rubri. de appella. colum. j. .. quod valet consuetudo tollens accidentalia appellationis. exemplum. valeret consuetudo vt appellatio fieri posset omisso medio. ita glo. in dicta cap. ij. de consuetu. libro sexto. et sequuntur moder. in d. rubri. idem dicit Joan. de anania in consilio. lj. incipien. in causa illorum de monticulo. in fine facit etiam text. in l. fina. C. de testamen. vbi valet consuetudo tollens solennitatem testium in testamento, et pulchra similia tradidi supra in. iiij. nota. in illationibus in quibus ibi, et infra maxime extra glo. plurima referam.

234 ¶ † Ex isto casu et exemplo irrationabilis consuetudinis supra proxime relato posset inferri, quod non valeret consuetudo, quod precarium non posset reuocari ad beneplacitum, quia esset contra substantiam precarij. l. cum precario. ff. de preca. et sentit glos. in d. cap. ij. et idem si esset consuetudo non reuocandi procuratorem, quia esset contra substantiam talis actus, vt tradunt glos. et docto. in cap. fina. de procu. libro sexto. vbi loquuntur in simili de

235 pacto non reuocandi procuratorem quod non valet. † Idem si esset consuetudo de non reuocando testium vel similes, quia non valerent. et ratio est, quia essent contra substantiam predictorum actuum, vt dicit Bar. in d. l. cum precario. Sed considera quod licet non valeat pactum in casibus predictis, quia nemo potest facere quin leges locum habeant in actibus suis. l. nemo potest. ff. de lega. j. tamen videtur, quod consuetudo valere debeat, quia substantia que est in precario et in alijs similibus supra relatis, vt possint reuocari ad beneplacitum, videtur inducta a iure positiuo, de quo in d. l. cum precario. et per glos. et docto. in dicta cap. fina. et per text. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iij. vbi traditur conclusio quod nemo potest sibi imponere legem a qua recedere non liceat, sed vt supra dixi substantialia a iure positiuo inducta tolli possunt per habentem potestatem, ergo predicta substantialia tolli poterunt per consuetudinem que dicitur lex. §. ex non scripto. insti. de iure naturali hac tamen respectu precarij maxime pro nunc non firmo, quia tex. in l. j. ff. de preca. dicit quod liberalitatis precarij genus ex iuregentium descendit. Item respectu ipsius precarij et aliorum similium supra relatorum esset considerandum, an talis consuetudo de non reuocando rationabilis esset, et super hoc cogita quia nemo attingit. Multa etiam exempla consuetudinis rationabilis tradit Joan. and. hic, et a pluribus legibus et cano. diuerse consuetudines tanquam valide et approbate referuntur, vt etiam tradit domi. Pet. rauen. in dictis suis allega. consuetu. car. x. et multa tradidi ego supra in. iiij. nota. et alia exempla vide in varijs iuribus videlicet in. c. nouit. in versi. non enim infra de iudi. in. c. certificari. de sepul. in. c. sup eo. de cog. spiri. in. c. de trina. de consecra. distinctio. iiij. in. c. j. xvj. distinctione in. c. vtinam. lxxvi. distinctione in. c. cum omnes supra de consti. in. c. ij. et in. c. cum olim supra eodem. in. c. ij. de cle. egro. in. c. ex parte infra de concessio. prebend. in. c. cum ad quorundam. lxxxiiij. distinctio. in. c. pudenda. xxiiij. q. j. in. l. item eorum. in principio. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine in. l. et fine. §. lucius. ff. de admini. tuto. in. l. iij. §. non tantum. ff. quod vi aut clam. in. l. non tantum. ff. de decu. in. l. semper. §. legem. ff. de iur. immu. in. l. fi. C. de testa. in. l. missi. C. de exactio. trib. lib. x. in. l. j. C. de peti. bonorum subla. lib. x. in. l. si fundus. ff. de euict. in .l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fun. instr. in. l. si seruus plurium §. fi. ff. de lega. j. in. l. vel vniuersorum. ff. de pig. actio. in. l. excepto. C. loca. in. l. si publicanus. in fi. ff. de publi. in. l. parabolam

236 .C. de epi. et cle. in. l. j. §. fi. ff. de ven. inspi. † Et aliud exemplum consuetudinis rationabilis tradit Abba. in. c. extirpande. §. qui vero. de preben. circa fi. vbi dicit quod valet consuetudo, quod rector ecclesie possit ad modicum tempus deseruire in ecclesia per vicarium, et alia plurima exempla in diuersis iuris partibus relata reperies, et in specie multa congessi supra in. iij. et. iiij. notabi. in textualibus, et etiam multas consuetudines in specie referam infra extra glos. in conclu. quas assumam ex doctrina Abba. maxime in. v. conclusione vbi tractabo de consuetudinibus ecclesiarum vel clericorum, et multas consuetudines in specie ra

237 tionabiles refert glo. in cap. frustra. viij. distinctione. † Et nota quod vbi aliqua lex refert consuetudinem, si illam non improbat, videtur approbare. hoc mihi tex. iuncto notabili penultimo abbatis ibi in cap. si clericus laicum infra de foro competenti, facit tex. et quod ibi no. docto. maxime Barto. et Pau. de cast. in. l. bona fides. ff. depositi. et in. l. si idem cum eo. §. fi. ff. de iurisditione omnium iudicum. et ibi moderni plura ad propositum congerunt.

¶ Octauo aduertendum est, quia videtur impossibile id quod presupponit text. in isto capi. scilicet quod consuetudo contra. l. sit rationabilis. hoc probat Abba. hic post Joan. and. colum. viij. quia lex est rationabilis cap. erit autem lex. cum similibus quarta distinctione. Ergo consuetudo contraria erit irrationabilis, quia si vnum

si vnum contrarium est bonum aliud est malum.c. hospitiolu3. xxxij.distinc.cum similibus. Pro solutione dicit Abba. ꝙ diuersis respectibus vel diuersis rationibus consideratis lex dicetur rationabilis, ⁊ etiam consuetudo ⁊ contraria rationabilis
238 erit, ⁊ hoc probat ⁊ exemplificat vt per eum. † Ex quo habes bonam doctrinam ad mille proposita, videlicet ꝙ duo contraria diuersis respectibus cõsideratis procedere possunt. Et hãc doctrinam soleo adducere plerumqꝫ ad soluenda argumenta q̃ fiunt contra continuationes vel situationes rubricarum.⁊ hanc doctrinam etiam tradit ⁊ plenius domi. Anto. hic in lect.col. penulti.⁊ in repe.col.iij.allegando inter cetera glo.in.c.j.infra de collusio.deteg.facit etiam tex.in.c.quia non debet. de consangui.⁊ affin.vbi dispositiones contrarie diuersis temporibus consideratis procedunt, non enim debet irreprehensibile iudicari si secundum varietatem tempoꝝ statuta variantur humana,qꝛ etiam deus idem fecit,vt ibi tex.dicit, ⁊ sic vna lex vno tẽpore est equa ⁊ sancta,⁊ alio tempore iniqua,vt ibi ponitur exẽplum,⁊ alia ad comprobationem huius doctrine refert Barb. hic colum.xv.facit etiam glo.in.c.ij.de arbi.libro sexto. in ver
239 bo ciuilis.† Item facit qꝛ idem verbum ad diuersas personas relatum potest quandoqꝫ diuersimode intelligi.c.cu3 dilectus. ⁊ ibi Abba.in.vj.nota.supra.eo.glo. in.l.iij.ff.de offi. procon. ⁊ leg.item facit qꝛ vnum ⁊ idem diuerso respectu potest esse cõsuetudo ⁊ etiam prescriptio,vt inquit Joan.and.in.c.ij.de consuetudine.lib.vj.⁊ Abba.j.col.pe.
240 ¶ † Nono aduertendu3 est, qꝛ licet consuetudo irrationabilis ⁊ inhonesta non teneat, tamen consuetudo ipsa tollerari potest quando immineret scandalu3,ita Joan.and. post Joan.mona. in.c.ij.de preben.lib.vj.⁊ firmat Cardi.floren. in consilio suo. lvij.incipien.pro magnifico domino comite.facit text.⁊ que ibi plene congerit Fely. post alios in.c. nihil cum scandalo infra de prescriptio.
241 ¶ † Decimo aduertendum est, ꝙ consuetudo debet esse rationabilis,etiam ꝙ sciente principe inducatur, alias non valet,ita Abba.infra in ver.quinto requiritur.in fi. ⁊ hoc est vtile, quia aliud est in.l.que a principe emanat, quia lex principis licet deberet fieri cum ratione, tamen si facta esset sine ratione nõ esset disputandum de eius validitate capi.erit autem lex.in fi.iiij.distinctione facit.l.prospexit.ff.qui ⁊ a quibus.⁊ tex.in cap.in memoriam.in principio.xix.distinctione.An autem allegans consuetudinem debeat probare ꝙ sit rationabilis, vide que dico.j. extra glo.in.viij.conclusione.in prima limitatione.
242 ¶ † Ultimo aduertendum est,quia aliqui tenent,ꝙ licet consuetudo,que est contra ius canonicu3, debeat esse rationabilis, tamen secus in consuetudine que est contra ius ciuile, ita sentit Joan.and.in addi.Specu.in titu.de instru.edi.§.compendiose.versi.sed nunquid.⁊ Jmola hic quos refert ⁊ sequitur domi. Petrus Philippus corneus in consilio suo.ccxciij. incip. circa supradictam consultationem colum.ij. in fi. in primo volu.⁊ de hoc videtur esse glos. in.l. domini prediorum.C. de agrico.⁊ censi.lib.xj.Jdem presupponit Areti. alias auctoritates allegans in consilio suo.xliiij.incipien.in proposita consultatione.⁊ clarius in consilio sequenti. vbi presupponit valere consuetudinem ꝙ credatur libris mercatorum in omni causa, ⁊ tamen secũdum eũ,idest irrationabile, de quo tamen vide que.s.dixi in textualibus.notabili tertio,⁊.s.in.vij.aduertendo.

¶ Sed differentia predicta inter ius canonicum ⁊ ciuile videtur contra mentem aliorum doctorum indistincte loquentium ⁊ hic ⁊ in alijs locis, vbi hec materia tangitur. Et idem videtur presupponere Abbas in consilio.iij.in.xxij.questione.⁊ in consilio.vij.incip.tria.circa primum dubiu3.col.penul. in secundo volu.⁊ confundi videtur ista differentia per tex.istum qui clare loquitur,⁊ requirit consuetudinem esse rationabilem,⁊ ex eo ꝙ hoc est clare decisum de iure canonico, nec reperitur ius ciuile in contrarium.seruandum erit ius canonicum in vtroqꝫ foro.c. j.⁊ ibi not.de noui operis nuntia. Sed tenendo opi.predictoꝝ doctoru3 possemus dicere, ꝙ de iure ciuili alia opinio clare probatur in.l.ꝙ non ratione.ff.de legibus.vbi dicitur,ꝙ consuetudo,que non est cum ratione,tenet licet non extendatur, ⁊ patet in exempto gl.ibi,dicit tamen Cardi. floren. hic questio.xxxij. circa medium ꝙ ille tex. intelligitur de consuetudine contra rationem,ita tamen ꝙ non inducatur peccatum, ⁊ sic intelligitur in ratione iuris positiui,vt declarabo infra in tertio requisito cõsuetudinis,⁊ hac declaratione attenta videtur corruere differẽtia predicta,quia etiam de iure canonico consuetudo contra rationem iuris positiui, ex qua peccatum non inducitur valet, vt probatur in isto tex.Sed adhuc considera, quia irrationabilitas consuetudinis videtur considerari per docto.hic alio respectu,ꝙ̃ respectu peccati. vt dixi supra in principio huius glos.⁊ tamen dicunt ꝙ stante tali irrationabilitate non tenet. Conclusiue dicta differentia mihi non placet,vnde teneo, ꝙ etia3 in foro ciuili seu in consuetudine contra ius ciuile idem sit, quod in consuetudine contra ius canonicum,scilicet vt non valeat, si sit irrationabilis per istum text. qui clare loquitur. Et propterea etiam in foro ciuili seruandus est,vt predixi, nec obstat text.in dicta lege ꝙ non ratione,quia ille tex.intelligitur in consuetudine contra rationem,idest contra legem,vel intelligitur de ratione iuris positiui.vt supra dixi.⁊ declarabo infra in glos. fina.in tertio requisito consuetudinis. Sed quando consuetudo esset contra rationem naturalem vel alias irrationabilis esset, secundum arbitrium boni viri, vt declaraui in principio huius glos. absurdum esset dicere, ꝙ valeret etiam de iure ciuili. Et hoc comprobo ex tex. non extorquendo literam in.l.ij.C. que sit longa consuetu.vbi dicitur,ꝙ consuetudo licet sit auctoritatis non
243 vilis,tamen non vincit rationem.† Item comprobo,quia statutum irrationabile etiam de iure ciuili non tenet,vt tradit Bar. in lege omnes populi.in tertia questione principali.versicu.tertio.iuxta predicta.ff.de insti.⁊ iure. ⁊ Abba. ⁊ posteriores.in cap.cum omnes supra de constitu. Tertio comprobo argumẽ. tex.in cap.erit autem lex quarta distinctione. vbi dicitur ꝙ lex debet esse rationabilis ⁊ honesta, ergo eadem ratione idem erit in consuetudine. Ultimo facit vna conclusio quam infra extra glos.formabo post Abba. que conclusio habet ꝙ consuetudo contra ius naturale non tenet,ergo non tenebit contra rationẽ naturalem,⁊ illa conclusio loquitur indistincte.

Glos. finalis magna diuiditur in duas partes, vt etiam diuidit Abbas. Jn prima enumerat requisita ad consuetudinem inducenda3. Jn secunda ponit multas differentias inter consuetudinem ⁊ prescriptionem. secunda est ibi, sed quam differentiam.

¶ Circa primam partem glos. collige ex ea tres conclusiones ad quas poterit ista glo.allegari.

¶ Prima conclusio est,ꝙ plura requiruntur ad consuetudinẽ inducendam,de quibus videbimus.j.ordinatim. Et ista requisita etiam refert glo.in.c.frustra.viij.distinc.

¶ Secunda conclusio est,ꝙ cõsuetudo debet probari, de quo etiam infra videbimus.
244 ¶ † Tertia conclusio est, ꝙ difficilis est probatio consuetudinis,immo dicit Hosti.quẽ refert Jo.an.hic col.vj. ꝙ est quasi impossibilis tñ de modo eam probandi.j. videbimus extra glo.

¶ Circa primã ꝯclusionẽ discutiẽda sunt reqsita ꝯsuetudinis.

¶ Primum est consuetudinis requisitu3,ꝙ consuetudo debet esse rationabilis,vt in tex.nostro dicitur.Sed circa hoc requisitum aliter non insisto,qꝛ in precedenti glo. vbi bene etiam cadebat fuit expeditum ⁊ declaratum.
245 ¶ † Secundum requisitu3 est,ꝙ consuetudo debet esse prescripta ad hoc vt valeat vt in isto tex. dicitur.concor.text.in.c.cumana.⁊ ibi Abb.in.ix.col.j.de elec.⁊ in.c. non est putanda.de consuetudine.lib.vj.⁊ in.c.cum de beneficio. de preben.eo.li. Et dicit Bald.in.l.de quibus colum.ij.ff.de legibus. ꝙ cõsuetudo similis est homini qui non perficitur, nisi temporis cursu,
246 ⁊ quando dicitur prescripta † declarat Abbas hic dicẽs ꝙ cõsuetudo dicitur prescripta, quando est obtenta per cursum temporis requisiti ad prescriptionem. Sed aduerte qꝛ postea dicit vnum quod repugnat huic doctrine sue, dum dicit ꝙ ius ciuile nunquam requirit consuetudinem esse prescriptam. Nam de iure ciuili etiam tempus ad inducendam consuetudinem requiritur vt in titulo.C.que sit longa consuetudo. per totum.⁊.j.dicetur post Abba.ergo predicta doctrina non videtur bona bart. in repe.d.l.de quibus.in.ij.questione principali. ver.iuxta predicta.dicit ꝙ consuetudo dicitur prescripta non obstãte fundamento Pet.⁊ Cyn.ibi quod hic Abba.refert.Dicebant eni3 prefati docto.ꝙ consuetudo nõ potest dici prescripta qꝛ prescriptio concernit ius formatum vt dominiu3. Sed consuetudo est ius disponens,ergo non potest dici prescripta vel disposita,sed dicit Barto.ꝙ consuetudo ideo dicitur prescripta, quia inducit ius ad similitudinem prescriptionis seruitutis,que inducit illud ius, quod prius formatum non erat, qua doctrina attenta presupponit Bar. ꝙ ita de iure ciuili sicut canonico cõsuetudo debeat esse prescripta. Et cu3 Bar.transeunt ibi cõiter alij,⁊ in specie cõis preceptor ibi col.x.reprobando Ang. q ibi dicebat ꝙ de iure ciuili non reqrit̃ ꝙ consuetudo sit prescripta.idẽ pre-

supponit Bald. ibi in repeti. columna secunda. dicens ꝙ consuetudo dicitur prescripta, idest roborata ad similitudinem prescriptionis. ⁊ dicit dominus Antonius hic in repeti. columna. xxv. ꝙ ideo sic dicitur, quia inducit effectum prescriptionis, idē in effectu dicit Cardi. Alexand. in capitu. frustra secunda col. viij. distinctione. Et nota ꝙ idem videtur dicere consuetudo prescripta, quod consuetudo inducta. glos. est in. l. nemo. §. temporalis. ff. de regulis iuris. Sed tu considera ꝙ immo verissimum est, ꝙ iura ciuilia loquentia de consuetudine non requirūt eam esse prescriptam prout faciunt iura canonica, ⁊ hoc videri potest ex lectura legum de hac materia loquentium. Item considera ꝙ attenta dicta doctrina Bar. potius deberet dici consuetudo prescribens ꝙ̄ prescripta.

¶ Unde pro resolutione huius difficultatis dicas, ꝙ consuetudo prescripta dicitur ad differentiam consuetudinis nondū inducte, que mos vel vsus appellatur, ⁊ sic dicitur ad differentiā consuetudinis facti, de qua supra in rubrica fecimus mentionē, ita dicit Joan. de imol. post Cardi. florenti. in capitu. ex parte astensis columna penulti. de concessio. prebenda. idem Cardi. hic questione. ix. in fi. ⁊ idem est dicere consuetudo debet esse prescripta, ꝙ dicere consuetudo requirit diuturnitatem temporis, vt dicit hic Cardi. floren. questio. xxx. ⁊ hoc est quod voluit dicere Bald. in dicta. l. de quibus. ⁊ Abba. hic ⁊ dicit Barba. hic colum. xxij. ꝙ licet iura ciuilia loquentia de consuetudine non vtantur illo modo dicendi, scilicet ꝙ consuetudo debeat esse prescripta, tamen vtuntur simili modo, vt in. l. diuturna. ⁊ in. l. sed ea que in verbo per plurimos annos obseruata sunt. ⁊ in. l. si de interpretatione in ver. in huiusmodi casibus via sit. ⁊ in. l. de quibus. in verbo inueterata. ff. de legi. ⁊ in. l. fina. in ver. antiquitus ꝓbata ⁊ tenaciter obseruata. ⁊ in. l. ij. in verbo vsus longeui. ⁊ in. l. j. in verbo longa consuetudine. C. que sit longa

247 consuetu. † Et si queras quare iura canonica vtantur hoc termino prescripta ⁊ non sic iura ciuilia. Abba. hic respondet vt per eum. Sed hanc responsionem prius dedit domi. Anto. hic in lectura colum. iiij. plenius loquens, ⁊ in repet. colum. xviij. ⁊ sequenti. dicunt enim in effectu prefati docto. ꝙ de iure canonico consuetudo dicitur prescripta, quia quasi prescribitur contra iura superioris per consuetudinem, que iura non possunt directo tolli per clericos capitu. ꝙ super his. de maioritate ⁊ obedientia. cum similibus, sed laici possunt directo tollere leges superiorum, vel principis ex potestate eis data ab ipso principe, per. l. omnes populi. ff. de insti. ⁊ iure. vnde si inducunt consuetudinem contra legē, non est opus, ꝙ prescribant contra ipsā legem, quia illam possunt directo tollere per statutum, ideo de iure ciuili non dicimus consuetudinem esse prescriptam, que ratio est colorata. ⁊ hanc rationem etiam in effectu tradit Barb. hic. col. xxij. tacita auctoritate domi. Anto. ⁊ Abba. licet per alia verba loquatur. Sed pro certo attenta ista ratione deberet potius appellari consuetudo prescribens ꝙ̄ prescripta, attamen quia compilatores canonum hoc modo loquendi vsi sunt, non possumus refragari, ⁊ licet iura ciuilia non appellent consuetudinem prescriptam, tamen canonibus non contradicunt, ⁊ propterea doctores iuris ciuilis plerumq̄ vtuntur eodem modo loquendi. ita loquitur glos. in dicta. l. nemo. §. temporalis. ff. de regulis iuris, ⁊ alij docto. supra relati. ⁊ Bald. in. l. fina. C. que sit longa consuetudo. ⁊ in capi. j. de cog. feud. in principio.

248 † Nota tamen vnum ꝙ vbicunq̄ ius facit mentionem de consuetudine legitime prescripta, propter istam adiectionem requiritur ꝙ sit quadragenaria, licet non sit contra ius. tex. est iuncta glo. in capi. cum de beneficio. de prebend. libro sexto. Idē glo. in. c. fina. de consue. eo. libro. ⁊ ibi Joan. and. in nouella. ⁊ Cardi. Alex. in. c. mos est. j. distinc.

¶ Requiritur ergo vt dictum est, ꝙ consuetudo sit prescripta ad hoc, vt valeat.

249 ¶ † Limita tamen, vt hoc non procedat in more vel vsu, q̄r in his casibus in quibus ipse mos vel vsus attenditur sufficiunt aliqui actus sine temporis cursu. ita domi. Ant. hic pulchre in repeti. versi. visa materia. col. xxij. post Nicol. matarel. in. d. de quibus. facit tex. in. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. ⁊ in. l. titianus. ff. ꝙ cum eo.

250 ¶ † Secundo limita, vt non procedat in obseruantia vnius curie, vel stilo, vel in consuetudine interpretatiua, vt dicit domi. Anto. hic in dicto versi. visa materia. ⁊ Alexan. in consil. cvij. incipien. pro inuestigatione. colū. fina. in. ij. volu. ⁊ idem sentit in consilio. xxxvj. in fine. eo. volumi. incip. viso themate. ⁊ dixi in rubri. supra eodem. ⁊ bene probatur in isto text. qui requirit consuetudinem esse prescriptam, quando est contra ius. ⁊ idem vult Abba. hic clare. sed q̄r Abba. loquitur in omni consuetudine que non est contra ius id non affirmo, nisi in consuetudine interpretatiua, quia alia que est preter ius requirit decem annos vt dicetur infra.

251 ¶ † An autem appellatione consuetudinis intelligatur de prescripta. vide Abba. pulchre in cap. cumana. in. ix. notabili. de electio. post Joan. andr. ⁊ domi. Anto. ⁊ domi. Alexand. qui alia allegat in. d. l. de quibus. in principio. in apostillis ad bar. ⁊ concludunt prefati docto. ꝙ sic per text. in dicto. c. cumana. nec alibi ita bene probatur vt inquit Joan. an. ibi. Et dicit bal.

252 in. c. j. de feu. cogni. † ꝙ consuetudo antequā sit prescripta nō dicitur consuetudo, sed voluntas inducendi consuetudinē. ⁊ dicit Bald. in. d. c. cumana. ꝙ non dicitur perpetua ⁊ vera consuetudo nisi sit prescripta, hoc tamen non procederet, quando hoc verbum esset prolatum in materia larga, puta in libello, q̄r si quis dicat, ꝙ consueuit eligere, sufficit, ꝙ probet, ꝙ aliquando elegit, ⁊ sic tūc intelligitur de consuetudine ēt nō prescripta capi. querelam. de electio. per quem tex. ita dicunt domi. Anto. ⁊ Abba. in. d. c. cumana. dicunt tamen domi. Anto. ⁊ Abba. ibi ꝙ vbi ad fundandam intentionem libellantis requireretur consuetudo prescripta, ꝙ tunc de tali intelligeretur libellus per. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi.

¶ Ulterius circa istud secundum requisitū in quo dictū est, ꝙ dicitur consuetudo prescripta ea ratione, quia clerici inducēdo consuetudinē contra canones quasi prescribunt contra ip-

253 sos canones, querit Panormi. de pluribus. † Et primo querit de ratione quare per clericos posset induci consuetudo contra canones, ⁊ non sic posset fieri statutum contra ipsos canones, ⁊ dicit hoc videri mirabile. Item querit quare personis secularibus fuerit concessum vt possint statuere contra. l. imperatoris, non sic fuit concessum viris ecclesiasticis statuere contra canones. Et incipio ab hoc vltimo vt sequar ordinem Abba. Dicit Abbas eam rationem esse vt ideo laicis sit indultū, vt possint statuere contra leges imperatorum, ⁊ non clericis contra canones, q̄r ius ciuile finaliter tendit in bonum publicum ⁊ vtilitatē priuatorum, ius vero canonicum tendit dirigere hominē in deū ⁊ licet nihil alleget ad hoc poterat allegare glo. in. c. cum contingat. de iureiurando. Laici igitur possunt statuere contra leges, q̄r id eis imperatores concesserunt, attento ꝙ leges ciuiles continent ipsorum laicorum vtilitatem, ⁊ vtilitati ac fauori suo quisq̄ renuntiare potest. c. ad apostolicam. de regula. l. si quis in conscribendo. C. de pact. ⁊ in cap. j. de renun. libro sexto. vbi dicitur ꝙ etiam papatui posset papa renuntiare, sed clericis id non est indultum contra canones, quia statuta contra ipsos canones repugnarent fini eterno ⁊ bono anime. Istam rationem refert ⁊ sequitur communis preceptor in. l. omnes populi colū. ij. ff. de insti. ⁊ iure. ⁊ dominus Petrus Philippus corneus in consilio suo. clv. incip. ex quo statutum. col. pen. in. iiij. volu.

¶ Reperio tamen ꝙ Fely. eam improbat in cap. ꝙ super his colum. ij. de maioritate ⁊ obedientia. ⁊ Cardi. Alexan. in cap. frustra colum. iij. in principio. viij. distinctione, ⁊ mouentur tali fundamento. Nam multa sunt iura canonica que non tendunt dirigere animas in deum, vt sunt canones iudiciales ⁊ plerique alij contra quos attenta dicta ratione possent clerici statuere, ⁊ tamen id iure cautum non reperitur.

¶ Secundo ꝙ dicta ratio non sit bona probo, quia ea attenta

254 etiam papa non potest statuere contra canones. † quia nihil potest contra finem eternum capitu. sunt quidam. xxv. questio. j. Item probo alio fundamento. nam laici possunt statuere nedum contra leges, sed etiam contra canones, quando eorū statuta non sunt peccati nutritiua. tex. est quem ibi ad hoc ponderant Geminia. ⁊ Fely. in capitu. ecclesia sancte Marie supra de consti. ⁊ hoc etiam dicit Abba. in capitu. ꝙ clericis. ad fin. infra de foro competenti per text. in capitu. venientes infra de iureiurā. ⁊ per alia. ⁊ idem firmat cōis preceptor domi. Jason. in. d. l. omnes populi. ⁊ doct. in alijs locis vt plene tradit Fely. in. d. capitu. ecclesia. colum. iij. ⁊ domi. Pet. philip. corneus in consilio. cccxlij. incip. circa supradictam consultationem. colum. iij. in. j. volumi. ⁊ licet ipse loquatur quando laici statuunt contra canones in terris ecclesie, tamen alij doct. loquuntur indistincte, ergo non est verum, ꝙ clerici prohibeantur statuere contra canones ex ratione supradicta, quia ea attenta etiam laici non possent. Unde dicas ꝙ melior ratio assignatur per Cardi. floren. in. d. capit. quia frustra. ex mente domi. Anto. in repeti. ca. cum. m. ferrariensis. in princip. supra de consti. ⁊ sentit Fely.

Fely.in.d.c.ꝙ super his.§.ꝙ immo laicis fuit concessum sta-
tuere contra leges, qꝛ imperator accepit potestatem a populo
.§.sed quod principi.insti.de iure natu.ideo ad antidora conces
sit potestatem populo statuendi cōtra legez. Sed potestas ista
255 non fuit concessa clericis a papa, † qꝛ papa non habuit potesta
tem a clero sed a deo.c. quodcunqꝫ.xxiiij.q.j. aliquas alias ra
tiones refert Barba.hic col.xxiij.sed qꝛ precedens melior mi
hi videtur illas non refero. Et si dicas quare laici possunt sta-
tuere contra canones ⁊ non clerici. Respondeo vt per Abba.
in.d.c.ꝙ clericis.ad fi.§.ꝙ ideo laici id possunt, qꝛ leges eis ꝑ
mittunt statuere contra ius, vt in.l.omnes populi.ff.de insti.⁊ iu
re.nec in hoc canones contradicunt, ergo leges ciuiles obser-
uabuntur.argumen.c.penul.infra de no.opc.nuntia. Nec ob-
stant canones dicentes non valere statuta contra canones, qꝛ lo
quuntur de statutis edendis a clericis ⁊ concernentibus statuz
clericalem, secus vero in concernentibus ipsos laicos que non
sunt contra bonos mores, nec peccati nutritiua.
256 ¶ †Quare autem valeat consuetudo clericorum contra ipsos
canones ⁊ non statutum.dicit Abba.hic eam esse rationem, qꝛ
consuetudo insurgit ex tacito consensu, ⁊ non presumitur tanta
ambitio in inducentibus ipsam consuetudinem prout in facienti
bus statutum contra canones. Item esset timor scandali, si con-
suetudo improbaretur, que habet tacitum consensuz longo tem
pore continuatum, ideo canones permiserunt consuetudinez in
duci per clericos, vt in isto tex.hanc rationez clarius tradit Ge
mi.hic vt refert Fely.in.d.capitu.ꝙ super his.qui etiam hanc
rationem sequitur.
257 ¶ †Quare autez clerici possint statuere contra consuetudines
vt in.c.cum omnes.cum similibus.§.de consti.⁊ tamen non pos
sunt statuere contra canones, cum tamen consuetudo habeat
vim legis ⁊ canonis.c.consuetudo.j.distinc. dicas ꝙ ratio est,
qꝛ in tollenda consuetudine non fit contra legem superioris, ⁊
sic cessat ratio fundata in clemen. ne Romani. cum similibus.
de elec. Sed statuendo contra canones fit contra.l.superioris
igitur ⁊c. Ista ratio est etiam de mente Gemi.in.c.in his.xj.di
stinc.⁊ eam sequitur Fely.in.d.c.ꝙ super his.col.iiij. versi.fal
lit.vt infra de maioritate ⁊ obedien. ⁊ mihi etiam placet. Uel
aliter dici potest ꝙ ratio est, qꝛ consuetudo vtplurimum est con
tra ius, at propterea statutum contra consuetudinē reducit nos
ad ius commune.igitur valet, qꝛ res de facili reuertitur ad na-
turam suam.c.ab exordio.xxxv.distinc.cum similibus. vt con-
gerit Fely.in.c.cum omnes. ⁊ in capit. cum accessissent supra.
de constitutio.
¶ Secundo queritur circa predictum requisitum secundum, se
quendo ordinem Abba.an aliquo casu possit fieri statutum cō
tra canones per inferiores a papa? Respondet Abbas ꝙ sic.
ponendo vnum casum, sed multi sunt alij casus quos refert Fe-
ly.in.c.ꝙ super his.§.de maio.⁊ obe.⁊ ego plenius attingam.
258 ¶ †Primus igitur est casus quez Abb. refert qui notabilior
videtur, videlicet vt tunc possit fieri statutum contra canones
per episcopum vel alios inferiores, quando statutum fieret ex
causa vrgenti verisimiliter non cogitata per canonem. allegat
Bal.⁊ non dicit in quo loco debuit allegare in.l.omnes popu-
li.col.vj.ff.de insti.⁊ iure.⁊ in repe.l.ij.carta.xxj.ver. venio ad
secundum.ff.de iureiurand.per text.in.l.si hominem.ff.manda.
hanc tamen decisionem Bal.impugnat Barba.hic. col.xxv.
ex aliquibus rationibus, ⁊ maxime qꝛ tex.in.d.l.si hominez.lo-
quitur in eo qui habebat saltez generale mandatum, sed episco
pus faciens statutum contra canones nullum habet mandatū.
Sed potest dici, ꝙ immo ex quo est ordinarius ⁊ habet ordina-
riam iurisditionem a lege.c.j.de offi.ordi.dicitur habere man-
datum generale ad facienda ea, que verisimiliter lex sibi in spe
cie commisisset, si ea cogitasset.argumen.d.l.si hominez. Et pre
missam decisionem ⁊ casum suprascriptum etiam refert ⁊ sequi-
tur Fely.in.c.ꝙ super his.in prima fallentia infra de maiorit.
⁊ obedien.vbi alias auctoritates adducit.⁊ in.c.j.colum.xiiij.
versi.fallit septimo supra de constit.post Innocen. vbi pulchre
ornat tex.in.d.l. si hominem referendo infinitas decisiones si-
miles, que fiunt per illum tex.in diuersis locis plures etiaz con
gerit Barba.ibi ⁊ in rubri.C.qui admitti.⁊ in consilio suo.j.co
lum.xvj.⁊ sequenti.in.iij.volu.⁊ communis preceptor in.l.j.C.
de precibus impe.offe.⁊ in.l.omnes populi. colū.iij.ff.de insti.
259 ⁊ iure † ⁊ inter ceteras vnam pulchram tradit glo.in.c.latorē.
xxxiij.q.ij.dicens ꝙ episcopus potest ex causa vrgenti relaxare
penitentiam quam papa alicui imposuit.⁊ dicit pulchra glos.in
c.mensuram.de peni.distinc.j.in verb. doloris, ꝙ sacerdos ex
magno dolore ⁊ contritione hominis potest illuz absoluere abs-
que aliqua satisfactione exteriori, ⁊ sic absqꝫ aliqua penitentia.
⁊ dicit Bald.ad propositum in dicta rubrica.C.qui admitti.in
principio, ꝙ potestas ex causa potest dare licentiaz portandi ar
ma contra statutum vel proclama. Item comprobatur premis-
sa conclusio per illud quod dicit Franc. de crema in singu.suo.
260 cl.incipien.mandatum fuit. † vbi dicit ꝙ si mandatum sit capi
taneo vt non prelietur cum hostibus, si contrafaciat, licet vin-
cat debet decapitari.l.iij.§.in bello.ff.de re milita. tamen hoc
non procedit secundum eum si noua causa superuenisset vel an-
tiqua detecta fuisset quam princeps ignorabat.⁊ allegat tex. in
d.l.si hominem.
261 ¶ †Limita tamen dictam conclusionē ⁊ casum premissuz duo
bus modis. Et primo, vt procedat quando superior consuli nō
posset, alias esset consulendus.ita Roma.in.l.si vero.§.de viro
.ff.soluto matrimonio per tex.in.l.diuus. la vltima.ff.de falsis.
⁊ idem in simili dicit Abba.in capi.dilecti.el.ij.col.ij.infra de
appella.⁊ sequuntur Barba.⁊ Fely.in.d.c.ꝙ super his.in pri
ma fallentia.⁊ idem firmant nouiores in capit. at si clerici.§.de
adulterijs.col.viij.de iudi.
262 ¶ †Secundo limita, vt procedat dicta conclusio, ⁊ casus pre-
missus, dummodo in statuto contra canones exprimatur causa
propter quam ipsum statutum conditur, alias statutum non va-
leret, ita limitat domi.Fely.in.d.c.j.in.vij.fallentia.in fi.de cō
sti.⁊ fundatur hec limitatio in vna notabili conclusione docto-
rum que habet ꝙ vbi aliquid fit contra regulas iuris ex causa,
illa causa est exprimenda.ita Innocen.in.c.preterea. in fine in
fra de dilatio. Roma. in consilio.cccclxxxiij. incipien.dubita
tur primo.col.penulti.ad fi. vbi alia ad hoc allegat. ⁊ tradunt
nouiores in.c.consuluit.el primo.de appella. est etiam doctri-
263 na Barto.in.l.lucius.in fi.ff.de his qui not.infa. † vbi consu-
lit ꝙ iudex qui non vult adhibere fidem testibus debet causam
exprimere.⁊ sequitur Fely. alia adducens in.c. pastoralis.§.qꝛ
vero.colum.fina.infra de offi.delega.⁊ Barb.plene consilio.
lxxv.incipien.sapienter scribitur.in.ij.colum.in.iiij. volumi.⁊
Perusi.in.c.dilecto.questi.lv.infra de appellatio. ⁊ agnatus
meus ⁊ preceptor domi.Franc.curtius antiquior in tractatu de
testibus conclusione.xx.⁊ conclusione.l.Et per hoc sit expedi-
tus primus casus in quo possunt clerici statuere contra ius.
264 ¶ † Secundus est casus quando episcopus statueret contra
canones respectu iuris querendi ipsi episcopo vel ecclesie.vt in
casu.c.cum dilectus supra eodem. Et ibi colligit Abb. in quin
to notabili exemplum.ius confirmandi prelatuz in ecclesia sub
iecta episcopo ad ipsum episcopum spectat tanquaz ad superio
rem.c.iij.⁊.c.suffraganeis. cuz similibus infra de electio.tamē
in fundatione ecclesie posset fieri statutum per episcopuz ꝙ ius
confirmandi prelatum in illa ecclesia ad illum spectet ad quem
de iure non spectabat, vt probatur in dicto cap.cum dilectus.⁊
hunc casum comprobat dominus Fely. in dicto capit. ꝙ super
his.per glo.in.§.ex his.xvi.questio.vj. ⁊ per decisionem Fede
265 ri.de senis in consilio suo.ix.⁊ per alias decisiones † in quibus
cauetur ꝙ prelatus potest preiudicare ecclesie in querendis nō
autem in quesitis.quam doctrinam etiam tradit Abbas in con
silio suo.xxxj incipien.in ciuitate messana.in principio vbi dicit
ꝙ episcopus potest remittere quartam ei debitam, ⁊ nondum
datam, ⁊ successor talem remissionem non potest reuocare, se-
cus si ipsa quarta iam data esset.⁊ similes decisiones tradit Fe
ly.in.c.que in ecclesiarum.col.xvij.supra de constit.⁊ Barb.
in.c. vt super. de rebus ecclesie non alie. ⁊ plenius in rubrica
266 eodem titulo.in secundo dubio.in.viij.columna.† Sed tu cir-
ca istum casum aduerte qꝛ non videtur verum, ꝙ possit episco-
pus facere statutum generale per quod preiudicetur iuri que-
rendo ecclesie, puta si vellet facere statutum, ꝙ ius confirman
di electos in ecclesijs de nouo construendis spectaret ad alium
prelatum, tale enim statutum irrationabile esset ⁊ propterea nō
valeret capitu. erit autem lex quarta distinctione facit text. in
hoc capitu.fina.⁊ dicit Barto.in lege omnes populi.in quar-
ta questione principali.in versi.tertio iuxta predicta.ff.de insti.
⁊ iure.ꝙ statutum irrationabile est nullum ipso iure. idem fir-
mant Abba.⁊ moderni in capitu.cum omnes supra de constit.
in notabilibus.⁊ Paulus de castro. in consilio.ccccxviij.inci-
pien.quod ista mater.in.iij.col.in noua impressione antiquorū.
267 †vbi dicit ꝙ non valeret statutum preferens in successione vnū
agnatum alteri proximiori ex eo ꝙ esset irrationabile, ⁊ hoc idē
dicere possumus in consuetudine eadem ratione. Et tenendo
qd predixi prout arbitror tenendū esse, nō ob.tex.in.d.c.cū di-

lectus.q ibi statutum valuit disponens ꝙ ius confirmandi ad alium prelatum spectaret ea ratione, scilicet q patronus id petijt tempore fundationis ab episcopo.⁊ vbi episcopus nō assensisset forte ille non fundasset ecclesiam. que ratio cessat in statu

268 to generali.s.relato.† Non obstant etiam decisiones supra adducte in quibus dicitur ꝙ prelatus potest preiudicare ecclesie in querendis, q ille decisionēs loquuntur in actibus particularibus in quibus nulla fit prohibitio a iure, ⁊ in quibus etiaz possunt prelati desistere a tali preiudicio, nos vero loqmur in quo prelatus ederet statutum generale ad finem preiudicandi iuri querendo tunc enim vt predixi id facere non posset, quia statuta debent esse rationabilia.d.c.erit autem lex.iiij.distinctione. Et pro hac solū.facit quod refert Alexan. in.l. si quis in posterum.C.de bo. lib. vbi tradit ꝙ licet iuri reuerentiali in genere non possit renuntiari, vt per Bald. ibi, tamen in specie sic per adducta per eum.

269 ¶ †Tertius est casus, in quo valeret statutum inferioruz contra canones, scilicet quando clerici statuentes contra canones reducerent rem ad terminos iuris communis antiqui, q tunc valeret statutum. Ratio est, quia res de facili reuertitur ad naturam suam capitu. ab Exordio.xxxv.distinctio.l. si vnus.§.pactus.versicu.ꝙ in specie.ff.de pac. per quam doctrinam infinitas decisiones congerit Fely.in capitu. cum accessissent columna tertia.supra de constitu.⁊ in capitu.cum omnes eodem titulo.⁊ colligitur premissus casus ex doctrina Barto. in dicta.l. omnes populi.in tertia questione principali. versicu. iuxta predicta quero, ⁊ prosequitur domi.Maria. soci. in repe.capitu. qualiter.el.ij.questione.j.articulo.vj.infra de accusa. Idez firmat domi. Fely. in dicto capitu. cum accessissent columna.iij.

270 versi.hanc declarationem.† vbi concludit ꝙ canonici possunt statutum condere, per quod tollatur statutum etiam confirmatum per superiorem confirmatione necessaria, quando sublato tali statuto res reducitur ad ius commune allegat Bart. in dicta.l.omnes populi colum.iij.⁊ alia de quibus per eum. Fatetur tamen Fely.ꝙ aliud esset quando canonici non solum tollerent statutum predictum, sed etiam aliter statuerent, non reducendo rem ad terminos iuris communis vt per eum. Contrariam tamen opi.firmat Fely.ipse in.d.capit.ꝙ super his.ver. fallit tertio.⁊ concludit ꝙ statutum fieri non poterit per clericos contra canones, licet res reducatur ad ius commune antiquum, ⁊ monetur, q illud ius commune antiquum per canonez sequentem fuit correctum, ergo statutum contra ipsum canonez diceretur contra ius commune, ⁊ sic non valeret per text.in.d.

271 c.ꝙ super his.† Item monetur, q attenta alia opiñ. sequeretur, ꝙ episcopus vel alij inferiores a papa possent tollere dispositionem capitu.non debet.de consanguini.⁊ affini. reducendo consanguinitatem per quam matrimoniuz prohibetur ad septimum gradum.iuxta canones antiquos ꝙ nemo concederet.eādem opinionem tenent nouiores in.d.cap.cum accessissent.tacita auctoritate Fely. in loco preallegato. ⁊ idem consueui ibi tenere. Nec obstat decisio Barto.in.d.l.omnes populi, quia respondeo vt respondet Abba.in.d.c.cum accessissent.in quinto notabili.ꝙ Barto.loquitur quando statutum confirmatum quod tollebatur per aliud statutum concernebat ipsoruz statuētium fauorem, nimirum si ipsum statutuz ꝯtrarium valet. Sed quando statutum confirmatum per superiorem concernit fauorem publicum vel ecclesie secus est, tunc enim statutum nō valet tanquam sit contra ius superioris inducti ex confirmatione predicta.cle.ne Romani.de elec.⁊ ex predictis verbis Abb. apparet ꝙ ipse similiter tenet opinionem contra casum predi-

272 ctum.† Non obstat etiam dum dicebatur, ꝙ res de facili reuertitur ad naturam suam, quia illud non potest verificari, nec procedere in casu in quo gerens actum non habet potestatez reducendi rem ad naturam suam, quia cessante potestate cessat actus.l.iiij.ff.de acquiren.heredita.capi.cum super abbatia.in fin.infra de offi.delega.quia ergo statutum contra ius per clericos fieri non potest certe per ipsum statutum nullum nihil inducitur, quia quod nullum est nullum producit effectum.l. non dubium.in fine.C.de legibus.l.eius qui in prouincia. in fine.ff. si cer.pet.⁊ gl.in.l.si pater.C.ne de sta. defunctoruz.cū similib.

273 ¶ †Quartus est casus, quādo episcopus vel alij inferiores statuerent contra canones, ⁊ illud statutum a subditis acceptaret, q subditi dicuntur potius ligari ex sua libera voluntate, ꝙ constitutione episcopi.ita Archidia.in.c.certe.xij.q.j.de qua decisione facit festum Gemi.in.c.placuit. colum.v.xxxij. distinctione dicens esse menti perpetuo tenendam. idez Geminia.in summa.xviij.distinc.col.ij. proinde dicunt prefati doct.ꝙ episcopus cuz consensu cleri potest facere statutuz ꝙ de cetero nullus ordinetur in accolitum nisi proprijs bonis renuntiet ⁊ castitatem promittat. Sed tu circa istum casum aduerte q illum reprobat Fely.in.d.c.ꝙ super his.versi.fallit quarto, ex quinqz rationibus de quibus per eum. Mihi tamen videtur dicenduz ꝙ licet in exemplo premisso periculosa videatur decisio Archidia.⁊ Gemi.ex rationibus adductis per Fely.vbi supra tamen in genere loquendo verum est dicere vtputo, ꝙ statutuz teneat respectu eorum que concernunt principalem fauorem ipsorum subditorum consentientium, q eoruz fauori renuntiare possunt. vt supra dixi.⁊ ita in simili casu decidunt Abba. ⁊ moderni in

274 d.capi.cum accessissent.in notabilibus.s.de constitu.† vbi dicunt ꝙ licet statutum sit confirmatum per papam, tamen si concernat principalem fauorem canonicorum possunt canonici illud tollere sine licentia pape.⁊ ad hoc allegatur bonus text. in capi.illorum infra de preben. Si vero statutum concernat fauorem aliorum vel bonum publicuz, ita ꝙ non mere concernat ipsos statuentes, secus dicendum est vt dicunt docto. preallega. ⁊ ratio est, quia confirmatio pape facit vt dicatur constitutio ipsius pape.l.j.§.omnia.C.de vete.iure enucle.cap. si apostolice. de prebend.libro sexto. Sed inferior non potest tollere ius superioris.clemen.ne Romani.de elec.cum similibus.igitur ⁊c. Et si dicatur aduertendum esse, quia etiam in precedenti membro confirmatio pape interueniens debet operari, vt statutum dicatur constitutio pape ⁊ propterea ista differentia non videtur solida ⁊ ita mordent nouiores in.d. capit. cum accessissent. Ego respondeo ꝙ licet in casu precedentis membri statutum dicatur constitutio pape, tamen dicitur constitutio priuilegiatiua seu habens vim priuilegij canonicorum quorum fauorez concernit, vt inquit Abbas in.d.capi.cum accessissent. ⁊ proinde canonici possunt ipsum statutum tollere, ⁊ sic fauori suo renuntiare. secus est quando statutum concernit fauorem alioruz vel publicum vt predixi.⁊ facit doctrina Innocen.in capi.accedentibus infra de priuileg.quam commendat Abba.in.d.cap.cum accessissent.dicit enim Innocen. vbi supra ꝙ si statutum ecclesie concernit principaliter vtilitatem vel honorem ipsius ecclesie non possunt canonici expresse vel tacite illi renuntiare.

275 ¶ †Quintus est casus, in quo valet statutum clericorum contra canones, videlicet quando statutum clericorum est editum ante canonem, cui statutum contradicit, quia tunc valet statutum contra canonem, ex quo canon de ipso statuto mentionem non fecit.tex.est in capitu.j.de constitu. libro sexto.⁊ ibi notat Gemi.⁊ Imol.idem firmat Fely.in.d.capitu.quod super his. ver.fallit qnto.facit ēt quod tradit Abb.ī.in fi.huius capituli.

276 ¶ †Sextus casus est, quando clerici statuerent contra ius cōsuetudinarium, quia valeret statutum capitu. cum omnes ⁊ ca. cum.M.ferrarieñ.s.de constitu.ita dicit Geminia. in capitu. in his.xj.distinctio.Abba.in capitu. ad audientiam. de cleri. non residen.⁊ Fely.in.d.capitu.quod super his.vers.fallit sexto.⁊ rationem sentit Fely. ibi ⁊.s.clarius dixi in materia secundi requisiti consuetudinis. Et per predicta videtur dicendum quod episcopus possit dispensare contra consuetudinem quia per hoc nihil facit cōtra iura superioris, de hoc tamen vide domi.Anto.post alios per eum relatos.in capi. dilectus.de tempo.ordi.col.fina.

277 ¶ †Septimus est casus, quando episcopus statueret contra canones dispensando in casibus in quibus dispēsare potest.iuxta nota.in capitu.at si clerici.§.de adulterijs infra de iudi. per illum tex.eod. enim casu episcopus statueret contra canones canone permittente, ergo statutum valeret.arg.l.graccus C.de adul.⁊ capitu. qui peccat. in princip. xxiij. questione.iiij. ⁊ ad hunc casum potest reduci decisio domi. Anto.⁊ Ioā.de imol. in capitu.ij.de maioritate ⁊ obedientia vbi dicunt quod episcopus potest statuere nedum addendo, sed etiam detrahendo aliquid iuri canonico sicut papa detrahere potest iuri diuino, ⁊ licet dictam decisionem improbet Geminia.in sum.xviij. distin. col.ij.⁊ in.d.capitu.ij. ⁊ multum instat domi.Fely.in.d.capit. quod super his.versi.fallit septimo.tamen intelligendo quod dicta detractio fiat dispensatiue in casibus ipsi episcopo concessis vt predixi, cessabit difficultas per no.in.d.§.de adulterijs.⁊ in alijs locis ibi relatis per Abba.⁊ modernos.

278 ¶ † Octauus est casus, qū statutum clericoꝝ adderet iuri cōmuni, puta imponendo nouā penam, q valeret.glo.est cuz qua transeunt docto.ibi in.d.cle.ne Romani.de elec.circa principium.in verbo tolli.⁊ in specie ibi firmat Cardi. flor.q.j.idem

glo.

glos. in cle. ij. de etate & quali. & probatur in. c. vt animarum. §. statutum. de constit. li. vj. & infinita ad hoc congerit Fely. in. d. c. quod super his. que videri possunt ideo non transcribo.

279 ¶ † Nonus casus est, quando clerici statuerent circa aliquod dubium iuris, puta in casu capituli ex tue. de cle. non resi. Nam aliqua iura videntur velle quod fiat ipso iure priuatio clerici non residentis, vt in. d. c. ex tue. in verbo spoliari. & in. c. qualiter & quando cleri. non resi. aliqua vero iura videntur probare quod priuatio sit fienda per sententiam. c. inter quatuor. eo. titu. nam super hoc dubio valeret statutum disponens in alteram partem. ita Cardi. floren. in. d. c. ex tue. & plenius ibidem Imol. col. vj. & sequen. idem Ioan. and. in. c. ex parte. el. ij. in verbo tertiam. per illum tex. de verbo. significa. & tradit Fely. in. d. c. quod super his. col. pe. & hunc casum comprobo ex his que dixi. s. in. ij. notabili. in tertia limitatione, & ex his que dicam. j. extra glo. in conclusione. quod consuetudo contra ecclesiam vel ecclesiasticam libertatem non valet.

280 ¶ † Decimus est casus, quando statutum clericorum contra ius est conforme consuetudini, quia tunc ex viribus consuetudinis valet statutum. ita inquit do. Anto. in. c. cum dilectus. col. x. ver. ex quo infertur. s. eod. Et istud est quod in effectu voluit Alex. in consilio. cvj. incip. perspectis. versi. ix. probatur. in secundo volu. vbi dicit allegando Calde. in quodam consi. quod non reperio non valere statutum episcopi contra ius quando in illo casu ius expresse approbaret consuetudinem introductam contra ius, & licet Fely. in. d. c. quod super his. in versicu. fallit. viij. aliter referat dictam decisionem Calde. & Alexan. & propterea illam reprobet tamen non meretur reprobendi, quia verba Calde. eo modo relata prout Alexan. refert in dicto consilio non sonant eo modo quo Fely. deducit, sed sonant vt. s. recitaui. & est decisio nedum vera sed necessaria, quia si consuetudo est contra ius, & sic derogat iuri, statutum quod post consuetudinem fieret non posset dici contra ius, attento quod illud ius iam esset sublatum per consuetudinem, & hoc ad sensum patet.

¶ Tertio queritur circa secundum requisitum consuetudinis. s. relatum sequendo ordinem Abba. posito quod requiratur quod consuetudo sit prescripta quantum tempus in specie requiratur ad ipsam consuetudinem inducendam. glo. hic requirit tempus. xl. anno. sed in hoc Abb. distinguit vt per eum. Pro clara doctrina facio tres conclusiones.

281 ¶ † Prima est conclusio quod de iure ciuili requiritur tempus. x. anno. ad consuetudinem inducendam. ita Abbas ex ratione per eum relata. Idem dicunt Io. and. d. Anto. & alij hic communiter. idem Bar. in. d. l. de quibus. in. ij. q. principali. versi. iij. videamus. vbi tamen format fortem oppositionem de seruitute discontinua, que requirit maius tempus. & soluit vt per eum, & sequuntur ibi posteriores, & tradit ibidem communis preceptor. d. Ias. colum. x. soluit etiam do. Anto. hic colum. xvij. in princi. vide per eos. Premissa ergo conclusio est communis vt etiam dicunt Ioan. andr. Abbas, & Barba. hic columna. xxij. & communis preceptor vbi. s. & procedit siue consuetudo sit contra siue preter ius vt prefati do. volunt per id quod habetur in. l. diuturna. ff. de legi. & in. l. j. & in rub. C. que sit longa consue. &

282 etiam sentit Abb. hic, † & dicit Ioan. and. hic quod tale tempus requisitum ad consuetudinem inducendam incipit a primo actu, communiter enim tenetur secundum eum illum primum actum esse inspiciendum in cursu, vt ex illo inchoata. & iterata cum diuturnitate temporis insurgat consuetudo. & dicunt do. Anto. & Imo. hic quod tempus consuetudinis incipit currere a primo actu, qui verisimiliter venit in notitiam populi, & non prius. Idem dicit. d. Pet. Philip. corneus in consilio suo. clxxix. incip. ex puncto premisso. in vlti. col. in prin. in. iij. volu. & in consi. cxxv. incipien. alias in hac causa. in fi. in. iiij. volu. vbi dicit post domi. Anto. & Imol. hic quod licet Ioan. an. hic dicat quod a tempore primi actus sumi debeat initium temporis ad consuetudinem requisiti, & idem dicit Pet. de ancha. hic tamen hoc intelligitur, quando primus actus est talis, qui verisimiliter venit in notitiam populi, vel maioris partis ipsius, quia alias non posset habituari consensus populi, qui non adest. † Et si quispiam querat, quare est,

283 quod in prescriptione inter absentes requirantur. xx. anni, & decem inter presentes vt in titu. C. de prescrip. long. tempo. & tamen in consuetudine vniformi. x. anni sufficiunt. Responde, quod ratio est, quia consuetudo firmatur tacito consensu populi, vel maioris partis, qui populus semper est presens seu per presentes representatur, auctenti. hoc ius porrectum. x. q. ij. prescriptio vero inducitur ob negligentiam eorum, contra quos inducitur, que negligentia minor est in absentibus, ideo maius tempus requiritur, que ratio cessat in consuetudine ex tacito consensu populi, & non propter alicuius negligentiam inducte, istam rationem tradit domi. Anto. hic in repe. col. xvij. in principio. & Ioan. andr. in summa de consue. col. xj. & Barba. hic col. xxij. & est de mente Bar. in. d. l. de quibus.

284 ¶ † Limita tamen premissam conclusionem vt procedat in consuetudine propria & vera, secus in consuetudine ficta & intitulata, que momento induci potest. exemplum si populus vno momento dicat velle obseruari pro consuetudine, quod maior natu succedat, vel si id ex populi consensu colligatur, & sic de similibus. ita dicit domi. Anto. hic in repe. colum. v. in prin. post Petrum de bellapertica. & Guliel. de cuneo in. d. l. de quibus. & hoc idem repetit domi. Anto. hic col. vij. idem sentit Barto. in. d. l. de quibus. in ver. iij. videamus, cum quo ceteri transeunt, & in specie communis preceptor ibi sequitur hoc col. x.

¶ Secundo limita, nisi consuetudo tendat contra ea, que sunt reseruata principi vt dicam. j. in. iij. conclusione.

¶ Tertio limita non procedere quando lex non est recepta in obseruantia. vt dicam. j. in eadem conclusione. iij.

285 ¶ † Quarto limita, vt non procedat quando consuetudo contra ius est irrationabilis & sumus in foro ciuili, quia eo casu requiritur tempus. xxx. annorum. ita Bald. in. c. j. in titu. qualiter olim. feudum alie. pote. & in. c. clerici. j. de indi. per glo. sing. in. l. domini prediorum. C. de agri. & censi. lib. x. & refert & sequitur Aret. in consilio. xliiij. incip. in proposita consultatione. Sed tu aduerte, quia non credo verum id, quod predicti docto. presupponunt, scilicet quod consuetudo irrationabilis de iure ciuili valeat vt plene dixi. s. in glo. in verbo rationabilis declarando, vt ibi, & faciunt que dicam. j. extra glo. in ea conclusione, que habet quod consuetudo contra ius naturale non tenet.

286 ¶ † Secunda est conclusio, quod de iure canonico consuetudo, que est preter ius, inducitur tempore. x. annorum. ita Panor. hic post glo. in. c. fina. de consuetudine. libro sexto. in verbo consuetudo. que loquitur in consuetudine optandi, que vt solum. x. annos requirat. firmat Oldra. consilio. cclxxxv. incip. allegationes. col. ij. allegans alias auctoritates maxime Inno. Host. & Compo. hic adducitur etiam pro ista conclusione glo. in. c. consuetudo. xij. distin. sed de ista opinione aliter statim dicam. ad idem adduco glo. in. c. litigantes. in verbo statuimus. de offic. ordi. libro sexto. idem Ioan. and. & domi. Anto. & communiter alij hic. & dicit Ioan. and. hic in summa huius tituli in. xj. col. quod ita tenent canoniste, idem Abba. & do. Fely. alia adducens in. c. statuimus. de maioritate & obedien. istam etiam conclusionem firmat Areti. in consilio. xxiij. incip. in presenti consultatione col. iiij. vbi tradit quantum tempus requiratur ad inducendam consuetudinem quod prepositus sedeat prior omnibus. Aduerte tamen quia dicte glo. volunt quod hoc casu non dicatur consuetudo prescripta, & verum dicunt de iure canonico, quia eo iure prescriptio contra ecclesiam vel contra clericos vt clericos requirit tempus. xl. annorum. c. de quarta. & ibi Abb. no. j. de prescri.

287 ¶ † Ex premissa conclusione infertur vt predixi, quod consuetudo optandi prebendas in ecclesia per. x. annos inducitur, sed hoc intellige, quando titulus non mutatur, quia tunc talis consuetudo esset contra ius, & requireret tempus. xl. annorum. ita plene decidit & declarat Rota in decisi. sua fina. sub hoc titulo de consuetudine in nouis, dicens etiam, quod tunc titulus mutatur, quando prebende & tituli beneficiales sunt inter se actualiter & realiter distincti. idem tenet Egi. bellamera dicens ita fuisse iudicatum in decisione sua prima, & sequi videtur domi. Philip. de perusio in. d. c. fi. de consue. li. vj. vbi simpliciter refert Rotam in loco preallegato, licet corrupte.

288 ¶ † Secundo ex premissa conclusione infertur quod consuetudo de oblationibus fiendis tempore. x. annorum inducitur ita abbas in. c. suam infra de simonia. & posteriores cum eo transeunt.

289 ¶ † Tertio infertur quod licet in consuetudine interpretatiua, vel in obseruantia, vel stilo non requiratur cursus temporis sed sufficiant actus vt supra dixi in precedenti requisito in versicu. septimo limita, tamen secus est in consuetudine alia preter ius que non sit interpretatiua sed inductiua vt in casu dicti capitu. fina. de consuetudine. libro sexto. que autem sit ratio diuersitatis cogita, nisi dicas quod obseruantia vel stilus non requirit tempus, quia non facit ius generale, sed est certe curie vel persone, vt declaraui in rub. supra eodem in quarta questione. Sed illa consuetudo inducta, de qua diximus, intelligatur de ea, que facit ius generale in eo loco, vel in ea vniuersitate, in qua est, & ista requirit cursum temporis vt in dicto capit. fi. & similibus.

290 ¶ † Limita modo dictam conclusionem vt non procedat quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri alicuius ecclesie, q: tunc requiritur tempus. xl. annorum. d. c. de quarta. ĵ. de prescri. ita Abb. post Inno. singulariter in. c. cum dilectus. s. eo. circa fi. idem firmat Ro. in singularibus suis in singulari incip. consuetudo. car. iij. col. j. idem Fely. in. d. c. statuimus. in versic. limita primo. & idem esset fm Abba. si consuetudo preiudicaret iuri ecclesie vlis, vel oium ecclesiarum, quicquid dicat fm eum Inno. in. d. c. cũ dilectus. Sed aduerte q: Inno. ibi non cõtradicit ibi Abba. sed loquit qñ consuetudo esset cõis tam contra alios laicos, q̃ ꝯ ecclesiam, q: eo casu videt velle, q; sufficiat tẽpus decẽ annorum. Sed tñ postea refert opinionem, vt debeat distingui inter ecclesiã & priuatos, & in illa residet, vt ẽt refert, & sequitur domi. Anto. hic in lectura. col. v. in prin. & ista secunda opi. verior vr̃, vt ẽt inquit Abb. in. d. c. de. iiij. col. vij. versi. sed circa predicta quero post Jo. and. in. c. vnico. de iurepatr. lib. vj. Quinimmo vbi consuetudo induceret respectu iuris indiuisibilis inter ecclesiam & laicos tempus. xl. annorum requireret vt prefati doctores dicunt post glo. in. d. c. vnico. & probatur in. l. si communem. ff. quemadmo. serui. amit. & plura congerit domi. Fely. in. d. c. j. de prescriptio. col. iij. & sequentibus.

291 ¶ † Quid aũt si consuetudo detraheret iuri clericorum. Credo idem dõm q: paria sunt detrahere iuri ecclesie & iuri clericorum vt clericorum. d. c. de quarta. & ibi Abbas notat. & ẽt probatur in. d. c. cum ecclesia sutrina. ĵ. de causa pos. & propri. & in. c. cum dilectus. s. eo. & in. c. abbate. ĵ. de verbo. signifi. que iura loquuntur de consuetudine derogante iuri clericorum, que requirit tẽpus. xl. annorum. & plene tradit Rota in dicta decisione fi. sub titu. de consue. in nouis. col. iiij.

292 ¶ † Secundo limita premissam conclusionẽ. vt non procedat quando dispositio requirit consuetudinem legitime prescriptã, q: tunc lz non esset contra ius requireret spacium. xl. annorum. vt dixi. s. circa principium huius secundi requisiti.

293 ¶ † Tertia sit conclusio, q; de iure canonico consuetudo contra ius requirit tempus. xl. annorum. ita Panor. hoc idem Jo. and. & do. Anto. hic in lectura. col. v. & in repet. col. xvij. vbi assignat rationem, q: clerici inducendo consuetudinem contra ius quasi prescribunt contra. l. superioris. ideo requiritur tempus quod in prescriptione ꝯ clericos vel ecclesias requiritur. Quare aũt talis consuetudo requirat maius tempus q̃ consuetudo de iure ciuili colligitur ex doc. Inno. in. c. cum dilectus. s. eodẽ & Hosti. ibidem. & refert Rota in decisi. fi. sub titulo de consuetudini. in nouis. col. iij. ad fi. vbi alias auctoritates refert. premissam conclusionẽ firmant ẽt Bar. & legiste in. d. l. de quibus. Idẽ Rota in nouis sub titulo de consuetudine decisi. vj. incip.

294 queritur. † vbi dicit, q; qñq: consuetudo optandi est ꝯ ius declarando vt ibi per eã, & tunc requirit tps. xl. annorum ad illam inducendam. eandẽ conclusionẽ tz Alex. consi. lxvij. incip. viso. in. ij. volu. considera tñ q; nullus text. requirit. xl. annos, lz plures tex. requirant consuetudinem prescriptam, nec videtur bonum simile de tex. in. d. c. de quarta, q: illud procedit fauore ecclesiarum, vt ibi dicit Abb. col. vij. & per rationem premissam quam ẽt reperi excogitatam per Barb. hic ipse Barb. conclusionem predictam impugnat dicendo, q; dicta iura loquentia de consuetudine prescripta debent intelligi de consuetudine. x. annorum, vt ius canonicum concordet cũ iure ciuili. c. j. de oper. no. nunt. Sed saluando premissam conclusionem dico, q; text. eam probat, dum vult non sufficere consuetudinem longeuam quo ad preiudicandum iuri positiuo, ergo probat q; non sufficit tẽpus. x. annorum, vt presupponit Barb. & ẽt comprobatur premissa conclusio ex his que tradit Jacobus de beluiso. in. c. j. in

295 prin. qui feud. dare pos. † vbi dicit q; ad hoc vt res ecclesie dicat consueta concedi in emphiteosim requiritur tempus. xl. annorum. & idem tz domi. Alexan. alia adducens in consi. ix. incipien. viso themate in. iij. volu. probatur ẽt ex text. in argu. in. c. cum de beneficio. de preben. lib. vj. cum ibi nota. Notandum tamen est vnum circa istam consuetudinem. xl. annorum, q; si consuetudo tanti temporis vel ẽt maioris fuerit in ecclesia per quam laici fuerunt electi in fabricerios ecclesie, tamen per hoc non videtur inducta consuetudo excludens clericos, vnde etiã clerici eligi poterunt pari modo si fuerit consuetudo in ecclesia faciendi electiones per viam scrutinij per hoc non erit inducta consuetudo, q; non possit fieri electio per viam compromissi. ita determinat subtiliter Cald. in consilio. suo. j. sub tit. de consuetudine. vbi respondet ad contraria & maxime ad tex. in. d. c. cũ de beneficio. de preben. libro sexto. idem Cald. in consilio. xix. sub titulo de preb. & sequuntur Fely. & nouiores. columna. xiiij. in. c. ij. infra de iudicijs.

296 ¶ † Amplia modo istam conclusionem, vt procedat nedum quando consuetudo est contra canones, sed etiam quando est contra rationem canonis. glo. est quam ibi extollit Geminia. in capitu. vt litigantes. in verbo statuimus. de officio ordinario libro sexto sequitur Fely. in capit. statuimus. de maioritа. & obedien. & in capit. tua nos in princip. de iureiurando & faciunt ea que de ratione congerit Fely. in capitu. tua nos. el. j. infra de iureiurando.

297 ¶ † Limitatur autem premissa conclusio, vt per Abba. hic scilicet nisi consuetudo contra ius etiam veniat contra ea que sunt concessa principi in signum specialis priuilegij, quia tunc non sufficeret tempus quadraginta annorum, sed vtroque iure requiritur tempus cuius initij non est memoria capitu. super quibusdam. cum similibus infra de verborum significatio. tradit Alexan. in consilio sexto in. j. volumi. Et que sint talia tradit Bal. in. l. rescripta. C. de preci. impera. offe. glo. & doct. in capitu. q; translationem. ĵ. de offi. leg. & tex. in titu. que sint regalia. per totum. Hec tamen limitatio procedit data capacitate eius, cui acquiritur ex consuetudine, quia tunc sufficit tempus cuius ini-

406 †Et vbi consuetudines diuerse probantur, vltima consuetudo attenditur, vt iniquit Bal.in.l.qui binos.C.de aduo.diuer.iudi.vbi dicit q̄ si superior deputat officialē cū salario cōsueto vr̄ habitus respectus ad vltimā ꝯsuetudinē ⁊ obseruātiā.facit decisio Bar.⁊ sequētiū in.l.mella.§.alimēta.ff.de alimē.⁊ ciba.leg.⁊ dixi post Jmo.in.c.cū ecclesia sutrina.in verbo vlti.in glo.j.de cau.pos.⁊ ꝓprie.⁊ aliquid tradit Are.in cōsi.xi.inci.ꝓcedendū.colū.fi.

407 ¶ † Contra tū dictā ꝯclusionē oppono multipliciter. Et p̄mo de tex.in.d.l.cū de ꝯsuetudine.in ver.aliq̄n.vbi p̄supponitur q̄ per vnū actum cōtrariū seu per vnam sniam tollatur ꝯsuetudo prima. Pro solutione responde q̄ ille tex.nō loquitur de vna snia lata cōtra consuetudinem primā, sed loquitur de snia lata cōtra ius.⁊ eo casu disponitur q̄ per eam inducatur ꝯsuetudo, q: per actū iudiciariū cōtra legē populo sciēte ⁊ nō cōtradicēte inducitur ꝯsuetudo, q: p talē actū colligitur ꝯsensus tacitus populi, ita declarat Abb.hic in sexto requisito ꝯsuetudinis. Jn hoc tū an vnus actus solus sufficiat ad ꝯsuetudinem inducendā est magna diuersitas inter doct.vt dixi.s.in septimo requisito.ad finē.dic vt ibi. Secūdo melius dicas q̄ tex in.d.l.cū de ꝯsuetudine.loquitur q̄n sententiatum est talē esse ꝯsuetudinē, tunc enī ꝓbatur ꝯsuetudinē sic esse, ita vt tollatur precedēs ꝯsuetudo nō vigore illius actus sentētie, sed vigore ꝯsuetudinis de qua in sentētia fit mētio, vt ibi notat ⁊ sic nihil obstat

¶ Scdo oppo.⁊ videtur qd̄ q̄n actus plures fiunt cōtra ꝯsuetudinē ita q̄ alia ꝯsuetudo inducatur, q̄ prima nō tollatur sed rationabilior ꝯsuetudo seruāda sit, vt iquit collectarius hic ad fi.⁊ est tex.in.c.cū olim.s.eo.⁊ de illo tex.opponit cōmunis p̄ceptor in.d.l.ij.in fine.princip.ff.solu.matrimonio.⁊ nō soluit. Pro solutione dicas q̄ ille text.loquitur de consuetudinibus contrarijs diuersorum locorum quarum rationabilior attenditur in loco vicino carente speciali cōsuetudine, nos vero loquimur de consuetudine eiusdem loci quarum vna videlicet posterior tollit priorem, vt supra in conclusione probatum est.

408 ¶ † Tertio oppo.de tex.in.c.ex parte.j.de censibus.vbi si sit consuetudo diuersa circa mensuram frumenti, ille qui vouit dare certos sextarios frumenti, potest eligere minorem ex ratione, de qua ibi in tex.⁊ sic eo casu vna consuetudo nō tollit aliā, ⁊ de dicto text.etiam opponit communis preceptor in dicta.l.secunda.⁊ non soluit. Pro solu.credo dicendum q̄ illud procedit quia eo casu non est dare ius commune, ad quod redire possimus, quando consuetudo omitteretur, quia quantum frumentum facit sextarium non reperitur iure determinatum, ⁊ sic illa consuetudo est preter ius. Conclusio autem nostra loquitur in consuetudine contra ius, que tollitur per consuetudinem contrariam, que nos reducit ad ius commune, vt supra dixi. Uel dicas q̄ tex.in dicto.c.ex parte.non loquitur de consuetudinibus contrarijs, sed de consuetudinibus diuersis que ambe subsistunt ⁊ valent. Conclusio autem nostra loquitur de consuetudinibus ꝯtrarijs, que simul concurrere ⁊ stare non possunt.⁊ propterea secunda consuetudo contraria tollit primam declarando, vt supra dixi.

¶ Quarto opponitur de doctrina Barto.in repet.dic.l.ij.C.que sit longa consuetudo.in questione.xxix.vbi dicit q̄ consuetudo interrumpitur etiam per vnicam sententiam contrariam, ⁊ allegat Guiliel.in dicta.l.de quibus.⁊ tex.in argumen.in.l.vsucapio.ff.de vsucapio.⁊ in.l.naturaliter.eodem titu.⁊ in.§.si quis ergo.in auctentica quibus modis natu.efficiun.sui. Pro solu.dicas q̄ illa doctrina intelligi debet quando consuetudo nondum erat firmata, seu inducta, sed quando esset inducta ⁊ firmata, tunc vna sententia contraria illam non tolleret, ita inquit clare Barto.cum quo ceteri transeunt in repetit.dicte.l.de quibus.in secunda questione principali.versicu.iuxta predicta.allegat textum in dicta.l.nemo.§.temporalis.⁊ ibi notata.

409 Stat ergo defensata dicta conclusio. †Et si queras quanto tēpore tollatur dicta talis consuetudo.dicit Abb.se credere q̄ sufficiat tempus decem annorum indifferenter.idē firmat Felynus in dicto capitulo cum accessissent.versiculo septimo limita.supra de constitutio.referens rationem, quare in inducenda consuetudine de iure canonico requiratur tempus quadraginta annorum, ⁊ tamen in tollenda sufficit tempus decem annorum, ⁊ refert rationem esse, quia consuetudo contra aliam cōsuetudinem reducit nos ad ius cōmune, ⁊ sic est preter ius. sed tu aduerte quia Barbat.hic, columna vigesimanona, dicit q̄ tantum tempus requiritur ad tollendam consuetudinem, quantum ad eam inducendam, ⁊ solū monetur per glosam in dicto.§.temporalis.que dicit secundum eum q̄ requiritur quod eodem modo sit prescripta quo ad tollendum sicut quo ad inducendum. Et pro ista opinione ego etiam allego Gemini.in capitulo fina.de consuetudine, libro sexto, columna prima, vbi dicit, q̄ requiritur tantum tempus ad tollendam consuetudinem quantum ad inducendam, ⁊ ibi Perusinus sequitur. Jtem adduco quia quando consuetudo est inducta habetur pro lege.d.l.de quibus.ergo cōsuetudo contraria debet esse annorum quadraginta de iure canonico per istum textum nec videtur verū q̄ sit preter legem, vt dicit Felynus in dicto capitulo cū accessissent. quia vt dixi si est contra consuetudinē que habetur pro lege, ergo satis dicitur contra legem, nisi dicas q̄ licet consuetudo habeatur pro lege, illud procedit durante ipsa consuetudine, tamen negari non potest quin sit contra ius commune, precedens ergo consuetudo contraria tollens primam nos ad ius commune reducit, ⁊ id faciliter permitti debet capitu.ab exordio.trigesimaquinta distinctione.cum his, que ample congerit Felyn.in dicto capitulo cum accessissent.

¶ Redeundo modo ad conclusionem q̄ consuetudo tollitur

410 per contrariam consuetudinem. †Limita eam primo vt procedat quando vsus contrarius interuenit vt dictū est, secus si interuenit non vsus, quia per non vsum non tollitur consuetudo, nisi habeat implicitum contrarium vsum, ita docto.communiter, maxime Joan.andr.Gemini.⁊ Perusinus in capitulo fina.de consuetudine.libro sexto.declarando, vt per Geminia.ibi, ⁊ est bona glosa quā ibi commendat Bald.in capitulo primo.§.sed ⁊ res.per quos fiat inuestitu.que dicit q̄ consuetudo in perpetuum viget, si non reperiatur esse mutata, non vsus igitur non tollit consuetudinem iam inductam, sed vt predixi contrarius vsus requiritur, ⁊ potest exemplificari hoc modo, nam lex defert hereditates communiter ⁊ equaliter omnibus filijs non distinguendo inter masculos ⁊ feminas.l.maximum vitiū.C.de liberis preteritis.pone q̄ consuetudo deferat illas primogenito, vel masculis ⁊ nunquam feminis, nam licet femine, vel secundogeniti nunquam fuerint vsi illo iure cōmuni, nihilominus inducitur consuetudo, quia hoc casu non vsus habuit contrarium vsum contra ius commune, ex quo semper masculi vel secundogeniti admissi fuerunt, ita exemplificat Abbas in capitulo ioannes.in fine.infra de cler.coniug.vbi etiam aliud exemplum tradit, ⁊ etiā tradit exempla de non vsu. Aliud pulchrum exemplum de non vsu habente contrariū vsum, vide per Joannem fab.in.§.ex non scripto.institu.de iure natu. Aliud exemplum vide in.d.c.fi.⁊ ibi tradunt Joan.and.⁊ alij de consuetud.lib.vj.tradunt etiam doct.in predictis locis exempla quando non vsus non habet contrarium vsum, ⁊ aliqua.j.referam.⁊ aliud tradit Abb.in consilio suo.lvij.incipi.in questione.colum.penul.in.ij.volu.puta si habeo facultatem altius tollendi in solo meo vsq; ad celum, dato q̄ altius non tollam per tempus etiam longissimum non inducitur consuetudo contra me, quia nihil factum est in contrariū, ⁊ illud altius tollere est

411 actus mere facultatis vt per eum. † Similiter per non vsum non tollitur lex nec per actus negatiuos etiā per mille annos, ita dominus Antonius hic, columna decimaquarta, versiculo quero an circa actus negatiuos per plura, ⁊ maxime per text.in.l.finali.C.de iur.do.impe.facit textus in.l.arriani.C.de heреti.ibi semper in viridi obseruantia valituris.idem Jo.and.⁊ Abbas in dicto capitulo ioannes.⁊ late Marianus soci.in.c.cum cōsuetudinis.columna vndecima, supra eodem, tradit aliquid Felynus in.c.inter ceteras.colum.quinta.j.de rescriptis.⁊ plenius alia adducens in dicto.c.cum accessissent.columna decima, versiculo hāc regulam limita, ⁊ in.c.primo.colum.iiij.versicu.quarta declaratio.de treuga ⁊ pace.⁊ communis preceptor in dicta.l.de quibus.columna octaua, in fin.vbi allegat

412 multa. †Hinc etiam dicimus q̄ per non vsum non tollit facultas, seu non preiudicatur facultati actum faciendi, vt tradunt doctores in locis preallegatis, maxime Joan.andre.⁊ Abbas in dicto capitulo ioannes.vbi dicunt, q̄ ex non delatione tonsure non inducitur consuetudo. Jtem si damnum passus nunquā egit actione legis aquilie.per hoc non est inducta consuetudo, nec sublata facultas agendi. Potest etiam exemplificari in pulchro casu quem tradit Cal.in ꝯsi.suo.j.sub tit.de ꝯsue.vbi ꝯsuluit, q̄ licet prelatus ecclesie deputauerit laicum in opera-

rium vel fabricerium ecclesie per .lxxx. annos continuos, ⁊ nunquam deputauerit clericum, tamen quia ille fuit actus voluntarius, ⁊ mere facultatis non fuit sublata facultas ipsi prelato deputandi clericum. Et respondet ad textum qui videbatur vrgere in contrarium in .c. cum de beneficio. de preben. lib. vj. vide per eum. idem decidit ipse Cald. in consi. xix. sub titulo de pre
413 ben. ⁊ refert ⁊ sequitur Fely. in .c. ij. col. iij. ꝟ. de iudic. † ⁊ idem vult Calde. in consi. iij. sub titulo de consuetu. in fi. vbi dicit ꝙ abstinentia ab actu quem quis potest facere, ⁊ nõ facere ad sui libitum non inducit consuetudinem. allegat glo. penul. ⁊ Vincen. in .c. vt priuilegia. ꝟ. de priuile. ⁊ Joan. and. in .d. c. fi. de cõsue. li. vj. Predicte tñ limitationi repugnare videt̃ tex. in .d. l. de quibus. in fi. in verbo desuetudinẽ. qui tex. vult ꝙ leges per desuetudinem abrogentur. pro solut. dicas ꝙ aliud est desuetudo, aliud non vsus, ⁊ pulchre declarat, ⁊ exemplificat Pau. de castro in dicta. l. de quibus. col. ij. ⁊ declaraui. ꞩ. in rubrica huius titu. Vel solue dictum contrariũ, ⁊ dicas ꝙ tex. in .d. l. de quibus. debet intelligi in desuetudine habente actum contrarium implicitũ per predicta, ⁊ hoc suadere videtur vis huius verbi, desuetudo, que sonat in deuiationem a consueto.
414 ¶ † Limita secundo dictam conclusionẽ, vt non procedat in possessorio q2 vnus actus ꝯ consuetudinem preiudicat consuetudini. ita Bald. in .c. j. de cogni. feu. probatur in .c. cum ecclesia sutrina. ꝟ. de causa pos. ⁊ proprie. idem dicit Barba. hic, colum. xix. allegans idẽ tenere Joan. and. in .c. cum ecclesia vulterana. ꝟ. de electio. tradit Fely. in dicto. c. cũ accessissent. alia adducens. colum. antepenul. ⁊ idem Alexan. ⁊ communis preceptor in .d. l. de quibus. colum. xviij. idem Roma. in sing. suis singu. incip. ad hoc vt secunda consuetudo. car. j. col. iiij.
415 ¶ † Tertio limita dictam conclusionem, vt per domi. Anto. hic. col. xiiij. ⁊ tradit Fely. in dicto. c. cum accessissent. ⁊ communis preceptor in dicta. l. de quibus. videlicet vt non procedat quando illi inter quos cõsuetudo est inducta scienter ⁊ collegialiter vnum actum facerent contra consuetudinem, q2 consuetudo tolleretur, ⁊ idem pulchre tradit Abb. in .c. pro illorũ. infra de prebend. ⁊ bene probatur in dicto. c. cum accessissent. Hec tamen limitatio non procederet quando vigore consuetudinis esset aliquid acquisitum ecclesie, quia tunc nec per vnum actum contrarium, nec per plures tollitur illud ius acquisitũ, immo etiam si prelatus expresse tali iuri, ⁊ consuetudini renunciaret etiam cum consensu capituli nihil fieret, ita decidit Innocen. notabiliter in .c. accedentibus. ꝟ. de priuileg. ⁊ refert ⁊ sequitur Alexand. pro notabili in consil. suo. v. in .v. volu.
416 ¶ † Quarto limita, vt non procedat in consuetudine facti, seu assuefactione, que non requirit tempus vel prescriptionem, puta in consuetudine patrisfamilias, quia per vnicum actum contrarium tollitur. ita Bald. in .c. j. §. notandum. de his qui feu. da. possunt. col. ij. allegat tex. in .l. mella. §. j. ff. de ali. ⁊ cib. leg. vbi est bonus tex. idem tenet per illum tex. Barba. hic, colum na. xxix. vbi appellat talem consuetudinem non solennem que non requirit prescriptionem, ⁊ dicit ꝙ secunda consuetudo etiã recens tollit priorem. idem Areti. in consil. suo. xj. colum. fi. ⁊ Alexand. in .l. gallus. §. idem credendum. ff. de liber. ⁊ posthu. colum. quarta, in prin. ⁊ ex hoc habes declarationem ad tex. in l. vel vniuersorum. ff. de pigno. acti. ⁊ ad similia iura que dicunt ꝙ attendenda est consuetudo patrisfamilias, quia intelligitur
417 de vltima non considerata aliqua prescriptione. † Ex hac etiã limitatione infertur ad id quod dici solet, ꝙ vltima tẽpora, seu vltimum solitum spectatur, vt inquit glo. in .c. cũ ecclesia sutrina. in verbo vltimo. ꝟ. de causa posses. ⁊ propri. ⁊ probatur in .d. l. mella. ⁊ ibi not. Barto. quia intelligitur de consuetudine facti seu de assuefactione. Hinc dicimus, ꝙ an emphiteota soluerit canonem, tres vltimi anni inspiciuntur. l. quicũq;. C. de apo.
418 pub. lib. x. glo. ⁊ doc. in .l. ij. C. de iure emphi. † Hinc etiam dicimus ꝙ doctor conductus ad lecturam cum suo solito salario, intelligitur conductus cum salario solito vltima vice, etiam ꝙ illud vltimum solitum fuerit minoris temporis. ita Bald. in .l. binos. prope finem. C. de aduoca. diuer. iudi. Hinc etiam dicit Bald. in auc. quibuscunq; modis. C. de sacrosanctis eccle. circa finem. ꝙ prelatus debet inuestire vel infeudare rem solitam infeudari secundum vltimum solitum. Hinc etiam dicimus ꝙ inspicitur vltima fama. ita Bald. per illum textum in .l. si ma-
419 ter. C. de de statu defunctorum. † Hinc etiam dicimus ꝙ ad acquirẽdum quasi possessionem iuris eligendi vel similium iuriũ attẽditur vltima electio vere vel presumptiue, vt declarat Abbas in dicto capitulo cum ecclesia sutrina. in glo. in verbo vltimo. infra de causa possessio. ⁊ proprie. ⁊ est glo. in verbo in triũ in eo. capitu. ⁊ ibi probatur in textu in verbo vltimo, ⁊ immediate. idem Abbas in capitulo accedentibus. infra de priuilegijs. Et plura similia tradunt apostillantes ad Bart. in dicta. l. mella. §. primo. ⁊ Moderni in auctentica nouissima. C. de pactis. ista tamen illatio procedit etiam in consuetudine completa que ius facit, quia ex quo tollitur per sequentem contrariaꝫ vt dictum est supra in principio conclusio. supra premisse, satis patet ꝙ vltima consuetudo spectatur.
420 ¶ † Quinto limita dictam conclusionem, vt nõ procedat, quãdo actus qui fit contra consuetudinem est successiuus, quia per vnum actum contrarium tollitur consuetudo. Exemplum, pone ꝙ vnum beneficium de consuetudine sit regulare, ⁊ consuetum religiosis cõferri. Ex vna collatione facta alicui clerico seculari que successiue duret per quadraginta annos tollitur prima consuetudo, ⁊ sic illud beneficium non dicitur amplius regulare, textus est in capitulo cum de beneficio, de prebendis libro sexto, ⁊ ita etiam dictam regulam limitat dominus Felyn. in dicto capitulo cum accessissent. ⁊ dixi plenius supra in septimo requisito consuetudinis ad finem.
¶ Circa secundam partem glo. fi. aduerte quia glos. attingit vnum quotidianum, videlicet an contra consuetudinem probari possit, idest an ille contra quem allegatur ⁊ probatur consuetudo possit probare consuetudinem non adesse: ⁊ videtur velle ꝙ sic, hec fuit opinio quorundam quos refert Hosti. in summa huius tituli, columna antepenultima, versi. extra summam, in principio, cum quibus transire videtur ipse Hostiens. idem Bartolus in dicta. l. de quibus. in quarta questione principali. columna secunda, ⁊ hoc credo verissimũ. Sed quia ista glosa multa alia dicit vt ordinatim procedamus colligo aliquas
421 conclusiones ex ea. ¶ † Prima est conclusio ex glo. ꝙ contra consuetudinem probari poterit, ⁊ ratio potest esse quia sicut cõsuetudo probari debet. l. j. C. que sit longa consuetud. ita probari potest eadem ratione contra consuetudinem. In facto enim consistunt ea quibus consuetudo inducitur, ⁊ sic ignorari possunt capit. j. de constitu. lib. vj. ⁊ ita dicit Barto. in simili in .l. omnes populi. ad finem. ff. de iustitia ⁊ iure. Item probatio requiritur in facto dubio, vt per glosam in rubrica. C. de probationibus. ergo stante dubio an sit consuetudo vel non probatio fieri poterit hincinde. Et hoc tenendo cogita de solut. ad textum in .l. litibus. C. de agricolis ⁊ censi. libro vndecimo, quem text. glo. hic in contrarium adducit, nisi dicas ꝙ ibi textus loquitur in prescriptione, ⁊ non in consuetudine, ⁊ licet regulariter probari possit etiam contra prescriptionem, tamen eo casu non, q2 ille qui opponebat contra prescriptionem iam confessus erat se habuisse causam a prescribente, ex quo longo tempore ei soluerat pensionem tanquam colonus. Quomodo autem sit fienda probatio pro consuetudine vel contra consuetudinem dicemus. ꝟ. post expedita ea que tractat Abb. hic.
422 ¶ † Secunda colligitur ex glosa conclusio ꝙ in consuetudine non requiritur titulus vel causa, de quo tradit Abbas infra ⁊ miror ꝙ ad hoc non alleget istam glosam, ⁊ aduerte quia glos. ista capit titulum, ⁊ causam pro sinonimis, ⁊ idem dicit glosa in capitulo dudum. el secundo in verbo intitulatam. infra de electio. Et hanc glosam sequuntur doctores hic. Ex quo apparet glos. alibi male loqui vbi contrarium presupponit, videlicet in capitulo cum ecclesia sutrina in verbo temporis. infra de causa possession. ⁊ proprietat. Et de hac conclusione infra dicemus in conclusione sequenti.
423 ¶ † Tertia colligitur conclusio ex glo. ꝙ est differentia inter consuetudinem ⁊ prescriptionem in hoc plenius instat Abbas hic, ⁊ commendat duas principales differentias, vna est, quia consuetudine acquiritur ius in communi, ⁊ in publico, prescriptione vero acqritur ius in priuato, ⁊ probat vt per eum. idem dicit Abbas in .c. cum ecclesia sutrina. colum. xij. versi. ego fateor. ꝟ. de causa possession. ⁊ proprieta. Hanc etiam differentiã tanq; substantialem refert domi. Ant. hic, colum. xxiiij. ver. visa materia. ⁊ Hosti. hic in summa. col. antepen. ⁊ Abb. in ꝯsil. xviij. incip. in causa ⁊ questione. in .ij. volu. ⁊ Alex. in ꝯsi. vj. in primo volu. incip. viso. col. fi. Alia est differentia, q2 in ꝯsuetudine non reqrit̃ titulus, in prescriptione aũt secus, ita Abb. hic assignans rõnem. idem glo. hic in effectu ad quam nõ aduertit Abb. idem Cald. pulchre in consi. vlti. sub hoc tit. de ꝯsue. idẽ Abb. in .c. cum dilectus. in fi. ꞩ. eo. idem Ang. ⁊ Alex. in .d. l. de qbus. ⁊ cõis preceptor ibidẽ col. xij. idem Alex. ꝯsi. cxxiiij. col. j. incip. sup primo quesito. in .iiij. vol. ⁊ predictas duas differentias

ferentias tanq̃ vtiliores etiam refert ⁊ approbat Barba.hic, colum.xxix. Aliam differentiam tradit Bartolus in dicta.l. de quibus.in quinta columna.versicu.vltra hoc.in repetitio.⁊ clarius in dicta.l.secunda.C.que sit longa consuetu.colum.ix. vbi dicit ꝙ cõsuetudo est ius disponens ex consensu populi,vel maioris partis constitutum,prescriptio vero est ius dispositum ex consensu singulari inductuꝫ. Alia est etiam differentia,⁊ bona,quia in consuetudine non requiritur bona fides,in prescriptione secus,ita Angelus,⁊ communis preceptor in dicta.l.de

424 quibus. Alexan.in dicto consilio sexto,in primo volu.† Hinc dicimus ꝙ ex sententia nulla, que in notitiam populi deuenit, inducitur consuetudo,quia ex ea satis tacitus consensus populi colligitur,ita dominus Antonius hic columna vndecima, ⁊ sequenti. Barto.in dicta.l.de quibus.in secunda questione pncipali.circa finem. Hinc etiam dicimus ꝙ ex actibus violentis ⁊ meticulosis inducitur consuetudo,vt per Bartolum in dicta.l.secunda.columna decimasexta.versi.decimooctauo quero.⁊ quest.xix.ad finem.⁊ per dominum Antonium hic,colũ.

425 xj.declarando vt per eos.† Alia est differentia, quia quando ex vna parte siue ex parte agente siue patiẽte sunt persone plures non determinate,nec certe tunc resultat ꝯsuetudo, non prescriptio,ita dominus Antonius,⁊ Jmo.hic, ⁊ quidam docto. quos refert ⁊ sequitur dominus Petrus philippus corneus in consilio suo.cclxviij.incipiente.in hac consultatione.columna sexta,volumi.quarto,vbi dicit quod in vectigalibus in quibus agitur de solo preiudicio,vel fauore cesaris, vel eius fisci,⁊ sic ex vna parte est sola vna determinata persona,⁊ ex alia plures indeterminate,tunc est consuetudo. Huic tamen differen-

426 tie repugnat,† quia quando vniuersitas vult aliquid ex cõsuetudine inducere contra priuatum contra quem non potest hoc facere statuendo,vt esset imponere collectaꝫ non subdito,talis consuetudo assumit naturã prescriptionis, ⁊ potius prescriptio videtur q̃ consuetudo,ita Baldus in rubrica.C.que sit longa consuetud.quem refert ⁊ sequitur Aretinus in ꝯsil.suo.cxxxij. incipien.in causa que vertitur,colum.penul.⁊ ibi subijcit ita esse declaranda dicta domi. Anto.hic, ⁊ aliorum doctorum ibi per eum relatorum,idem inquit Aretinus in consilio.xxiij.incipien.in presenti consultatione.colum.penulti.vbi subijcit, ꝙ quando consuetudo ageret de auferendo ius priuato ꝯtra quẽ posset statuere ex causa,tunc consuetudo induceretur,⁊ hoc bene probatur in.l.venditor.§.si constat.ff.communia predio. Et idem dicit econtra scilicet quando priuatus ageret de auferendo ius vniuersitati,super quo vniuersitas ipsa posset statuendo sibi preiudicare,⁊ allegat dominum Antonium hic. Considera tamen super hac doctrina,quia licet pulchra sit, tamen non bene probatur. Alias differentias vide per dominum Antonium hic,⁊ per Hostien.in summa huius titu.colum.antepen. ⁊ aliquas tradit Egidius bellamera consil.suo.x.incipien. factum est tale.colum.xv.vbi pulchre loquitur, ⁊ etiam tradunt doctores in varijs locis,vt plene refert dominus Felinus in capitulo auditis.columna decima,versicu.quinta declaratio.de

427 prescriptio.† Aduertendum tamen est inquantum Abb.hic, dicit post Joannem andream ꝙ si aliquid acquiratur collegio, seu collegiuꝫ vtatur iure alieno,⁊ illud acquirat per vsum,tunc proprie dicitur prescriptio,⁊ non consuetudo,vt in casu capitu. cum dilectus.supra eodem,vbi idem dicit Abbas in fine,⁊ ratio est secundum eum,quia collegium est quoddam corpus fictum,⁊ sic habetur pro particulari persona, quia hoc attento idem erit dicendum eadem ratione in populo vtente iure alieno,⁊ illud per vsum acquirente,quia dicetur prescriptio populi ⁊ non consuetudo populi. Sed hoc videtur falsum, quia eo dato pro vero,collegium vel populus nunquaꝫ diceretur aliquid acquirere per consuetudinem. Ex quo,vt dictum est, id quod acquiritur collegio,vel populo,dicitur acquiri per prescriptionem. Jtem dicte doctrine repugnat etymologia consuetudinis que est communis assuefactio,seu dicitur,quia in communi est vsu,vt dixi supra in rubrica huius titu.questio.ij. Pro solutione credo dicenduꝫ ꝙ doctrina Jo.an.⁊ Abb.intelligitur quãdo aliquid acquiritur collegio vt collegio,q̃ tunc persona quedam ficta ⁊ particularis reputatur,vt dictuꝫ est. Et propterea tunc prescriptio dicitur,sed quando persone particulares populi,vel collegij omnes,vel maior pars aliquid obseruarẽt, seu etiam alique persone licet pauce populo tacite approbante actus aliquos facerent,iuxta ea que dixi supra in octauo requisito,in principio,tunc diceretur consuetudo populi vel collegij,⁊ non presc iptio. Nec aliquid tunc populo acquireretur, licet per populum consuetudo ipsa induceretur. exemplum dari potest in casu.c.cum omnes.de constitu.vbi fit mentio de consuetudine collegij,qua mediante absentes canonici percipere possunt fructus prebendarum in absentia.nam tunc dicitur consuetudo collegij,⁊ illud ius acquiritur absentibus, ⁊ per ꝯsequens singulis de collegio,non autem acquiritur collegio vt de se patet. Notandum est etiam ꝙ Abb.hic dicit,videlicet ꝙ vnum, ⁊ ideꝫ potest dici consuetudo,⁊ prescriptio diuerso respectu,vt in casu.c.iij.de consuet.lib.vj.⁊ hec doctrina comprobari potest ex his que.s.in glo.in ver.rationabilis.in.viij. aduertẽdo. ¶ Querit vltimate Abb.extra glosas de effectu consuetudinis,⁊ distinguit vt per eum post Bart.in.d.l.de quibus.in vltima oppositione.⁊ eandem distinctionem facit Bar.in.d.l.secunda.C.que sit longa consuet.in vltima questione. Ex doctrina Abb.pro clara intelligẽtia collige.j.scriptas conclusiones.

428 ¶ † Prima est conclusio,ꝙ consuetudo quandoq; est ꝺm legem,quandoq; preter legem,quandoq; cõtra legem,idem do. Anto.hic,colum.xxvj.versicu.restat videre. Hinc dicimus ꝙ consuetudo habet tres virtutes,quia imitatur legem,interpretatur legem,derogat legi.glo.est.iij.§.ex non scripto.in verbo imitatur.institu.de iure natura.idem dicit Bar.in.d.l.de quibus.in vltima opp. Abb.in.c.cum dilectus.in notabilibus.s. eod.⁊ in.c.cleri.de iudic. Quinimmo dicit glo.in.l.fi.C.que sit longa consue.ꝙ consuetudo habet quatuor virtutes,quia imitatur,interpretatur,derogat,⁊ corroboraborat legem,ista tamẽ

429 quarta virtus satis comprehenditur sub prima,†quia consuetudo ꝺm ius dicitur potius imitatiua legis q̃ dispositiua, ita Bald.in.l.fi.C.que sit longa consuet.⁊ paulo infra alia ad hoc adducam. Host.autem hic in summa.§.fi.in prin.dicit ꝙ quinque sunt virtutes consuetudinis. Primo habet ꝺm eum virtutem imitandi. Secundo virtutem interpretandi. Tertio virtutem abrogandi. Quarto derogandi. Quinto presumptioneꝫ inducendi. Alij ponunt septem virtutes,vt refert Cardin.florẽ. hic.q.xlv.ipse tamen concludit ꝙ consuetudo habet eas virtutes seu eos effectus quos habet lex, quia est tacita lex.§.constat.institu.de iure natu. Et de consuetudine interpretatiua dicit pulchrum verbum Abb.in.d.c.cum dilectus.in.vij.notab.

430 †videlicet ꝙ adeo standum est consuetudini interpretatiue,vt licet intellectus quem consuetudo tribuit appareat ex post facto non bonus,tamen ab illo non est recedendum ob virtutem consuetudinis,⁊ hoc dicit esse menti tenendum, ⁊ dicit Areti. in consil.clx.incip.longa est ista consultatio.colum.j.ꝙ ex consuetudine patrisfamilias interpretatur actus eius,⁊ presumitur tacitum mandatum.l.vel vniuersorum.cum similib.ff.de pign. actio.⁊ idẽ esset ex consuetudine regionis vel loci ꝺm eum, per casum notabilem in.l.si pignore.§.si creditor.ff.de pigno.actio. cum alijs per eum allegatis. Exempla autem consuetudinis se-

431 cundum legem vel contra de se patent.† De consuetudine autem preter ius cape pulchrum exemplum ex decisione Abb.in c.suam.j.de simo.videlicet in consuetudine quam inducit populus de faciendo certas oblationes. Jtem in consuetudine inducendi ieiunium,ꝙ alias ab ecclesia non esset inductum,vt in.c. illa.xij.distin.vbi not.Gemi.⁊ in.c.ij.de obser.ieiu. Jteꝫ in cõsuetudine obseruandi aliqua festa,que non sunt de precepto.c. fina.de ferijs. Jtem in consuetudine non comedendi carnes in sabbato.d.c.ij.de obser.ieiu. Jtem potest exemplicari in consuetudine dante modum in congregatione capituli,nam qualiter capituluꝫ conuocari debeat,standum est consuetudini.c.in causis.j.de electio. Bartol.in.l.obseruare.C.de decurio.lib.x. ⁊ Abb.in consil.xxxviij.incip.in questione.in fine.in.ij.volu. posset etiam exemplificari in similibus que non sunt de precepto legis,nec etiam contra legem,talia enim dicuntur preter le-

432 gem,vt ex predictis patet,†⁊ propterea dicimus ꝙ beneficiuꝫ principis dicitur preter ius,quia non est contra legem nec secũdum legem,vt tradit Abb.in rub.s.de rescrip.⁊ tradunt Barto.⁊ alij communiter in.l.fina.ff.de consti.prin. Aduertendum tamen est,quia non videtur possibile,ꝙ consuetudo sit secundum legem,probatur primo,quia cõsuetudo dicitur vbi lex deficit.c.consuetudo.prima distinctio. Secundo,quia populus seruando legem etiam si per mille annos eam seruaret,videtur id facere animo obediendi legi,non autem animo introducendi consuetudinem,q̃ in necessitatibus nemo liberalis existit.l. rem legatam.ff.de adi.leg.⁊ hoc firmat Gemi.post Jo.de lig. in.c.j.col.vij.in fi.de ꝯsti.lib.vj.idẽ do. Ant.⁊ ibi Fely.in fi. in.c.j.s.de rescri.pro so.dicas ꝙ talis ꝯsuetudo est potius ꝯfirmatio quedam legis,non autem est proprie cõsuetudo,ita col

433 ligo ex verbis Barto. in dicta. l. de quibus. in. x. oppo. † & di-
cit Bald. in. l. fi. C. que sit longa consuet. q consuetudo s̃m ius
non dicitur consuetudo dispositiua, sed imitatiua, & dicit Alex.
in. d. l. de quibus. q dicitur potius obseruantia legis q̃ consue
434 tudo. † Ex hoc infertur s̃m Abb. hic, q sublata lege tollit̃ con
suetudo ei conformis, idem dicit glo. ordinaria, in. c. j. in verbo
facti. de constit. lib. vj. Sed hoc limita pluribus modis, vt per
do. Alexan. in. l. j. in prin. ff. ad legem fal. & per Fely. in. c. j. co
lum. pen. & fi. s. de rescri. Nolo ipsas limitationes hic referre,
qz predicti doct. plene loquuntur, & ego nihil habeo qd addaz.
¶ Secunda sit conclusio, q consuetudo contra ius diuinũ non
tenet, ita Abba. hic, de hac conclusione diximus. s. in textuali-
bus, videlicet in tertio notab. vbi hanc regulam cum illationi-
bus, ampliationibus, & limitationibus plurimis laboriose, & vti
liter vltra alios expediui. Ultra tamen ibi dicta occurrit pul-
chra dubitatio quam mihi mouit venerandus decretorum do-
ctor do. Ruffinus belẽgerius curie archiepiscopalis Medio-
435 lani vicarius dignissimus, olim auditor meus gratissimus, † vi
delicet an valeat consuetudo per quam Romani sacerdotes
Mediolanum quãdoqz accedentes celebrant in ecclesijs Am
brosianis more Romano. Predicta conclusio facit q non, qz
institutio ecclesie Ambrosiane, & officij Ambrosiani videtur di
uinitus processisse, vt legitur in hystoria que in libro antiquissi-
mo quem Beroaldum vocant, reperitur, qui liber est in archi
uo ecclesie maioris Mediolani. cauetur etenim vt audio in ip
sa hystoria, q in diocesi Ambrosij ritus ambrosianus obserua-
ri debeat ob miraculum ibi recitatum. Cum ergo talis institu-
tio sit de iure diuino, consuetudo in contrariũ vigens sine cau
sa non valet per ea que dicta sunt. s. in tertio notabili. Si ergo
consuetudo non valet, celebrantes qui non seruant illum ritum
peccant, tanq̃ ordinationi diuine non obedientes. ca. si quis. j.
q. vij. Consideranda tamen sunt verba dicte hystorie, quam nõ
potui videre, quia vbi talis ritus ambrosianus psonis id est sa-
cerdotibus ambrosianis esset iniunctus, & non loco, aliud dicen
dum esset per ea que tradit Bar. in simili in. l. j. q. iij. C. de sum
ma trini. & fide catho. & ibi Moder. plene, & quod dixi in con-
suetudine celebrandi contra predictum ritum, eadem ratione
haberet locum in alijs consuetudinibus que deuiarent ab eccle
sia ambrosiana in ciuitate & diocesi Mediolaneñ.
436 ¶ † Tertia sit conclusio, quod consuetudo contra ius na-
turale non tenet, quia naturalia immutabilia sunt, ita Abb. hic,
& nemo discrepat, hanc conclusionem declaraui. s. in. ij. glo. vbi
feci aliquas oppositiones contra id quod dicitur q naturalia
sunt immutabilia, vide etiam que plene dixi. s. in. iij. not.
¶ Ex hac conclusione infertur q non valet consuetudo q filij
a parentibus non alantur, ita Abb. hic, nec aliquis discrepat
437 ab hoc. ¶ † Secundo infertur, q non potest per statutum, vel
consuetudinem tolli legitima filio, vel diminui. de hoc tamen
Abb. hic se remittit ad dicta per eum in. c. raynutius. colum.
iiij. s. de testa. & in. c. raynaldus. in primo notab. eo. titu. Cõmu-
nis opinio est q ex causa possit nedum diminui, sed etiam in to
tum tolli, & hanc esse cõmunem attestatur Abb. in consil. lxxv.
incipien. quidam decessit. ad fi. in primo volu. tradunt Bar. &
alij in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condit. & demonstrat.
Pau. de cast. in consi. cccxlvj. incip. presens casus. in fi. & do.
Signo. de homod. in consi. ccxxiiij. incip. in questionibus. vbi
alleg. Dy. in regu. indultum. de regu. iur. lib. vj. & Cy. in. l. san
cimus. C. de nup. idem tenet Ange. in ɔsilio suo. ccc. incip. pun
ctus talis est. Aliter tamen videtur concludere Rota apostoli
ca in suis decisionibus antiquis sub hoc titulo decisio. vij. inci-
pien. consuetudo, & in nouis eodem titu. decisi. j. vbi plene di-
438 sputat, † an valeat consuetudo q vxor succedat viro in bonis
mobilibus liberis extantibus, & concludit q sic, quia iuri natu-
rali in parte tantum derogat. Aliter etiaz loquitur do. Alex.
in ɔsilio. lv. incipien. viso. in secundo volu. vide pro resolutio-
ne communem preceptorem in. l. quoniam in prioribus. C. de in
offi. test. & in locis per eum, & per Alexan. in. d. ɔsi. relatis.
439 ¶ † Tertio infertur, q non valet ɔsuetudo qua mediante ma
tres non lactant filios suos, nec excusantur a peccato ipse ma-
tres, quia talis consuetudo est contra ius naturale. c. ad eius
vero concubitum. in prin. v. distin. hoc tamen limitant pulchre
Bald. & Pau. de cast. in. l. alimenta. C. de nego. gest. vt nõ p
cedat in matre nobili que non posset lactare sine dedecore. itez
in matre paupercula, que si lactaret, non haberet vnde viueret
440 dic vt per eos. ¶ † Quarto infertur q non valet consuetudo,
vel prohibitio aucupandi, vel piscandi, quia id de iure natura-
li competit. c. ius naturale. j. distinctio. §. fere. institu. de rerum
diuisio. & ita dicit Cardinal. alex. post Hug. in dicto. c. ius na
turale. & nota q de iure non prohibetur venatio, nisi cum frau-
de. §. nemo retia. in titulo de pace tenenda, in libro feudorum.
441 ¶ † Quinto infertur, q non valeret cõsuetudo, q vnus punia
tur pro alio pena capitali, vel corporis, quia id videretur con-
tra rationem naturalem, & ius diuinum, & ita in simili de statuto
concludunt Bald. & Saly. in rubrica. C. res inter alios acta. &
alij docto. quos referunt & sequuntur Barba. & Fely. in dicto
c. secundo. s. de constitu. & ibi etiam alij posteriores firmant, &
ego approbare ibidem consueui. idem Fely. plene in. c. ius ge-
nerale. colum. fi. j. distin. Soci. in consi. xxxj. incipi. sequendo
ordinem, & communis preceptor in dicta. l. de quibus. colũ. xv.
ff. de legi. & in aucten. nouissima. colum. ij. C. de inoffi. testa. Ex
hoc improbari videtur glo. que contrarium dicit in. c. cum ho-
mo. xxiij. q. v. in vltimis verbis que presupponit valere talem
consuetudinem, & eam sequitur Rota in singularibus suis sin-
gu. cxxviij. inci. tu scis q in causa criminali, & est mirandum qz
Bald. in rubri. & alij Moderni. s. relati communiter allegant
dictam glos. pro se, & tamen contrarium dicit, & glo. ipsam etiaz
improbat domi. Fely. in dicto. c. secundo. colũ. ij. & in. d. c. ius
generale. ad finem, sed eam vltra predictos sequitur Cepolla
442 in cõsilio quadragesimo incip. lutius. colum. decima. † & dicit
consuetudinem valere q in causa criminali in qua ingeritur pe
na mortis fideiussor accedere possit, & allegat Bal. idem tene-
re in titulo de pace constan. colum. xxvij. & Joan. de ana. prece
ptorem suum, in. c. sicut. colum. penult. in fi. s. de iudeis. sed dici
posset q ista opin. vera sit in casu premisso scilicet quãdo quis
tanquam fideiussor se obligat pro alio, quia ad id accedit eius
consensus, & licet istam rationem impugnet Fely. in dicto cap.
ius generale. per text. in. l. liber homo. ff. ad legem aquili. quasi
dicat allegando dictam legem q talis ɔsensus nihil operatur,
quia nemo est dominus membrorum suoruz, tamen dici potest,
q licet solus fideiussoris consensus id non posset operari, tamẽ
auctoritas consuetudinis, que vim legis habet ipsum consensuz
validat, vel dicas q tex. in. d. l. liber homo. procedit quãdo qs
iniuste vellet exponere corpus suũ, secus si per media licita, pu
ta per confessionem criminis vel per similia, ita declarat Ab-
bas in. c. de his. in principio. s. de accusat. dicamus ergo q va-
let talis consuetudo in casu glo. predicte, quia actus fideiusso-
ris est medium licitum. An autem valeat consuetudo q quis
puniatur pecunialiter pro alio, vide in sequenti conclusione in
fine. Multa alia ad declarationem huius conclusionis de cõ-
suetudine contra ius naturale, vide per me supra extra glos. se-
cundam, vbi alias illationes feci, faciunt etiam que plene tradi
di. s. in tertio notabili, vbi loquutus sum de consuetudine con-
tra ius naturale prout sumitur pro iure diuino, seu p preceptis
iuris diuini, & ibi multas alias illationes feci.
443 ¶ † Limita modo premissam conclusionem, vt non procedat
quando consuetudo limitaret vel distingueret ius naturale ex
causa, quia valeret, vt declarat Abbas hic, colum. j. in fine. &
dixi supra post secundam glosam in versic. extra istam glosam
queritur, & etiam dicam in sequenti conclusione ad fin.
444 ¶ † Quarta sit conclusio, q consuetudo ɔtra iusgentium non
tenet, ita Abbas hic, & ratio est secundum eum, quia iusgentiũ
est naturali ratione inductum. l. omnes populi. ff. de iustitia & iu
re. hec ratio videtur melior q̃ ratio Bald. in capitulo primo.
de natura feudi. vel ratio Bald. in capitulo primo. §. fina. qui
feud. dare possunt. naz dicit Baldus in dicto capitulo primo.
de natura feudi. q ideo non potest princeps statuere ɔtra ius-
gentium, quia licet Deus subiecerit leges principi, non tamen
subiecit ea que sunt de iuregentium, & dicit Baldus in dicto. §.
finali. q potentius est iusgentium q̃ principatus, & has ratio-
nes sequitur communis preceptor in repetitione. l. quominus.
in tertio notabili. ff. de fluminib. sed profecto iste rationes non
multum mihi placẽt, quia nulla lege fundantur, nec aliter pro-
bantur. Melior est igitur ratio quam predixi.
445 ¶ † Ex qua ratione infero notabiliter, q non valeret consue-
tudo etiam contra ius positiuum in ratione naturali fundatum
quia esset contra rationez, & sic esset irrationabilis, & hec illatio
satis probatur in isto textu nostro ibi, nisi fuerit rationabilis, &
hoc etiaz in effectu voluit Baldus in. l. vnica. columna tertia.
post medium. C. de his que pene nomine. vbi dicit quod insti-
tia positiua, vel municipalis tolli potest, sed institia natura-
446 lis, & necessaria non, quia est constans, & perpetua. † Et fa-
cit simile, qz princeps non posset dispensare ɔtra ius positiuum
sine

fine causa quando est fundatum in ratione naturali, vel diuina, ita Abbas in repetitio. c. per tuas. j. de arbitris. columna vndecima, tradit domi. Fely. in. c. j. colum. vij. s. de constitu. ⁊ in. c. ad audientiam. el secundo, colum. iiij. s. de rescrip. ⁊ exemplificant prefati doct. in iure positiuo prohibente pluralitatem beneficiorum, quod est quotidianum. Ex premissa cōclusione ⁊ ratione iustificatur, vt puto id quod decidunt doct. ⁊ ibi Abb. re
447 fert, ⁊ sequitur in. c. dilecti. in glo. prima. j. de arbitris. † vbi dicunt ꝙ licet valeat consuetudo, ꝙ vnus nobilis, vel homines alicuius castri possint icidere ligna, seu animalia pascere in fundo alterius, pro qua facit textus notabil. in simili in. l. venditor. ff. communia pred. ⁊ tex. in alio simili in. l. iij. §. fi. ff. de testibus. vbi probatur, ꝙ valet cōsuetudo, vt posset quis citari in alieno territorio, tamen vbi ligna seu pascua non possent sufficere domino fundi, ⁊ etiā illi qui consuetudinem pretenderet, tunc dominus preferendus esset, ⁊ sic non valeret consuetudo per quā excluderetur dominus admisso extraneo, allegant tex. in. c. suggestum. j. de decimis. ⁊ in. c. quid per nouale. j. de verborū significa. sed est melior tex. in dicta. l. venditor. in fi. hec decisio iustificatur, vt puto, quia vt dixi ratiōi naturali repugnaret ꝙ ex
448 traneus domino preferretur. ¶ † Ex premissa etiam conclusione infertur, ꝙ non valeret consuetudo vel statutū per quod particulares persone priuarentur dominio rerum suarum sine causa, quod declara, vt in sequenti limitatione dicetur, ⁊ lz Alexan. in consi. xx. incip. visis. in. iij. volu. colum. penul. aliud dicat esse in statuto vel lege generali, ⁊ aliud in principe auferente rem suam ab aliquo, tamen non datur ratio diuersitatis, nec aliquid Alexan. adducit ꝙ vrgeat, ⁊ contrarium tenuit communis preceptor, in. l. barbarius. colum. viij. ff. de officio preto. ⁊ reperio ꝙ idem vult Barto. in. j. constitu. ffor. colum. ij. vbi dicit ꝙ princeps etiam legē condendo non potest alicui auferre dominium rei sue sine causa. ⁊ allegat Inno. in. c. que in ecclesiarum. s. eodem. ⁊ in. c. quia plerisqz. j. de immuni. eccles. sed premisse conclusioni obstat tale fundamentum, nam omnis res per quascunqz causas nascitur per easdem dissoluitur. c. j. de regulis iuris. sed iusgentium fuit a gentibus inductum. c. iusgentium. j. distin. ⁊. d. l. omnes populi ergo consuetudo contraria inducta ab ipsis gentibus tollere debet illud iusgentium. pro solutione credo dicendum ꝙ ipsum iusgentium dicitur potius inductum ab ipsa ratione naturali, licet medio gentium, vt dicit Abb. hic, ideo tolli non potest. preterea inductum fuit generaliter ab omnibus gentibus, sed consuetudines inducuntur a singulis populis, vel vniuersitatibus, vt dictum est supra in rubrica in diffinitione consuetudinis, igitur non est conueniēs, ꝙ consuetudo particularis vnius loci tollat iusgentiū, precedens tamen solu. magis placet, vel potest dici, ꝙ iusgentium sit diuina prouidentia cōstitutum, ⁊ ideo immutabile. §. sed naturalia. institu. de iure natu. ſm verum intellectum.

449 ¶ † Limita tamen cōclusionem premissam dum dicitur ꝙ cōsuetudo contra iusgentium non tenet, vt non procedat quando illa consuetudo concerneret fauorem publicū, quia eo casu valeret etiam statutum, vt dicit Abb. hic. col. ij. ⁊ ipse, ⁊ omnes. in. c. que in ecclesiarum. s. de constitu. ⁊ tradunt glo. Bartol. ⁊ alij in. l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publi. ⁊ alibi sepe doct. vbi dicunt ꝙ ex tali causa posset quis priuari dominio rei sue, per textum in. l. item si verberatum. ff. de rei vendi. cum similib. Aduertendum tamen est, quia ſm opinionem communem docto. in locis predictis precium solui deberet illi, qui re sua priuaretur, ⁊ bene probatur in. l. serui. C. ex quibus caus. serui. pro pre. liber. accipiunt. ⁊ in. d. l. venditor. §. si constat. ff. communia predio. ⁊ tradunt Moder. plene in. l. barbarius. ff. de offi. preto. post glosam ibi, non valeret igitur statutum vel consuetudo priuans aliquem dominio rei sue, nisi precium ei solueretur per predicta, ⁊ ex hoc infero male loqui glo. in. l. si locus. §. fi. ff. quē admo. serui. amitta. que dicit ꝙ de consuetudine non soluit̄ pre
450 cium his qui priuant̄ agris suis pro via vel strata fienda. † Infero etiam non valere consuetudinem per quam principes auferunt pecunias a subditis pro bello fiendo, seu pro eorum subsidio, nisi illas restituant, vel aliquid de suo insolutum dent. Ratio est, quia etiam ex causa publica non potest princeps priuare aliquem dominio rei sue, nisi soluat precium, ⁊ sic est necesse conseruare indemnes illos, qui priuant̄ rebus, vel pecunijs suis per predicta, ⁊ sicut non potest priuare dominio aliarum rerū ita nec pecuniarum per eandem rationem, ⁊ facit quod dicit Bald. in. l. cum multa. C. de bonisqz liberis. nec est differentia an princeps auferat dominium ab aliquo ex particulari dispositione sua, an ex lege generali, vel cōsuetudine, vt supra dixi in ɔclusione supra facta. ⁊ bene probatur in. l. venditor. §. si cōstat. ff. communia predio. ⁊ ita dicendum puto, licet aliud dicere videatur Alexand. in consilio. xxxv. incipien. viso themate in. ij.
451 volu. vbi nullum stringens fundamentum facit, † facit etiam ꝓ dicta limitatione, quia videmus ꝙ valet consuetudo, vt vnus puniatur pro alio pecuniariter, quādo ille alter redderetur ad delinquendum timidior propter talem penam, quia sic vtilitati publice consuleretur. l. quisquis. C. ad legem iuliam maiest. l. in re prouisum. C. de fabricensi. libro vndecimo. c. ij. de delic. puerorum. tradunt Barba. ⁊ Fely. ⁊ alij posteriores, ⁊ ego etiam dicere ibi consueui in. c. secundo. s. de constitu. ⁊ tradit Bal. in l. sancimus. C. de penis. tradunt etiam doc. in varijs locis vt cōgerit do. Fely. in. c. ius generale. j. distinc. colum. fi. ⁊ Soci. in consilio. xxxj. incipien. prosequendo ordinem ⁊ communis preceptor in. l. de quibus. colum. decimaquinta. ff. de legibus. ⁊ in auctentica nouissima. colum. secunda. C. de inofficio. testamen. ⁊ an alia causa ꝗ̄ causa fauoris publici sit sufficiens ad hoc, vt valeat consuetudo contra iusgentium, dixi supra post secundam glosam, in versiculo extra istam glosam.

452 ¶ † Secundo ergo limito dictam conclusionem, vt non procedat quando modicum preiudicium contra iusgentium infertur ex consuetudine. argu. d. §. si constat. Item probatur argumē. l. quoties. C. de precibus impera. offer. vbi dicit ꝙ princeps potest aliquem modice ledere, ⁊ ita dicunt Innocen. Abb. ⁊ Fely. communiter in dicto capi. que in ecclesiarum. s. de constitu. Ea ratione credo valere consuetudinem, ꝙ dominus alicuius terre vel loci possit illum alienare inuitis hominibus illius loci, vt probatur in. c. primo. §. ex eadem. de lege corradi. vbi dicitur talem adesse consuetudinem Mediolani, ⁊ hoc idem dicit Abbas in capitulo auditis. columna nona, de prescrip. ⁊ Felynus in capitulo dilecti. columna secunda. j. de maiorita. ⁊ obed.

453 ¶ † Quinta sit conclusio, ꝙ consuetudo non valet contra ecclesiasticam libertatem, ita Abbas hic per adducta per eum, facit tex. in extrauaganti vnica. sub titu. de consuetudine, in extrauagantibus communibus, vbi disponitur non valere consuetudinem non suscipiendi legatos apostolicos, nec per illam possunt, vel communitates vel principes se excusare. Quinimo non valet consuetudo contra ecclesiam, vel in preiudicium ecclesie inducta, licet non sit contra libertatem ecclesie. c. j. supra eod. ⁊ ibi Abbas rationem assignat. aliud enim est, ꝙ aliqd statuatur contra libertatem ecclesie, aliud in preiudicium ecclesie, vt tradit dominus Antonius in. c. que in ecclesiarum. in quinto notabili, supra de constitu. idem Baldus in rubrica eodem titulo, in principio, ⁊ idem sentit glosa in cap. nouerint. in glo. se
454 cunda. j. de senten. excommunica. † que presupponit ꝙ statutū auferens iura ecclesie, vel ei imponens onera non dicitur contra libertatem ecclesie, ⁊ clariora exempla quando statutū, vel consuetudo dicatur inducta in preiudicium ecclesie, ⁊ non contra libertatem ecclesiasticam, tradit Abbas in. c. ecclesia sancte Marie. colum. fin. s. de constitutio. ⁊ infra dicam plene. Et dicit dominus Antonius in. d. cap. que in ecclesiarum. ꝙ licet vtroqz casu statutum sit nullū, vel consuetudo, tamen primo casu scilicet quando statutum est contra libertatē ecclesie statuētes punirentur auctentica cassa. C. de sacrosanctis eccle. ⁊ capi. nouerint. infra de sentent. excommu. secundo casu non reperitur iure cautum ꝙ puniantur, ⁊ in effectu, idem etiā dicit Bal
455 dus in dicta rubrica. s. de constitutio. in principio. † Et dicitur contra ecclesiasticam libertatem altero de tribus modis, duos modos refert Bartolus in dicta auctentica cassa. ⁊ Abb. in dicto capitulo nouerint. de senten. excommunica. post Innocen. tertium modum tradunt domi. Anto. ⁊ Imo. in. c. ecclesia sancte Marie, ⁊ ibi Fely. refert in. ij. questione principali. in principio, columna. xxij. vbi alia loca refert, ⁊ etiam tradit in colū. sequē. ⁊ aliquid in colum. xxxvj. questione. xiij. vbi attingit, an si statutum sit contra consanguineos clericorū dicatur contra libertatem ecclesie, de quo etiam tradūt alij nouiores ibi. Et de ista materia etiam tractat Alexand. consil. xxix. incipien. statutis, in secundo volumine, ⁊ in duobus sequētibus, ⁊ Barba. plene in repetitio. rubrice, ⁊ infra de rebus ecclesie non alienā. in tertio dubio. Primus igitur modus secundum quem statutum vel consuetudo dicitur contra libertatem ecclesie est, quando ex ea tolluntur, vel diminuūtur priuilegia concessa ecclesijs, vel ecclesiasticis personis a Papa, vel a Principe, ita Innocentius in dicto capitulo nouerint. per textū in dicta auctentica cassa. idem Cy. ⁊ Bart. in dicta aucten. cassa. ⁊ alias

auctoritates refert Felynus in dicto capi. ecclesia. Secundus
modus est, vt dicatur contra libertatẽ ecclesiasticam, quando
clerici efficiuntur timidiores propter talem consuetudinem, vel
statutũ, ꝛ laici efficiunt̃ audaciores, exẽplũ si fiat statutũ vel cõ
suetudo inducat̃ ꝙ qcũqȝ occiderit clericũ puniat̃ in. x. lib. ita
inqt Bar. in. d. auc. cassa. ꝛ alias auctoritates, allegat Fely. in
dicto. c. ecclesia. Tertius est modus, quando per statutum, vel
consuetudinem impediuntur clerici facere ea, que sunt ibi con-
cessa a iure cõmuni, ita do. Anto. ꝛ Imo. in. d. c. ecclesia. ꝛ se-
quitur Felyn. ibi in. ij. q. principali, alia allegans, ꝛ generaliter
456 concludens, † ꝙ statutũ, vel consuetudo prohibens clericis ea,
que non sunt prohibita eis a lege canonica, vel diuina dicuntur
esse contra libertatem ecclesiasticam, ꝛ potest iste tertius mo-
dus exemplificari in casu. c. fi. de immu. eccle. lib. vj. vbi prohi
bitio facta per dominos temporales subditis suis, ne aliquid
vendant clericis, vel emant ab illis, vel alia obsequia non exhi
beant est nulla, quia dicitur contra libertatem ecclesiasticam.
Potest etiam exemplicari in casu. c. fi. j. de reb. eccle. non alie
nã. ꝛ licet do. Fely. in. d. c. ecclesia. referat dictos tres modos
pro tribus opinionibus in puncto predicto, tamen nullam im-
probat nec improbatã esse refert, ꝛ profecto rationabiles sunt
omnes modi predicti, ꝛ de isto puncto vide etiam in locis supra
per me relatis, ꝛ do. Signo. de homod. in consi. xxj. incip. sta-
tuto Mediolani cauetur, ꝛ Barba. consil. xxiij. incip. a Ione
principium, in pen. col. in. iij. volu. ꝛ in consil. xxx. ꝛ sequen. in.
iiij. volu. ꝛ in consi. lxv. incip. referam in medium. col. vij. ꝛ plu
ribus sequentibus eodem volu. ꝛ cõmunem preceptorem in. l. fi
457 liussami. §. diui. col. xj. ff. de lega. j. † Et nota ꝙ consuetudo vel
statutum etiam dicitur contra libertatem ecclesie, dato ꝙ sit cõ
tra libertatem vnius ecclesie solum, ita Cardi. floren. in. c. per-
pendimus. j. de senten. excom. in. iiij. carta, quam sequitur Fe-
ly. in. d. c. ecclesia. col. ij. Idem dicit Io. and. in. d. c. fi. de im-
mu. eccle. lib. vj. colũ. fi. contrarium tamen tenent Inno. ꝛ do.
Anto. ꝛ Abb. in. d. c. nouerint, ꝛ idem sentit Bald. in. d. rub.
supra de constit. in prin. Sed precedens opinio mihi verior vi-
detur, quia vt dicunt doc. eam tenentes, iniuria facta vni eccle
sie censetur facta omnibus, ꝛ est text. in. c. ij. j. de reb. eccles. non
alien. vbi Abb. not. ꝛ in. c. ij. j. de foro compe. ꝛ hanc opin. ple-
ne firmat do. Bapti. de sancto Seuerino. in. l. omnes populi.
col. xiij. ff. de iust. ꝛ iur. ꝛ eam suadet ratio, quia statutum quod
fit in vna ciuitate contra ecclesiasticam libertatem non fit nisi
col. lix. s. de const. ⁊ idem vr̃ velle Alexã. in. d. l. j. in apostillis.
⁊ in. d. consi. xlj. idem clare firmat do. Baptista de sancto Se
uerino in repe. d. l. j. col. lv. referens etiam Pet. de ancha. vbi
.s. refert etiam idem tenere do. Zachariaz triuixianum venetũ,
⁊ videtur ꝙ hec decisio respectu ignorãtis probetur in. d. l. fi. ff.
de decre. ab ordi. faci. Breuiter a communi non est recedendũ
que bene fundatur in ratione maxime. s. relata, ne statutum vel
consuetudo reddatur elusoria. Nec obstat dum dicitur ꝙ indi-
gnum est ꝙ ille qui contrahit cum talibus personis prohibitis a
statuto vel consuetudine, ⁊ qui sunt de alio territorio ligẽtur ab
illa, quia respondeo vt in simili respondet Imperator his qui
emunt res a furibus. in. l. in ciuile. C. de furtis. Curent tales cau
tius negotiari. Uel melius dicas ꝙ ille qui est de alio territorio
non ligatur predicto statuto vel consuetudine, sed bene ligatur
alter qui secum contrahit qui est subditus ipsi statuto vel consue
tudini, vnde quia ex parte vna contractus corruit non potest ex
alia parte subsistere, vt plene dixi in simili puncto in. xij. q. pre-
cedenti. in. iiij. limita. Non obstat quoqꝫ tex. tin. d. l. fin. quia
respondeo ꝙ loquitur respectu pene, quia ad penam statuti vel
consuetudinis non ligantur ignorantes, vt etiam probatur ⁊ no
741 ta. in. c. ij. s. de consti. ¶ †Quarto limita dictam conclu. vt nõ
procedat quando consuetudo concerneret subditos etiam extra
territorium actum facientes, vt puta si adesset consuetudo in ci-
uitate ꝙ subditi etiam alibi delinquentes puniantur secundum
ordinem vel statuta ciuitatis, qꝛ tunc consuetudo ligat subditos
extra territorium delinquentes. ita decidit Bart. in. d. l. j. C. de
sum. tri. q. pe. per tex. in. l. ij. de euic. Item Bar. ibidem. q. viij.
versi. aliquando ciuis. per tex. in. d. l. ij. ⁊ in. l. mercatores. C. de
commer. ⁊ merca. item mouetur, qꝛ ratione originis potest quis
puniri de delicto vbiqꝫ commisso. l. j. C. vbi de crimine agi opor
tet. ⁊ cum Bar. transeunt posteriores ibi communiter. idem de
cidit Ro. in. d. consi. xxxix. per tex. in. l. fin. ff. de decre. ab ordi.
fa. idem Alex. in. d. consi. xlj. inci. visis. in. v. volu. contrarium
tamen probat ratio tex. in. d. c. vt animarum. ⁊ istam contrariã
opinio. tenet Abb. in simili de statuto in. d. ca. a nobis. el. j. j. de
senten. excom. per tex. maxime in. d. ca. vt animarum. ⁊ cum eo
transit Fely. ibi. Idem tenuerunt pleriqꝫ alij quos refert Ale.
in. d. consi. cxj. inci. ponderatis. in. j. volu. licet ipse id nolit affir
mare. Et forte in puncto iuris hec secunda opinio verior est per
tex. in. d. c. vt animarum. vbi clare dicitur ꝙ statutum non ligat
subditos extra territorium nisi respondeas ꝙ ille tex. non loqui
tur quando statutum in spẽ loqueretur de subditis extra territo
rium delinquẽtibus, sed quando simpliciter ⁊ in genere imponit
penam delinquentibus, tamen ratio illius tex. etiam hunc casuꝫ
comprehendit dum dicitur ibi ꝙ ratio est quia extra territoriuꝫ
iusdicenti impune non paretur, ⁊ ratio est illa que regulat dictũ
l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. l. regula. §. si quis. ⁊ ibi
742 not. Bar. ff. de iuris ⁊ fac. ignorantia. ¶ †Quinto limita vt nõ
procedat dicta conclusio quando consuetudo ciuitatis respicit
processum seu litis ordinationem, quia tunc comprehendit sub-
ditos etiam respectu eorum que ipsi subditi extra territorium fe
cerunt, quando lis postea in ciuitate ipsa agitatur. ita Bar. in
simili de statuto in. d. l. j. q. pe. allegat tex. in. l. iij. i fi. ff. de testa.
⁊ in. l. ij. ff. quemad. testa. aperian. cum si. ⁊ ista limi. non habet
dubitationem, qꝛ etiam forenses litigantes in ista ciuitate, immo
etiam clerici litigantes in foro seculari in ordinatiuis iudicij liga
rentur legibus vel cõsuetudinibus laicorum, seu ipsas leges vel
consuetudines ⁊ statuta obseruare tenerentur secundum glo. ⁊
omnes in. d. c. ꝙ clericis. j. de foro compe. ⁊ dixi. s. in. xj. q. in se-
743 cunda limitatione. ¶ †Sexto limita dictam ꝯclusionem vt nõ
procedat quãdo subditus habitans extra territorium vellet vti
cõsuetudine fauorabili vel priuilegijs patrie sue, quia potest. ita
decidit Bar. in. l. imperatores. §. idem rescripserunt. ff. ad mu-
nici. ⁊ ita plene consuluit Barba. in consi. lxxiij. incip. magnani
mus. in quarto volumi. vbi consuluit ꝙ Florentinus habitans
Uenetijs succedit patri habitanti Florentie exclusa sorore secũ
dum statutum Florentie. ⁊ hec decisio etiam non videtur habe
re dubitationem, qꝛ idem esset in omnino forensi, qꝛ si ei deferere
tur hereditas alicuius florentini succederet secundum consuetu
dinem ⁊ statuta Florentie vt dixi in precedenti. q. in tertia limi-
744 tatione. ¶ †Septimo limita vt per Bal. per illũ tex. in. l. mer
catores. in fi. C. de commer. ⁊ merca. scilicet vt non procedat di
cta conclusio quando delictum commissum extra territoriũ com
mittitur contra rempublicam, ⁊ non contra certam personam,
qꝛ tunc ꝯsuetudo ligat subditos extra territorium delinquẽtes.
745 ¶ †Octauo ⁊ vlt. limita vt licet cõsuetudo non extendat vires
extra territorium etiam ad subditos, tamen iudex potest extra
territorium suum exercere inter subditos ea que sunt voluntarie
iurisditionis. l. ij. ff. de offi. proconsu. ⁊ lega. glo. Abbas ⁊ alij in
ca. nouit. j. de offi. leg. Et tradit Roma. in singularibus suis sin
gulari. xlviij. inci. tu habes. vbi limitat hoc vt per eum.
746 **Decimoquarto** †quero an ꝯsuetudo liget infan
tes, ⁊ minores mulieres, absen
tes furiosos. Bart. in. d. l. de qbus. in repe. paucis se expedit. ⁊
concludit ꝙ sic ⁊ respectu infantium ⁊ furiosorum, allegat text.
in. l. sine herede. §. lucius. ff. de admi. tut. ⁊ subijcit ꝙ hoc omnes
tenent. idem tenet glo. in. l. ij. C. que sit longa consue. in glo. ma
gna post medium. Sed in contrarium facit qꝛ consuetudo per
tacitum cõsensum populi inducitur. d. l. de quibus. Infantes au
tem ⁊ furiosi non possunt consentire. l. qui ad certum. ff. locati. er
go ⁊c. ⁊ per hanc rationem quidam tenuerunt opinionem con-
trariam vt refert Cy. in. d. l. ij. C. que sit longa consuetudo. circa
finem. ipse tamen Cy. firmat opinionem precedentem per tex.
in. l. diuus. ff. de officio presidis. ⁊ in. l. iij. ff. de paricidijs. in qui-
bus iuribus probatur ꝙ lex ligat tales personas. Nec obstat di
cere, ꝙ consuetudo ex tacito consensu inducitur, quia respondet
Cy. ꝙ verum est ꝙ requiritur tacitus consensus habilium ⁊ nõ
aliorũ. allegat tex. in. l. ad rempublicã. ff. de mune. ⁊ hono. Istã
747 eandem opinionem tenet Odof. in. d. l. ij. col. fi. dicens† ꝙ si sit
consuetudo in ciuitate ꝙ quilibet soluat talem collectam tene-
buntur etiam infantes ⁊ furiosi. Istam eandem opi. in effectu te
net Bar. ibi. q. xxxij. vbi dicit ꝙ statutum disponens ꝙ decedẽ
te vxore in matrimonio vir lucretur dotem comprehendit etiaꝫ
minores. idem Bal. in. d. l. de quibus. col. viij. in fi. ⁊ in. l. fin. ff.
de in inte. rest. mino. vbi dicit ꝙ statutum de compromissis fien
dis comprehendit etiam minores. idem presupponit Bald. in
consi. suo. ccccxlj. incipien. visis statutis. col. iij. in. v. vol. idem
Saly. in. d. l. j. C. que sit longa consue. ad finem. ⁊ ibi attestatur
hanc esse communem opi. Et procedit ista opinio maxime in cõ
suetudine que respicit rem, vt est tex. queꝫ ibi notat Bar. in. d.
l. sine herede. §. lucius. alias est in. l. tutorem. §. lucius. ff. de ad-
mi. tu. ⁊ hoc firmat do. Petrus rauẽnas in suis allega. ⁊ con-
clu. in materia consuetudinis quas ponit post suum alphabetuꝫ
aureum. col. ij. vbi hoc comprobat per decisioneꝫ Bart. in. l. fi.
C. in quibus cau. in integ. restitu. non est neces. nec aliud dicit ĩ
748 hoc articulo. †Stante conclu. s. firmata dicendum est a fortio-
ri ꝙ ligabuntur illi qui sunt infantibus maiores, licet sint mino-
res annis. xxv. Item a fortiori ligabuntur mulieres, ⁊ ꝙ mino-
res ligentur consuetudine. satis probatur in. d. §. lucius. ⁊ in ca.
constitutus. vbi Abb. colligit in octauo notabili. j. de in inte. re-
sti. ⁊ tradit Barba. plura allegans in consi. xliiij. incipiẽ. illud
afferam. in vltimo dubio. in. iij. vol. Item si ligantur infantes ⁊
furiosi, ergo etiã absentes. ⁊ ita decidit Bal. in. d. l. de quibus.
inquiens ꝙ consuetudo etiam ligat non natos, quod comprobo
argu. l. arriani. C. de hereticis. vbi dicitur ꝙ lex semper loquit̃,
⁊ sic licet aliqui non sint nati tempore quo consuetudo inducitur
si postea nascuntur ligantur ipsa ꝯsuetudine que semꝑ disponit.
749 ¶ Limitatur tamen dicta conclusio vt licet tales ligentur con
suetudine generali, tamen ipsa consuetudo non tollit eis benefi-
cium a lege eisdem specialiter concessum. Exemplum pone ꝙ
consuetudo habeat ꝙ decepti vltra dimidiam iusti pretij nõ pos
sint petere venditionem rescindi nec iustum pretium suppleri,
certe per talem consuetudinem non prohibebuntur minores pe
tere restitutionem in integrum ratione etatis, ita decidit Guil.
de cuneo in. l. ingenuum. ff. de statu hominum. ⁊ refert ⁊ sequi-
tur Bar. licet non ita clare in. d. l. ij. q. xxxij. C. que sit longa cõ
sue. idẽ tenet Saly. in. d. l. j. ad fineꝫ. eod. tit. subijciens hoc esse
nota dignũ. contrarium tamen in hoc videtur velle Bald. in. l.
750 non videtur. que est. l. fin. C. de in integ. restit. mino. † vbi di-
cit ꝙ stante statuto ꝙ inter affines fiat compromissum quo sta-
tuto etiam minores ligant̃, nõ poterit minor qui fecit cõpromis-
sum restitui ſm eũ. ⁊ allegat Iaco. de arena in. d. §. lucius dicẽ-
tẽ ꝙ minor contra consuetudinẽ nõ restituitur. ⁊ hoc refert ⁊ se-
quitur Barba. in dicto consi. xliiij. col. fi. in. iij. vol. Sed dicas
quod Bald. in loco preallegato loquitur quando minor nullaꝫ
pretendit lesionem, nisi quia compromissum fecit, quo casu vti
tur iure communi vel statutario, nec per hoc dicitur lesus, vt
Bald. presupponit. Nimirum si non restituitur, sed in casu li-
mitationis premisse presupponitur minorem esse lesum, ⁊ pro-
pterea restitui potest tanquam minor, licet non possit contra-
ctuꝫ rescindere tanqꝫ quilibet, qꝛ licet ꝯsuetudo derogauerit bñ
ficio. l. ij. C. de rescin. vẽdi. nihil ẽ ꝙ nos vrgeat ad dõm ꝙ dero
gauerit

gauerit beneficio simpliciter minoribus concesso.

751 ¶ † Secundo limita dictam cõclusionem vt nõ procedat in cõsuetudine penali vel odiosa, q2 nõ comprehendit minores vel similes. ita Roma. pulchre vbi hoc declarat in singularibus suis singulari suo vltimo. & in consi. suo. cxx. inci. circa primum. vbi consuluit q quedam constitutio mandans carcerari debitores in casu in quo de iure communi carcerari non poterant, non cõprehendit minores. idem consuluit Barba. in consil. suo. vj. in primo dubio. in quarto volu. facit tex. in argumentum in dicta. l. fi. ff. de decre. ab ordi. facien. faciunt etiam que tradunt, doct. maxime Abb. in. d. c. constitutus. ĵ. de in integ. resti.

752 **Decimoquinto quero** † an consuetudo ciuitatis vel loci liget iudeos ibi habitantes. Breuiter concludo q sic ita decidit Bal. in. l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusa. tuto. vbi dicit q iudei comprehenduntur in statutis vel consuetudinibus ciuitatis tam respectu honorũ, q̃3 onerum & propterea fm eũ immunitas concessa incolis certi loci cõprehenderet iudeos, & ita dicit se cõsuluisse. Nam in actibus humanis vt ipse inquit iudei nobiscum participant. Et propterea subdit q iudei possunt esse procuratores christianorum, & contra christianos. facit tex. in. l. iudei cõmuni romano. C. de iudeis. & ita plene cõsuluit Barb. in statuto quodam penali allegando multa consilia & auctoritates in consi. lxiij. incipi. illud in medium licet adducere. in quarto volu. allegat etiam Barba. ibi multa iura, & maxime bonum tex. in auc. de questore. in princi. Eandem etiam opi. tenet ipse Barba. in consi. suo. xv. incipien. clementissimi. in princi. in primo volu. idem tenere videtur Sozi. in consi. suo. lxx. incip. con filijs nostris adsit. licet aliud sentiere videatur in cõsi. lxij. inci.

753 consilijs nostris. vbi multa fundaméta facit pro & contra. † Nõ posset tamen iudeus habere officia publica vel administrationes publicas secundum Bar. in. l. j. C. de postulando. nec etiam posset fieri doctor secundum Barto. in. l. omnes. C. de decurio. lib. x. vbi dicit ita consuluisse duobus iudeis, qui volebant doctorari in medicina, q non poterant. idem Bart. in. l. generaliter. in fi. ff. de decu. & tradit plene cõmunis preceptor in rubri. ff. de iusti. & iure. Inter ipsos tamen iudeos possunt habere officia publica. ita Bar. in. d. §. fi. & Joan. de ana. in. c. cum sit. colũ. j. ĵ. de iudeis. qui allegat idem tenere Floria. de sancto Petro.

754 † Inquantum aũt dixi q consuetudo ciuitatis ligat iudeos, intellige verum, nisi lex mosayca repugnaret, quia respectu iudeorum in primis lex mosayca seruãda est inter ipsos iudeos, vt plene tradit Barb. in consi. lxv. inci. illud in medium referam. in. iij. vol. allegando maxime Calde. in consi. suo. xxx. sub titulo de testa. & ibi Barb. consuluit in casu pulchro, videlicet an iudeus teneatur ad restitutionem pecuniarum per eum victarum in ludo. Et an valeat consuetudo ludendi de quo dixi. ŝ. in textualibus. notabili tertio. in tertia limitatione. Idem dicit Barb. in d. cõsilio suo. xv. & do. Fely. alias auctoritates allegans in. c. j. col. x. ŝ. de consti. & credo premissam declarationem procedere

755 etiam in criminalibus scilicet † vt si vna pena imponatur iudeo delinquenti contra alium iudeum per legem mosaycam, illa preferri debeat pene imposite, per. l. ciuilem vel canonicam, & moueor q2 rationes assignate per Calde. in dicto consi. xxx. militãt etiam in criminalibus, & ita etia3 sentit Fely. in. d. c. j. colum. x. versi. fallit quinto. & ita credo esse declarandam glo. in. c. sepe. xxviij. q. j. que indefinite dicit q ecclesia punit iudeos etiam pena corporali. Item vbi esset consuetudo inter iudeos illa attendenda esset, & sic tolleret nedum legem suam mosaycam, sed etiã

756 tolleret ius commune quo ad eos. † Ita in effectu cõsuluit Calde. in consi. suo. ij. sub titulo de consuetudine, vbi decidit q cõsuetudo que habet q inter hebreos periti legis Abrae vel alij habeant potestatem scribendi testamenta & taliter scriptis adhibeatur plena fides valet. allegat maxime rationem, q2 ecclesia tolerat iudeos & eorum cerimonias & obseruantias eis permittit, & de ista questione vide etiam que tradit celebratissimus doctor. d. Joan. campegius in tracta. suo de dote. questio. vltima. & doc. in. l. iudei. C. de iudeis.

757 **Decimosexto quero** † an iudex debeat sequi cõsuetudinem loci litigantium an loci iudicij. Ista questio est subtilis & materia est difficilis vt attestatur Abb. in. c. q clericis. colũ. ij. ĵ. de foro compe. Reperio q Joan. and. Jo. de imo. & Barb. col. xvij. ŝ. in rub. eo. titu. post alios antiquos cõcludunt communem opi. esse doc. q in proparatorijs & ordinatorijs iudicij obseruabitur consuetudo loci vbi proceditur seu vbi lis exercetur. l. iij. ad fi. ff. de testi. in decisorijs vero dicunt q obseruari debet consuetudo loci contractus per id quod habetur in. l. si fundus. ff. de euic. et in. l. j. ff. de vsu. & hoc quando agitur de iure descendente ex contractu, si vero agitur de iure descendente ex delicto, tunc inspicitur locus delicti. l. saccularij. §. sunt quidam. ff. de extraordi. cri. cum si. si vero ius de quo agitur respicit facultatem vel necessitatem circa rem de cuius iure agitur, tunc inspicitur locus, vbi est sita res. c. Raynutius. ĵ. de testa. l. an in totum. C. de edifi. priua. l. si sine herede. §. lucius. ff. de admi. tuto. & ideo secũdum prefatos doc. si tractetur de onere rei inspiciẽdus est locus vbi res est sita. l. iij. & fi. C. de predi. nauiculariorum. lib. xj. & similiter secundum eos si hic litigaretur inter aliquos vsq3 ad quam altitudinem deberet edificari domus sita in ciuitate Bononie seruãda esset ɔsuetudo Bononie p notata in iuribus pallegatis. Respectu primi mẽbri. d. Ant. in. d. rub. concordat cũ alijs doc. ŝ. relatis, sed in decisorijs dicit q d3 seruari ɔsuetudo loci litigãtiũ, quem locum pretendit ipse esse locum contractus, vt loquuntur iura per eum allegata, videlicet. l. si fundus. ff. de euic. & l. j. ff. de vsu. sed hoc reprobant Jo. de imo. & Barb. ibidem, q2 vt ipsi dicunt possibile est q contrahentes & sic litigantes habeant domi

758 cilium in alio loco q̃3 in loco contractus, † & proprie locus litigantium dicitur esse in loco domicilij seu habitationis. allegant no. per glo. in. c. statutũ. §. cum vero. in verbo olim dicebamus. de rescri. lib. vj. facit pulchra glo. in cle. j. in verbo subditos. de foro compe. ¶ Sed tu aduerte primo q2 do. Anto. non meruit reprobari, q2 qñ appellat locum litigantium locum contractus nõ negat quin etiam locus domicilij dicatur locus litigantium, vbi agatur alio respectu q̃3 contractus, vel delicti vel rei, ea propter qñ agatur de re distinguẽda, dicit do. Anto. q attenditur consuetudo loci rei site, & sic presupponit q eo casu ille sit locus litigãtium, & dat exemplum supra relatum scilicet qñ est questio quãtũ domus debeat eleuari. ¶ Secundo aduerte q2 respectu primi membri mihi videtur formandã esse regulam cum multis ampliationibus & limi. quam nõ comperies alibi sic plene & ordinate expeditam. Et aliã regula3 formabo in secũdo membro.

759 ¶ † Prima igitur erit regula q in ordinatiuis seu in cõcernentibus processum seruanda est cõsuetudo loci, in quo procedit, & sic illius tribunalis vel iudicis corã quo procedit, ita glo. & doc. cõiter in. c. q clericis. ĵ. de fo. compe. & doc. in dicta rub. ŝ. eo. & dixi. ŝ. in. q. xj. in secũda limitatione. vbi ad hoc assignaui seu retuli aliquas rationes & auctoritates. & in. q. sequẽ. in tertia limitatione. vbi retuli alias auctoritates, & vltra illas vide Bal. post alios in. l. j. ad fi. C. que sit lõga consue. Ex ista regula multe illationes in practica fieri possunt quarum aliquas retuli & declaraui. ŝ. in dicta. q. xj. in secunda limitatione, & plene referunt moderni, maxime do. Maria. sozi. post do. Anto. & Abb. in. d. c. q clericis. de fo. cõpe. Abb. & moderni & nouiores. in. d. c. ec

760 clesia sancte Marie. carta antepe. ŝ. de constitu. ¶ † Amplia istã regulã vt procedat etiam si clericus litigaret corã iudice seculari, q2 ligatur lege illius loci seu teneretur seruare legem vel cõsuetudinẽ ipsius loci in procedẽdo. ita doc. preallegati maxime Abb. in. d. c. q clericis. col. iij. & in. c. j. ŝ. de cõsti. Hãc ampliationẽ puto procedere, ẽt si lex secularis dans formã processui vel ordinatiuis iudicij i specie loqueret de clericis. ratio est, q2 tunc exprimitur in statuto illud quod a iure disponitur, vnde tunc permittitur id qd alias prohibetur. tex. est in. c. significasti. & ibi no. ŝ. de elec. & tradunt moderni plene post glo. & alios in. d. c. ad audiẽtiã. el. ij. de rescri. & hoc modo tollit oppositio que fieri posset de tex. in. c. ecclesia sancte Marie. ŝ. de consti. vbi dicitur q statutum loquẽs in specie de clericis vel ecclesijs non valet, etiam si commodum earum concernat.

761 ¶ † Secũdo amplia, vt procedat etiam respectu feriarum, q2 attenditur locus in quo fit processus seu ordinatur iudicium, ita concludunt communiter doc. quos refert & sequitur Abb. in. c. fi. colum. fi. ĵ. de ferijs, licet articulus sit dubius vt ibi per eum. idem firmat Bal. ibi. & idẽ sentit Abb. in. d. c. q clericis. col. iij. & attestatur Abbas in. d. c. fi. q ista est communis opinio. & idem tenet communis preceptor. in. l. j. col. v. C. de sum. trini.

¶ Tertio amplia, vt procedat nedum si causa ventilatur coram iudice ordinario, sed etiam si ventiletur coram delegato, ita decidunt Jo. and. do. Anto. & Imo. in. d. rubri. ŝ. eod. & ibi sequitur Barb. col. xviij. Nec obstat si dicatur q delegatus fungitur vice delegantis capi. sane. el. ij. ĵ. de offic. delega. ergo videtur attendendum esse locum delegãtis, quid respondeãt doct. pcallegati, vide per eos.

¶ Quarto ãplia vt pcedat nedũ si agat ö ordie pcessus, s3 ẽt si

agatur de ordine executionis. vt dicam .j. questio. vltima.
¶ Quinto amplia vt procedat nedum in his que sunt contentiose, sed etiam in his que sunt voluntarie iurisditionis, vt probatur in. l. j C. de emancipa. liberorum.
¶ Sexto amplia vt procedat siue tractetur causa principalis siue appellationis, hoc volunt domi. Anto. et alij, vt in. d. rub. .s. eo. et domi. Alexan. in. l. j. colum. fina. ff. de lega. ij. vbi etiam alle. not. p glo. in. c. licet cano. in verbo de cetero. de ele. li. vj.
762 ¶ † Septimo amplia vt procedat nedum si agatur causa clerici, sed etiam si agatur causa ecclesie coram iudice seculari, quia in ordinatiuis seruabitur lex vel consuetudo fori secularis, hoc vult Lapus in allegationibus suis. alleg. lxxxj. inci. non valuit actus. circa prin. idem vult Abb. cum quo transeunt posteriores in. c. j. in vlti. notabili. s. de consti. Et hanc ampliationem declara eo modo quo declaraui ampliationem primam. s. relatam.
763 ¶ † Octauo et vltimo amplia vt procedat et si lex canonica daret certum modum procedendi in foro seculari, quia non posset, et propterea adhuc seruaretur lex fori secularis. glo. est in cle. dispendiosam. in verbo vsuris. de iudi. quam sequuntur doc. ibi. et Abb. in. d. c. ecclesia sancte Marie. colu. pe. hanc ampliationem declara vt per Gemi. in. c. ij. in pe. notabili. de iureiuran. lib. vj. vbi concordat dictam glo. cum glo. in. c. j. in verbo ecclesiasticis. de exce. lib. vj. et licet nouiores in. d. ca. ecclesia. char. antepe. improbent glo. in. d. clemen. dispendiosam. dicentes quod immo in materia spirituali potest lex canonica dare modum procedendi etiam in foro seculari, quia statutum fori illius non videtur in hoc habere potestatem, tamen hec consideratio vt puto non est solida, quia in materia spirituali secularis iudex non potest cognoscere nisi quando de facto dubitatur, ex tunc potestatem habet necessariam, et dicitur spiritualis hoc casu vt declarant bar. et alij in. l. titia. ff. solu. ma. et moderni in. l. quoties. C. de iudi.
764 ¶ † Limitatur modo regula premissa vt non procedat in terris subiectis ecclesie quo ad temporalem iurisditionem, quia tunc etiam in foro seculari seruandum esset ius canonicum et non ius seculare. hoc vult gl. in. d. c. quod clericis. et ita in specie limitat. d. Maria. soci. ibi circa fi. et probatur in. c. si duobus. j. de appel. idem firmat Abb. in. c. licet ex suscepto. j. de foro compe. Credo tamen quod vbi consuetudo esset in tali loco illa preualeret per tex. nostrum in. ij. parte, et licet esset consuetudo laicorum tamen preualeret iuri etiam canonico in foro seculari, vt tradit et declarat Abb. in. d. c. quod clericis. colum. fi. et Fely. alia adducens in. c. ecclesia sancte Marie. colum. iij. s. de consti. et dixi plene. s. in. ij. requisito consuetudinis versi. vlterius quero circa istud secun-
765 dum requisitum. ¶ † Secundo limitatur vt non procedat dicta regula quando clericis in eorum priuilegium esset concessum vt cause sue tractentur certo modo seu cum certa solennitate, quia tunc in causa clerici non seruabitur in ordinatiuis iudicij lex vel consuetudo loci iudicij, sed lex seu priuilegium clericale. ita limitat. d. Maria. soci. in. d. c. quod clericis. ad finem per tex. quem dicit singularem in auctenti. de sanctissi. episcopis. §. si quis igitur pro pecunia. Et subijcit hoc procedere etiam si priuilegium tale sit concessum ab imperatore per illum text. Et in hoc non est difficultas per ea que tradunt Abb. et alij. in. d. c. ecclesia in notabilibus. s. de consti. facit etiam tex. in. c. nouit. j. de iudicijs. vbi fit mentio de priuilegio concesso clericis per Theodosium im-
766 peratorem. ¶ † Tertio limitatur dicta regula vt non procedat quando causa ventilaretur in foro seculari et non obseruantia ordinis ecclesiastici induceret peccatum, quia tunc seruandus esset ipse ordo, et sic ius canonicum. hoc vult Gemi. in. c. ij. de iureiura. lib. vj. probatur in. c. decernimus. de sen. excom. idem. d. Maria. in. d. c. quod clericis. ad finem dicens se idem tenuisse in clemen.
767 j. in verbo omnimodam. de foro compe. ¶ † Quarto limitatur, vt non procedat in episcopo expulso a diocesi sua qui cognoscit in proxima diocesi. nam talis episcopus etiam quo ad litis ordinationem seruare pot. ll. vel statuta vel consuetudines sue diocesis, non autem tenetur seruare leges nec statuta nec consuetudines diocesis in qua iudicium agitatur. de hoc est glo. singularis in d. cle. j. in verbo omnimodam. de foro compe. quam sequuntur doc. ibi maxime Cardi. et Imo. dicens post Pe. quod speciale est in casu illo vt non inspiciatur locus iudicij in ordinatiuis. idem tenet. d. Maria in. d. c. quod clericis in fi. Aduertendum tamen est quia licet glo. predicta vtatur verbo potest, et sic videretur permittere in potestate episcopi expulsi vti constitutione vel consuetudine proprie diocesis vel iuri communi tamen. d. Maria. in. d. c. quod clericis. in fi. vtitur verbo debet, et credo quod verius loquatur ne duo specialia concurrant ad idem scilicet quod talis eps cognoscat extra diocesim propriam, item quod deserat constitutiones et consuetudines proprias respectu subditorum suorum, duo enim specialia non possunt concurrere circa idem iuxta notata per glo. et doc. in. l. j C. de dot. promis. et istam opi. tandem sentit glo. predicta in vltimis verbis dicens quod ipse eps non poterit facere extra diocesim contra subditos, nisi illud quod in diocesi facere potuisset, et sic illa glo. imponit necessitatem ipsi episcopo iuxta glo. in. c. j. in verbo non potest. de reg. iur. lib. vj. Considera tamen super hoc puncto quia seruare consuetudinem alienam in ordinatiuis iudicij quando iudicium tractatur in aliena iurisditione, non videtur esse quid speciale vt. s. in ista
768 conclusione dictum est. ¶ † Secunda regula est in decisiuis. s. quod iudex debet in his iudicare secundum consuetudinem litigantium et eorum statuta et non secundum suam. Ita Inno. in rub. s. eo. ti. et idem formaliter dicit Abb. in. d. c. quod clericis. col. vj. ver. hec dicta. d. Ant. ex toto non placent, vbi etiam ad hoc allegat not. in. c. illud. xij. dist. et Cy. in. l. ij. C. de consti. pecu. et dicit facere tex. in. c. iij. j. de eo qui mitti. in pos. causa rei ser. et idem repetit ibi in seq. col. et in col. ix. ver. si vero statutum. idem dicit ipse Abb. i repe. c. ecclesia sancte Marie. l. de consti. et tradunt oes post Bar. in. l. j. C. de sum. tri. et bal.
769 post alios. in. l. j. C. que sit lon. consue. ¶ † Sed vis stat in considerando, que dicantur statuta seu leges vel consuetudines litigantium. in hoc Cald. in disputatione sua que incip. statuto cauetur quam refert Abb. in. d. c. quod clericis. col. iij. presupponit, quod si agatur ratione contractus consideratur ius loci contractus, et sic consuetudo illius loci dicetur consuetudo litigantium per tex. in. d. l. si fundus. ff. de euic. cum concordantibus ibi per Abb. relatis. si vero agatur ratione delicti, attenderetur consuetudo loci delicti, et sic illa dicetur consuetudo litigantium, auc. qua in prouincia. cum similibus. C. vbi de cri. agi oportet. si autem agatur ratione rei, tunc seruanda est consuetudo loci rei site, et propterea secundum Cald. si tractetur de onere rei seruanda est consuetudo loci, vbi res est sita. allegat tex. in arg. in. l. fi. C. de predijs nauiculariorum. lib. xj. et propterea secundum eum si esset questio rauenne vsque ad quem locum vel vsque ad quam altitudinem possit edificari bononie, seruari debent statuta bononie de hoc loquentia. ¶ Tu aduerte primo quia premissam doctrinam sequuntur Abb. et communiter alij in. d. c. quod clericis. Eandem doctrinam in effectu tradit Bart. in repeti. l. pen. col. iiij. et sequenti ver. nunc veniamus ad glo. C. de summa tri. et ibi plene prosequuntur Mod. maxime communis preceptor. col. v. et sequentibus. idem Cepola in consi. xxij. incipiens. consultationis casus. ad finem. vbi dicit quod quo ad formam contractus inspicitur consuetudo loci in quo celebratur, et alia ad hoc infra adducam in. iij. illatione et duabus sequentibus. idem firmat Bald. in. d. l. j. C. que sit long. consue. idem tenent communiter doc. quos. s. in prin. huius questionis retuli, videlicet in rubri. s. eo. titu. sequuntur etiam alij doc. quos abunde allegaui. s. in. xij. q. in. ij. limitatione. ¶ Secundo aduerte inquantum doct. concludunt quod si agatur ratione contractus consideratur ius loci contractus, quia id intelligitur de loco vbi sunt concepta verba et non de loco vbi solutio destinata est, ita Bar. in. d. l. j. C. de sum. tri. col. iiij. et cum Bar. transeunt alij ibi. idem dicit Barto. post Sy. in. l. contraxisse. ff. de actio. et obli. et Bald. pulchre in consi. suo. clxij.
770 inci. verba dicunt. in. iij. vol. ¶ † Tertio aduerte quia vbi agetur de habilitate vel inhabilitate persone inspicienda est lex vel consuetudo loci vbi talis persona est oriunda, non autem inspicitur consuetudo loci, vbi actus venit applicandus ad personam. tex. est et exemplum in. c. cum olim. j. de cle. coniu et ibi declarant doc. maxime Abb. et Imo. et dixi. s. i. xij. q. in. j. limitatione. ¶ Quarto aduerte quia vbi agatur de interpretando verba prolata per contrahentes vel testantes, dubium est an sit inspicienda consuetudo loci vbi testator vel contrahens versatus est, an consuetudo loci vbi fit testamentum vel contractus. dic vt. s. dixi. q. xij. in. j. limitatione in. vj. illatione. ¶ Quinto aduerte quia ex premissa conclusione et regula plura quotidiana inferri possunt, et primo infertur ad id quod dicit Abb. in. d. ca. quod clericis. col. ix. versi. si vero statutum non prefigit legem iudici et in. d. c. ecclesia. in repe.
771 in fi. † quod si homines alicuius professionis habent statuta vel consuetudines particulares, illa statuta et consuetudines obseruari debebunt in eorum causis decidendis a iudicibus etiam ordinarijs, et reprobat glo. contrarium dicentem in. l. ij. C. de consti. pecu. et subijcit quod Cy. etiam ibi illam reprobat, et hoc facit ad consuetudinem, que viget in curia mercatorum an sit seruanda in omni foro, de quo pulchre tradit Bal. post alios ibi, et communis preceptor in. l. omnes populi. in secunda lectura. colum. nona. ff. de iusti. et iure. s. in vna questio. dixi.
¶ Secundo per premissam conclusionem dicimus quod in causis iudeorum decidendis seruatur lex sua mosayca. ita Calderi. in consi.

consi.suo.xxx.sub titulo de testa.⁊ refert Fely.in.d.c.ecclesia.
versi.fallit quinto.⁊ dixi.s.plene.q.xv. ¶ Tertio ꝑ premissam
cōclusionē. Inquātū diximus ꝙ si agat̄ ratione contractus cō
772 sideratur ius siue consuetudo loci contractus in decisiuis† in
fertur ꝙ si contractus sit celebratus in loco vbi ex forma statuti
cōtra instrumētum nulla possit opponi exceptio iudex debebit
seruare illud statutum,q̄uis instrumētum ibi factum producat̄
coram eo in loco vbi non vigeat statutum predictum ,ita Bal.
singulariter reputans hoc menti tenendum in.l.j.in.v.q.C.ne fi
lius pro patre.idem Pau.de ca.⁊ posteriores in.l.a diuo pio.
§.sententiam.ff.de re iudi.⁊ sequitur cōmunis preceptor in.d.l.
j.C.de summa trini.col.v.vbi refert Pau.de cast.alibi ꝯtrarium
773 dicere ⁊ male. ¶ †Quarto infertur ꝙ stante statuto vel cōsue
tudine ꝙ credatur scripturis priuatis vel libris mercatorum scri
ptis eorum manu , stabitur illis scripturis vel libris in illo iudicio
in quo producent̄,licet ibi nō adsit talis cōsuetudo vel statutū,
ita Jo.an.in addi.Spe.in titu.de instru.edi.§.nunc dicendum
in addi.magna que incipit,in priuatorum,circa fi.sequit̄.d.Ant.
de but.in.c.ij.col.iij.j.de fi.instru.⁊ dicit Bal.in.l.si nō specia
li.C.de testa.col.ij.ꝙ scriptura facta in aliquo loco seruat priui
774 legiū illius loci vbicūqꝫ. † ⁊ dicit Bar.in.l.ij.quā legit ꝑ pri
ma.ff.de offi.ꝓcōsu.⁊ lega.ꝙ instrumēta facta a tabellione crea
to ēt ab inferiore a principe faciunt fidē vbiqꝫ,licet ille tabellio
creatus ab inferiore nō possit facere instrumenta vbiqꝫ.allegat
tex.in.l.j.C.de emancipa.libe.⁊ istā quartam illationē etiam se
quitur cōmunis preceptor in.d.l.j.col.v.vbi ēt allegat Bald.
in.l.exemplo.C.de proba.⁊ eā extollit,⁊ etiam tradit ipse in.d.
l.omnes populi in.ij.lec.col.ix.sed hanc illationē declara vt di
xi.s.q.xj.in vlt.illatione. ¶ Quinto infertur,ꝙ si instrumentum
fiat in aliquo loco interdicto,licet postea producatur in alio lo
co,tamē nō facit fidē,⁊ sic attendit̄ locus, in quo confectum est
illud instrumentum,ita Bal.in consilio.clxxix.incip.instrumē
tum.in.iij.vol. ¶ Amplia modo premissam cōclusionem vt pro
cedat etiam si iudex iudicaret extra diocesim suam , exemplum
in episcopo expulso q̄r talis seruare deberet leges ⁊ consuetudi
nes quas obseruasset si fuisset in diocesi propria,non autem ob
seruabit leges vel consuetudines loci iudicij.ita decidit glo. q̄
doc.ibi sequunt̄ in cle.j.in verbo omnimodam.de foro compe.
⁊ dixi.s.in precedenti regula in.iiij.limita. ¶ Secundo amplia
vt procedat etiam in iudice delegato vt dicunt Jo.an.d. Ant.
775 Jmo.⁊ Barb.col.xviij.in rub.s.eo. ¶ †Limitat̄ aūt premissa
conclusio ⁊ regula inquātū dictū est ꝙ in decisiuis attenditur lo
cus cōtractus q̄n agitur ratione ꝯtractus,vt non procedat quā
do agitur de cōtractu dotis,q̄r tunc iudex in decisione cause nō
debebit attēdere legē vel consuetudinē loci ipsius ꝯtractus sed
loci domicilij viri.tex.est singu.in.l.exigere.ff.de iudi.⁊ ibi bar.
⁊ alij cōiter declarāt assignādo rationē,tradit etiā Bart.in.d.
l.j.col.iiij.C.de sum.tri.⁊ ibi doc.alij maxime cōis ꝓceptor col.
vj.plene prosequit̄,⁊ dixi.s.in.q.xij.q̄ est an cōsuetudo liget fo
rēses.in.j.limitatione. ¶ Scd̄o limitat̄ vt ꝓcedat dicta ꝯclusio
in his q̄ cōcernunt solēnitatē cōtractus vel in his q̄ oriunt̄ scd̄m
776 cōtractus naturā tēpore cōtractus.†Secus in his que oriūtur
post cōtractū perfectū ꝓpter negligentiam vel morā , q̄r in his
nō attenditur locus contractus,sed ille locus in quo negligētia
vel mora est cōmissa. Jta Bar.in.d.l.j.col.v.inferens per hoc
ꝙ si extaret statutū perusij disponens ꝙ iura petendi debitum
prescribantur.x.annis,⁊ florentinus existens Rome mutuaret
alicui centū cum pacto ꝙ illa centum redderent̄ perusij,certe si
mutuans taceret per.x.annos erit exclusus,⁊ sic erit locus sta
tuto perusij.ratio est s̄m Bar.quia in illo loco est commissa illa
negligētia.idem firmat Saly.ibidem.col.iij.declarādo vt per
eū,⁊ sequunt̄ alij posteriores ibi. idē decidit Barth.in.l.j.ff.de
vsu.in prin.vbi decidit aliā pulchram questionem ⁊ clarius lo
quitur q̄ in.d.l.j.idē Soci.in consi.suo.xcix.incip.in causa exi
777 mij doctoris.colū.ij. ¶ †Tertio limitatur dicta regula vt non
procedat quando causa est feudalis,q̄r tunc nō seruantur leges
vel consuetudines litigantium,sed attendi debent leges feuda
les seu consuetudines feudorū etiam contra clericos,ita Hosti.
⁊ domi.Ant.in.d.ca.ꝙ clericis,⁊ ibi refert ⁊ sequit̄ Abb.col.
v.versi.quandoqꝫ causa agitur coram seculari. Hanc limitatio
nem declara vt procedat quādo casus est decisus in feudorum
libro,si autem in libro feudorum non reperiatur decisus , atten
ditur ius cōmune.c.j.§.vbertus.de feudi cogni.⁊ si ius commu
ne esset sublatū per cōsuetudinē,attenditur cōsuetudo que facit
ius.§.ex non scripto.insti.de iur.natu.vbi autē consuetudo acto
ris esset diuersa a ꝯsuetudine rei , que sint seruāda,dicā in seque
778 tibus limitationibus,†quando autē leges discordarent a cano
nibus potius standum est canonibus etiam inter laicos in causa
feudali,⁊ hoc prouenit ratione iuramenti quod prestatur in in
uestitura feudali.ita Bal.in.c.imperialē.§.fi.col.iij.versi. por
ro in feudis.de prohi.feudi aliena.ꝑ Fede.per no. in.c.nouit.j.
de iudi.⁊ exēplificat in casu in quo ageret̄ de recusando iudice
in materia feudi.idē dicit Ale.in cōsi.v.inci.si vera sunt.in.v.
vol.col.iij.idē firmat Fely.in.d.c.ecclesia sancte Marie.col.
xvj.versi.vj.declaratio.s.de cōsti.⁊ in.c.ceterum in fi.j.de indi.si
aūt in cōputatione graduū in successione feudi iura sint diuersa
ꝙ ius attendat̄.vide And.de Jsernia,⁊ Bal.in.c.j.§.q̄r vidi
mus.in titu.qui feu.da.pos.⁊ Are.in ꝯsi.suo penul.col.penul.
779 ¶ †Quarto limitat̄ dicta regula vt non sic simpliciter proce
dat,quādo causa versatur inter clericū ⁊ laicū,q̄r nō potest dici
ꝙ attēdēda sint iura litigātiū cū alia sint iura clericorum ⁊ alia lai
corum,q̄r clerici non astringunt̄ legibus nec consuetudinibus lai
corū.d.c.ecclesia sancte Marie.cum similibus.s.de ꝯstitu.nec
laici astringuntur canonibus quādo iura ciuilia sunt contraria
⁊ non sunt peccati nutritiua,vt tradunt Abb.⁊ Moder.in ca.
j.s.de cōsti.⁊ propterea dubiū est que iura sint seruanda hoc ca
su seu respectu decisionis cause que versat̄ inter clericū ⁊ laicum.
Jn hoc distinguit Abbas plene post alios ꝑ eum relatos in.c.
ꝙ clericis.col.v.versi.q̄nqꝫ causa agitur corā seculari,⁊ col.vj.
ver.ego vero in hoc articulo.tradunt etiā Abbas ⁊ alij in.d.c.
j.s.de cōsti.in no.⁊ ibi etiā dixi ⁊ cōcludo ꝙ si clericus agat con
tra laicū etiam coram iudice seculari,in decisiuis seruabitur lex
canonica,⁊ eadē rōne seruabit̄ consuetudo clericorum.ita decidūt
Guil.Naso.Abb.⁊ communiter alij ibi,⁊ in.d.c.ecclesia san
cte Marie.vbi Abb.in.j.no.⁊ posteriores notant ad hoc illū
tex.probat̄ etiā in auc.clericus.C.de epis.⁊ cler. ⁊ est glo. pul
chra ⁊ ibi doc.in.l.ex ea.ff.de postu.hoc tamē itellige q̄n agitur
rōne rei vel iuris ecclesie,secus si actione personali.ita Host.in
sum.huius titu.§.fi.versi.sed pone.quē refert ⁊ sequit̄ Areti.in
d.c.j.idem tenet.d.Benedi.de peru.ibi si tū ageretur actione
personali pro re ecclesie adhuc seruandi essent canones vel con
suetudo clericorum etiam corā iudice seculari.ita domi. Anto.
⁊ Abb.in.d.c.ꝙ clericis.colū.iiij.versi.q̄nqꝫ causa agit̄.illud
ergo qd̄ dicūt Areti.⁊.d.Benedictus in.d.c.j.procedit quan
do clericus agit actiōe ꝑsonali simpliciter,puta si ageret̄ ex mu
tuo,q̄r tunc in foro seculari leges ciuiles seruāde essent.⁊ ad hāc
distinctionem facit etiam decisio Abb.in cap.si clericus laicū.
colum.viij.versi.ex predictis.j.de foro compe.vbi dicit ꝙ cleri
cus potest conuenire laicum corā ecclesiastico actione persona
li dummodo agat pro re ecclesie.secus si agat actione personali
extra rem ecclesie.⁊ de hoc puncto tradunt etiam doct.in locis
que congerit.d.Fely.in.d.c.ecclesia sancte Marie.colū.xvj.
versi.septima declaratio.⁊ in col.xxix.ver.tertius casus, ⁊ ali
quid dixi.s.q.xj.in.v.⁊ in vlti.ampliatione.vbi tetigi que cōsue
tudo sit seruanda quādo laicus litigat contra clericum vel con
780 tra alium laicum,dic vt ibi dixi. ¶ †Quinto ⁊ vltimo limita di
ctam regulam nō proceder̄ etiam inter laicos,q̄n leges vel con
suetudines ipsorum laicorum litigantium sunt diuerse,q̄r tunc non
potest seruari ipsa regula,q̄ habet,ꝙ iudex debet iudicare scd̄m
consuetudinē litigantiū ⁊ eorum statuta,q̄r si seruaret consuetu
dinē vel statutum actoris,deuiaret a ꝯsuetudine vel statuto rei,
⁊ propterea hoc casu credo ꝙ iudex in iudicādo seruare debe
bit cōsuetudinem vel statutum rei.ratio est,q̄r actor sequitur fo
rū rei.l.iuris ordinē.C.de iuri.om.iudi.ca.si clericus laicū.⁊.c.
cum sit generale.j.de foro cōpe.Eadem ratione dicendum vide
tur ꝙ actor sequi debeat cōsuetudinem vel statutum rei.⁊ in spe
cie hanc equiparationem facit do.Ant.de bu.in rub.s.eo.col.
781 ij.† vbi inquit ꝙ regulariter vinculum statuti vel consuetudi
nis consideratur ex regula fori sortiti,vt vbi quis sortitur forum,
ibi inuinculetur statuto vel consuetudine illius loci,⁊ hanc regu
lam dicit posuisse Calde.in questione sua incipien.statuto.Jsta
tamē limitatio non procederet quando contra laicum litigaret
clericus in foro vel ciuili vel ecclesiastico , quia tunc dicendum
est vt dixi.s.in dicta.q.xj.in vltima amplia. ⁊ in precedenti li
mita.eo enim casu clericus actor non sequitur leges laici rei ex
ratione ibi relata. Premissam etiam limitationem ⁊ totam ma
teriam crederem procedere quando consuetudines sunt diuer
se in materia diuina,quia in hoc non reperio rationem diuersi
tatis. Jn his enim que sunt iuris diuini etiam consuetudo at
tenditur , dummodo non sit contra ipsum ius diuinum capitu.
certificari infra de sepultu. vbi dicitur quod in materia sepul
ture attendenda est consuetudo patrie. Et refertur ibi dictum

782 Hiero. inquiētis φ qlibet patria abundat in sensu suo, † ⁊ dicit ibi Abb. φ in ieiunijs obseruāda est ↄsuetudo loci. Itē in festiuitatibus celebrādis seruāda est cōsuetudo loci. c. ij. ⁊ ibi notat J. de ferijs, ⁊ dicit Abb. ibi idē eē in baptismo ⁊ alijs ritibus et solēnitatibus p adducta p eū. Quinimo dicit Abb. ibi φ cōsuetudo loci preferet̄ cōsuetudini romane ecclesie, vbi ipsa cōsuetudo versaret̄ extra fidē seu eius articulos, nisi papa mādaret cōsuetudinē romanā vbiqꝫ seruari, ita Abb. ibi in scđo notabili p illum tex. ⁊ per alia. Hinc etiam dicimus attendendam esse cōsuetudinem φ respectu operarum festum incipiat a mane ⁊ non a vesperis. ita Abb. ibidem in primo notabili p illuz tex. Hinc etiam dicimus φ ↄsuetudo populi cōsentiente episcopo potest inducere vnum festum qđ erit obseruādum tex. est in. d. capi. ij. iuncta declaratione Abb. ibi in. vij. notabili, ⁊ plenius tradit ipse in. c. fi. in penul. notabili. eo. titu. de ferijs.

783 Ultimo quero † viso qn̄o proponat̄ cōsuetudo, qn̄o pbet̄, quos liget cōsuetudo, ⁊ quā ↄsuetudinē dꝫ iudex seruare tā in pcedēdo q̄ȝ iudicādo, seu tā in ordinatiuis iudicij q̄ȝ in decisiuis. An iudex in exequēdo debeat seruare cōsuetudinē loci actoris, vel loci rei, vel loci, in quo executio fit: Ur dicēdū φ iudex teneat̄ seruare eā cōsuetudinē q̄ in iudicādo obseruata fuit pp rōnis idētitatē. Cōtrariū tn̄ cōcludēdū est. Uñ dicas φ obseruāda est cōsuetudo loci executionis, ita Bal. in. l. j. q. iiij C. ne filius p pa. monet̄ ea rōne, qꝛ q̄ȝtū ad ordinē iudicij seruādū inspicimus locū iudicij, siue loquamur de ordine pcessus siue de ordine executionis. allega. tex. i. l. ij. ff. quemad. testa. apc. ⁊ in. l. missi opinatores C. de exa. tribu. lib. x. ⁊ not. p Bart. in. l. a diuo pio. §. sniam. ff. de re iudi. Et ex hoc apparet de rōne diuersitatis inter hāc qōnē ⁊ pcedētē, qꝛ vt dictū est executio ↄcernit ordinē ⁊ nō decisionē. Premissam cōclusionē ēt tradit Bal. clare in cōsi. suo. clxxxv. inci. casus col. ij. in. ij. volu. ¶ Et ex his sit finis huic nr̄o opi in quo materia consuetudinis plenius ⁊ ordinatius q̄ȝ alibi vt puto reperies, qn̄ qdē multis vigilis ac laboribus summaqꝫ nr̄a diligētia editū est. Quātū eni tēporis ⁊ otij p multos annos suffurari potuimus id totū circa cōsuetudines ↄgerēdas ⁊ declarandas ipendimus. Oipotēti deo ac virgini sacratissime sit laus ⁊ glĩa.

FINIS

Tractatus multum vtilis per

iur. vtr. Doc. famosissimū domi. Lāfran. de oriano de interpreta. statuto. editus.

SVMMARIVM

1 Statutorum species triplex est.
2 Renuncians iuri an renunciare intelligatur statuto idem quod ius disponenti.
3 Episcopus cum capitulo constitutionem iuri canonico contrariam condere non potest.
4 Statutum fauorabile quid sit, quid odiosum, ⁊ quid penale.
5 Statuti mens ⁊ verba consideranda sunt.
Mens statuti dicitur anima statuti.
6 Interpretatio duobus summitur modis.
7 Statutum quando habet vnum solum significatum, ab illo recedendum non est.
8 Statutum quando habet plura significata, quod significatum accipiendum sit.
9 Statutum debet intelligi secundum significatum proprie significationis.
10 Menti ⁊ non verbis statuti standum, est quando mens, ⁊ verba adinuicem contrariantur.
11 Statutum iuri communi contradicens an ius illud corrigat, ⁊ J. nume. sequen.
13 Statuta duo contraria quando in eodem volumine sunt, an primum per vltimum corrigatur.
14 Statuto prius facto si ius commune superueniat an illud statutum corrigat, quando statutum iuri communi contradicit.
15 Quid si non contradicat.
16 Statuta quomodo interpretationē arctatiuam recipiant ⁊ nume. sequentibus.
17 Uerbum libera quid importet.
18 Statutum φ occidens hominem quomodocunqꝫ decapitetur, an comprehendat occidentem culpa sed nō dolo ⁊ J. nu. 26.
19 Statum vnum per aliud restringitur.
20 Statutum generale per rationem in eo expressam restringitur.
21 Tutor quare filio suo pupillam dare in vxorem non possit.
Ratio legis est ipsa lex.
Proemium statuti dicitur ratio statuti.
22 L. prospexit. ff. qui ⁊ a quib. quomodo intelligatur.
23 Statutum habens rationem expressam prout iacet seruari dꝫ.
24 Statutum restringitur per rationem similem illi, que in statuto est expressa.
25 Statutum generale restringitur, vt absurditas euitetur.
27 Statutum restringi debet ne tertio preiudicet.
28 Statum disponens idem quod ius commune secundum id restringitur.
29 Statutum restringitur per vnicā rationem que reddi possit.
30 Restrictio legis nō fit, vbi reipublice vtile est, illā. l. nō restrigi.
31 Statuto standum est quando nescit̄ q̄ ratio statuētes mouerit.
32 Statutum vtrum ad alium casum extendi possit, ⁊ nu. seq.
34 Statutum φ filia femina non succedat stantibus masculis est contra naturalem rationem.
35 Lex specialis disponens, φ hereditas nō adita ad filios transmittatur, non extenditur ad casum, in quo filius de iure speciali succedit.
36 Statutum ad alium casum ex identitate vel maioritate rationis extenditur.
Uenditionis appellatione ceteri contractus intelliguntur.
37 Statutum in vno correlatiuorum ad aliud extenditur.
38 Statutum disponens in vno ex parificatis per legem antiquaȝ ad aliud extenditur.
39 Statutum in vno, quod ad alterum consecutiue venit, ad reliquum extenditur.
40 Statutum in vno, quod ad instar alterius mensuratur, ad reliquum extenditur.
41 Statutum in vno quod se habet cum alio adinuicem gradatim, extenditur ad aliud.
42 Statutum in vno, quod est alterius preambulum, ad aliud extenditur.
43 Statutum ad alium casum extenditur, quando dispositio nullū sortitur effectum.
44 Statutum ad casum subrogatum loco casus contenti in statuto extenditur.
45 Lex noua interpretans extenditur in omnem casum legis interpretate.
Lex noua veterem interpretans ad aliam extenditur.
Lex penalis per identitatem communis scripte ad aliam legeȝ extenditur.
46 Lex non penalis per rationis identitatem extenditur, licet ratio non sit scripta.
47 Statutum taxatiue loquens in fauorabilibus ad casum simileȝ ex rationis identitate extenditur.
Quid in odiosis.
48 Statutum a iure communi exorbitans quando extendatur.
Pietas contra pietatem extensionis priuilegio non vtitur.
49 Statutum a iure communi exorbitans odium priuatum continens per rationis identitatem extenditur.
50 Secus si odium publicum contineat.
Statutum licet stricti iuris ob publicam vtilitateȝ extenditur.
Statutum puniens committentem maleficium ad mandantem extenditur.
51 Lex fauorabilis, si continet penam, est odiosa.



Pro euidentiori intellectu interpretationis statutorū habēdo premitto quedam necessaria. 1 † Et primo aduertendum est, φ statutorum triplex est species. Quoddam statutum est secundum ius cōmune, ⁊ hoc est quando statutum continet illud idem, quod ius commune, quod tantum valet, secundum Bart. in. l. prima. in principio infra ad. l. falcidiam. Idem videmus in alijs conuentionibus, ⁊ pactis in quibus deducitur ius commune, que valent cuȝ sint facte

facte causa dubitationis tollēde, vt in.l.q mutuā in prin.ff.mā.
Erit et vtile ſm Bar. q statutū ɔtineat ius cōe, q erit prodita
2 noua spēs agēdi, q amō agi poterit ɔditione ex statuto. † Ad
dite q erit etiā vtile, q si renunciatū fuerit iu.com. vel iuri sim
pliciter, q intelligit renunciatū iu.cō.tm̄, vt not. Bal.i.l.ij.§.ꝛ
si post tres.ff.si qs cau.ꝛ sic poterit vti statuto. Quoddā est sta
tutū qd est preter ius cōe, qd intelligit, qn̄ p statutū disponit ali
quid, q nō ē cautū de iu.cōi, nec pro, nec ɔ, ꝛ huiusmodi est ma
ior pars statutoꝝ. Quoddā est statutum, q est ɔ ius cōe, ꝛ istud
est, qn̄ p statutū disponit aliquid, cuius ɔriū disponit ius cōe, et
tale statutū vꝫ, qm̄ imperator dedit potestatē oibus populis cō
ficiēdi sibi statuta oportuna inspecto vtrū sint ɔ ius cōe vel nō.
vt in.l.omnes populi.ff.de iusti.ꝛ iu. Vñ si impator nō dedisset
hāc licētiā, statutū ɔ ius nō valeret, q inferior nō pōt tollere le
3 gē supioris, in.c.innotuit de elec. † Hinc videmus q eps cū ca
pitulo suo nō pōt cōdere cōstitutionē ɔriā iuri canonico, vt per
Ang.in dispu.sua q incipit bastes. miles. Et hoc q eps nō ha
4 bet licētiā a papa talē legē condendi. ¶ † Scdo pmitto q sta
tutoꝝ quoddā est fauorabile, quoddā est odiosum, ꝛ quoddā pe
nale. Fauorabile dr qd principaliter ɔfectū est in fauorē psona
rum, veluti est statutū, q q ceperit bānitū, lucrat mille. est enim
fauor capiētis. Odiosum dr, q principaliter ɔcernit odiū alte
rius, vt qn̄ statutū repellit certū genus psonaꝝ a successiōe, ꝛ ge
neraliter vbicūqꝫ statutū cōtinet penā dr odiosum, tex.est in.§.
q vero leonis, in auct.de non alie.ꝛ ita ibi tenet Jaco.de bel.ꝛ
Bald.in.l.fi.C.de in ius voc.ꝛ in.l.illud.C.de sacrosan.eccle.
Penale dr, vt verbū sonat, q cōtinet penaꝫ, ꝛ hec sunt omnia
5 statuta maleficioꝝ, que tm̄ vt dixi, odiosa reputant. ¶ † Tertio
premitto q in statutis cōsiderant verba statuti, ꝛ ratio seu mēs
ipsius statuti, verba enim statuti dicunt determinatio statuti, q
colligit ex tenore verboꝝ. Rō autē statuti, seu mēs idē sunt, vt
not. Bal.in.l.nō dubiū.C.de legi. sed proprie loquēdo rō sta
tuti dr, qn̄ rō statuti est scripta in statu. mens autē statuti dr, qn̄
rō nō est scripta in statuto, sed tm̄ extrinsecus intelligit, ꝛ tūc dr
cōstare mēte statuti, et si rō statuti non sit scripta, qn̄ rō statuti
est fundata sup eqtate naturali, ſm Pe. Bal. ꝛ Ci.in.d.l.non
dubiū. Nā mens statuti dicit anima statuti, ſm Bal.in.l.si qs
seruo.C.de fur. ꝛ illud qd ɔtinetur ex mēte legis dicit contineri
in ipsa.l.vt in.l.nō minus.§.verbū.ff.de verbo.sign.ꝛ in.l.cū mu
6 lier.ff.eo. ¶ † Quarto pmitto, q iste terminus interpretatio, su
mit duobus modis, vno mō, pprie ſm eius propriā significatio
nē. alio mō large ſm eius largā significationē. Interpretatio p
prie dr.i.declaratio. ista est glo.fin.i.l.sup verbo interpretatio
nē.ff.de ori.iur. Largo aūt mō interpretatio sumitur pro interp
tatione correctiua, restrictiua, ꝛ extensiua. glo.est not.in.l.j.§.q
operas.ff.ad tertu.ꝛ sentit et glo.in.d.l.j.de ori.iu. ¶ Et volēs
tradere materiā iterpretationis statutoꝝ, psequar has quatuor
spēs interpretationis, primo incipiā a leuioribus, vꝫ tractās de
interpretatione expositiua seu declaratiua, scdo de interpreta
tione correctiua, tertio de interpretatione restrictiua. quarto ꝛ
